





ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE


PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain

P. D. KUYL, vicaire de Notre-Dame à Anvers


C.-B. DE RIDDER, vicaire aux Minimes à Bruxelles

TOME IV — 1867



LOUVAIN
CH. PEETERS
Rue de Namur, 22

BRUXELLES
H. GOEMAERE
Rue de la Montagne, 52



LOUVAIN. — TYPOGRAPHIE DE CH. PEETERS.

Autobiographie de Jean-François Van de Velde, professeur et bibliothécaire de l'Université de Louvain.

Lorsqu'en 1864 nous faisions des recherches biographiques sur le docteur Van de Velde, Mgr de Ram voulut bien nous communiquer l'original de l'autobiographie du savant professeur. Ce curieux document n'a pas encore été retrouvé parmi les papiers et les manuscrits que Mgr de Ram a laissés, et qui ont été acquis par le Gouvernement. Nous le publions aujourd'hui d'après une copie que nous en avons prise pendant qu'il était en notre possession.

Il existe plusieurs lacunes dans l'autobiographie; nous les indiquons par des points. On remarquera aussi que Van de Velde est très-laconique à l'endroit où il décrit les voyages qu'il fit durant son exil en Allemagne.

Voyez sur le savant professeur et bibliothécaire de l'Université de Louvain, le discours prononcé dans une solennité académique et publié dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1865, p. 313, sous le titre suivant : *De Joannis Francisci Van de Velde vita et meritis oratio quam die* 11 *julii* 1864 *habuit Edmundus Henricus Josephus Reusens*, *Bibliothecae academicae praefectus*, *S. Theologiae doctor et professor, dum in S. Facultate theologica solemnis fiebat ad gradus academicos promotio*.

Joannes Franciscus Van de Velde primam lucem aspexit die 5 aprilis 1743, filius Mathiae et Mariae Catharinae Van Royenacker.

Natalis ei locus Beverna fuit, nobile Flandriae municipium in tractu Wasiae, deinceps Gandavensi. Pueritiae annis exactis, ac gallicum idioma edoctus humaniores literas Herendalii ac Gelae in Campinia, in quavis classe sodalibus palma praerepta, philosophicas vero disciplinas Lovanii in paedagogio Porcensi excipit ac publice defendit, locum secundum in generali Artium promotione anno 1763 adeptus. Mense aprili 1764, theologiae operam dedit alumnus Collegii Majoris theologicae Facultatis, sub regimine eximii viri ac magistri Joannis Van der Auwera.

Vigore dimissorialium Antverpiae ab illustrissimo ac reverendissimo domino Henrico Van Gameren, servatis annuis interstitiis, ad sacros ordines promotus, die 18 februarii 1769 presbyteratus dignitate insignitus fuit.

Expleto in Majori Collegio septem annorum cursu theologico, intra quem baccalaureatus gradum recepit ac quatuor pro licentia disputationes habuit, in collegium Alticollense anno 1771 incolere coepit, praeside eximio viro et magistro Christiano Francisco Terswaeck, Roterodamo. Cum illic versaretur, licentiae gradu in sacra theologia, die 18 februarii 1772, auctus fuit, eique 2 februarii praecedenti bibliothecae academicae administratio commissa fuit; deditque operam, ut aula bibliothecae, postquam triennio occlusa fuisset, mense maio ejusdem anni publico usui pateret. Hoc vero munus per viginti quinque annos sedulo ac fideliter gessit, aucta eo intervallo bibliotheca incredibili voluminum numero, maxime ex musaeis suppressae Societatis Jesu divenditis; novusque etiam ac melior administrationis ordo ejus industria invectus fuit[1].

Eodem anno 1772 lector collegii Hollandici die 21 no-

[1]) Voyez sur l'administration du bibliothécaire Van de Velde les *Analectes de l'annuaire de l'Université Catholique*, 1850, et NAMUR, *Histoire de la bibliothèque de Louvain*, pp. 69-131.

vembris ab eximio domino ac magistro nostro Jacobo Thoma Josepho Wellens, praeside ac postea episcopo Antverpiensi; anno 1773, die 31 martii, in vicepraesidem cum jure succedendi post mortem amplissimi ac clarissimi viri Streithagen, J. U. D., ac canonum antecessoris primarii, assumitur. Eodem anno transit ad Collegium Minus theologorum, hujus collegii praefecturam die 13 octobris nactus, praedecessore eximio domino Thoma Lamberto Ghenne ad collegium Atrebatense translato.

Anno 1775, die 8 augusti, creatur sacrae theologiae doctor, socio eximio viro domino Petro Wuyts, patre domus Joannis Standonck, ac 31 ejusdem mensis admittitur ad consilium Universitatis titulo doctoratus in sacra theologia et praesidentiae Minoris Collegii.

Anno 1776, die 9 julii, praeses fit collegii Hollandici, dudum ante ad hanc praefecturam reverendorum dominorum ejusdem collegii provisorum literis designatus, praedecessore Jacobo Thoma Josepho Wellens ob praeclara merita ad infulas Antverpienses provecto. Constituitur examinator eorum, qui ex Lovaniensi schola ad sacros ordines essent promovendi pro missione Batava ac diocesi Sylvaeducensi.

A celeberrimo viro cardinale Stephano Borgia literis honoratus fuit; insuper ab eodem dono accepit eruditionis plenum opus titulo : *Vaticana confessio B. Petri, inlustrata studio Stephani Borgiae, S. Congr. de Prop. Fide a secretis.* Romae 1776, 4°.

Sequenti anno, die 30 septembris, ad strictum sacrae Facultatis seu regentum collegium assumitur; ac, cum post mortem eximii domini J. J. Guyaux per triennium vicaria opera sacras literas publice in scholis esset professus, demum die 28 novembris 1778 professor caesaro-regius patentibus literis Mariae Theresiae imperatricis constituitur, et in canonicum primae fundationis ad S. Petrum Lovanii promovetur.

Vix e vivis excesserat eximius dominus Joannes Van der Auwera, Majoris Collegii praeses, congregata apud patres Do-

minicanos sacra Facultas eum ad collegii ejusdem praefecturam, nihil tale cogitantem, per acclamationem die 12 maji 1783 elegit. Et, cum reluctaretur, institit sacra Facultas, certis mota rationibus, ut vacantem hunc locum occuparet. Accrevit exinde laborum ejus ac molestiarum moles.

Anno 1784, cum in aestate praesedisset thesi theologicae, in qua de Ecclesiae potestate in statuendis impedimentis matrimonium dirimentibus recepta in scholis omnibus doctrina tradebatur, quamque postea Pius VI iisdem pene verbis dogma fidei esse declaravit, displicuit haec thesis gubernio aliis imbuto principiis. Itaque praesidem a suae lectionis officio suspendit gubernium. Verum oblato serenissimis principibus Belgii gubernatoribus apologetico scripto, in locum pristinum mense octobri restituitur. A partibus gubernii stabant tres e junioribus ipsius sacrae Facultatis socii nec non famosus Judocus Le Plat, J. U. D. et canonum professor. Quocum insuper super publicatione et receptione regulae quartae Indicis Tridentini dimicandum fuit.

Anno sequenti 1785, mense julio, Bruxellis magna pompa celebratum fuit jubilaeum seculare secundum a restitutis denuo publico cultui sacris hostiis miraculosis. A capitulo insignis ecclesiae collegiatae SS. Michaëlis ac Gudulae invitatus, die 19 julii in basilica supradicta orationem habuit typis academicis Lovanii in 4° impressam, ac Leodii in-8° recusam.

Verum eodem quoque tempore imperator Josephus II edicta varia promulgari mandavit, ut sui ingenii innovationes inveheret ac magis magisque intenderet. In his celebre fuit edictum die 16 octobris anni 1786 datum, quo seminarium generale Lovanii, filiale vero Luxemburgi, erigi jubentur. Ad quorum regimen iidem illi tres juniores doctores, de quibus supra, aliique minoris ordinis theologi acciti fuerunt. Haec institutio eo demum excessit, ut, abolitis Universitatis antiquae privilegiis, ipsaque ejus constitutione eversa, novus rerum [ordo] inveheretur; in quem, cum sanior ac

major Academiae pars consentire neque posset neque vellet, hi ad tribunal rectoris intrusi citati ad decennalis exili poenam anno 1788 condemnantur. Dum haec tractantur, latebras quaerunt. Cum in exteras regiones Universitatis membra confugiunt, noster Antverpiae in aedibus matronae spectatae virtutis asylum reperit; ubi per menses aliquot latitans libellum conscripsit typis editum, quo invicte demonstratur Lovaniensem Academiam jure Brabantino potiri, utpote corpus Brabantinum. Titulus opusculi est : *Recherches historiques sur l'érection, constitution, droits et priviléges de l'Université de Louvain.*

Exilii sententia mense julio pronuntiata, in monasterium Alnense, ordinis Cisterciensis, patriae Leodiensis, se recepit, a reverendissimo admodum viro ac domino Gerardo, abbate dignissimo, humanitus receptus ac in honore habitus. Post iter Leodium ac Sancti Trudonis oppidum, in quod plures ex Universitate confugerant, feliciter susceptum, Alneum appulit 19 augusti, pridie sancti Bernardi; ibique moratus est ad finem usque anni 1789. Hoc temporis intervallo theologiam junioribus coenobii religiosis, theologiam (sic) horum statui accommodatam exposuit, et in aestate de abbatis consensu Parisios profectus est, inciditque non sine vitae discrimine in horrendam illam tempestatem, qua metropolis illa ac mox Gallia tota concussa ac eversa fuit.

In Belgio interim res aliam faciem induerant Austriaco milite ejecto; ipsisque principibus Belgii gubernatoribus ac ministris mense novembri fugam arripientibus, patriae Ordines negotia publica administrare coeperunt; ac inter alia Universitas Lovaniensis pristinum in statum restituta fuit, Lovanium reversis, qui in patriam Leodiensem aut in proximum Batavae reipublicae territorium asylum sibi repererant. Reverendissimus admodum abbas Gerardus clientem suum Lovanium, exeunte mense decembri 1789, reduxit; ubi mox in Collegium Majus, cujus erat praeses, se recepit. Sed per

magnam anni sequentis partem Bruxellis versatus fuit, illuc ab Universitate cum clarissimo domino Vounck, medicinae doctore ac professore, et venerabili domino Timmermans, philosophiae professore, ablegatus, ut, quae Bruxellis deprehenderentur ad Universitatem Lovaniensem spectantia, vindicarent, ac Lovanium deferri curarent. Noster archivorum ac librorum Universitatis recuperandorum, nec non ad alia Academiae negotia expedienda praecipuam curam susceperat.

Anno sequenti de Majoris Collegii aedificiis meridionali, ubi erat refectorium cum officiis, item principali e regione portae introitus, ex fundamentis reconstruendis tractatum fuit, et sacrae Facultatis consensu haec magnifica ac pretiosa molitio nostri sollicitudine ac liberalitate biennio perfecta fuit eo, quo adhuc visitur statu, aedis primariae fastigio octolaterali cum imposita pyramide cuprea, cui insidebat columba sancti Spiritus symbolum (vulgo *dôme*) a malevolis destructo[1].

[1]) La façade qui se trouve vis-à-vis de la porte d'entrée du collége du Saint-Esprit fut couronnée pendant quelque temps d'un dôme octogone surmonté d'une pyramide sur laquelle on lisait l'inscription suivante :

JOANNES FRANCISCUS VAN DE VELDE
THEOLOGUS LOVANIENSIS
ET
COLLEGII HUJUS ABHINC IX AN. PRAESES
QUOD
REGNANTE JOSEPHO II IMP.
BIS SUA SEDE PULSUS
SED
DEI OPE IN PRISTINUM LOCUM
BIS RESTITUTUS FUERIT
AENEAM HANC PYRAMIDEM
MEMORIAE ET GRATITUDINIS ERGO
SPIRITUI S. CONSOLATORI
AERE SUO ERIGI FECIT
ANNO DOM. MDCCXCII
MENSE AUGUSTO

Cette inscription, gravée sur une plaque en cuivre, est conservée au musée de l'Hôtel de ville, à Louvain.

In prima Gallorum invasione, quae mense novembri 1792 accidit, Lovanii in Majori Collegio permansit innumeris ea occasione vexatus molestiis ac sumptibus oneratus. In luctuosa Gallorum emigratione illius temporis symbolum suum contulit in sustentationem eorum, qui egebant. Abbatem Joannem Pey, canonicum ecclesiae Parisiensis, jam pridem sibi amicitia conjunctum, ut Lovanium emigraret, invitavit ac attraxit; cumque Majus Collegium reconstrueretur, praeclaro huic viro asylum honorificum in collegio Atrebatensi impetravit. Postea venerandum modis omnibus illustrissimum ac reverendissimum Machault, episcopum Ambianensem, in Majori Collegio recepit, et suae mensae ac habitationis contubernalem lubens merito reddidit. Moratus est in collegio illustris ille antistes a mense octobri 1793 ad alteram Gallorum invasionem, mense junio 1794. Eodem mense exeunte, ipse collegii praeses sibi a Gallis metuens in Hollandiam primum, dein mense octobri in Westphaliam se contulit, Osnabrugi reliquo anni tempore, et a mense februario anni 1795 Brema subsistens; ubi et graviter aegrotavit et emigrantibus Belgis praesertim confessarium se exhibuit. Illic praeterea inter manuscripta Goldastina, quae in bibliotheca publica Bremensi adservantur, codicem pervolvi continentem epistolas originales illustrium virorum propriis ipsorum manibus abexaratas, quas collegit Melchior Haimensfeldius Goldastus, celeberrimus politicus ac jurisconsultus, qui Francofurti ad Moenum anno 1635 obiit. Auctorum signaturas Bremae mense junio 1795 accurate calamo praenobilis domini Caroli Meyers, Antverpiensis, exaratas, additis alio charactere singulorum nominibus, item annis, quibus quaevis fuit exarata, digessit in classes tres : theologorum, jurisconsultorum ac philologorum, et compingi jussit in unum volumen in-4° pagellorum sex.

Dum in Germania ageret, academica bibliotheca a Gallis spoliata fuit incredibili copia voluminum ac manuscriptorum Parisios translata.

Spe quadam tranquillitatis in Belgio restituendae Brema relicta infra octavam Assumptionis B. M. V. anno 1795 Lovanium reversus est, ad pristina se convertens officia cum scholae ac bibliothecae, tum ad regimen Majoris sui Collegii. Sub gubernio directoriali, quod 4 novembris ejusdem anni 1795 institutum fuit, quantas vexationes ac persecutiones subierit noster, longum esset enarrare; nam in carcerem anno 1797, mense majo, conjectus fuit, ac demum mense decembri in eum lata est in Cajanam insulam deportationis sententia; in eum siquidem persecutorum rabies exerere se proposuerat; non enim ignorabant Universitatis rogatu composuisse eum *memoriale*, quo ostendebatur Universitatem Lovaniensem se reipublicae institutionibus, quippe quae catholicae religionis doctrinae ac disciplinis adversarentur, non se accommodare posse. Itaque metuens sibi festo S. Andreae 1797 post meridiem Lovanium reliquit tendens Bierbacum. Nocte sequente Collegium Majus milite cingitur, ut praeses apprehenderetur deportandus in Cajanam insulam. Ille persequentium manus singulari Dei beneficio ereptus inter multa pericula decembris initio in majoratum Buscoducensem pervenit hospitio illuc una cum eruditissimo Joanne Baptista Samen, plebano ad S. Petrum Lovanii, exceptus primum ab eruditissimo Joanne Van Erp, S. Th. L., pastore in Oirschot, et eodem mense decembri a rev. D. Ant. Van Alphen, vicario apostolico. Statuta illic conceperunt seu bases Tridentini concilii dispositioni conformes pro erigendo seminario vicariatus Sylvaeducensis, studiorum theologicorum cursu Lovanii cessante. Latine redegit J. F. Van de Velde praedicta statuta, quae placuerunt.

Cum tuto loco se fore crederent bini illi fugitivi, ecce hora prima noctis inter 30 et 31 januarii 1798 mandatum ex Haga Comitis ad magistratum Sylvaducensem pervenit, ut fugitivos ubicumque repertos apprehenderent. Characteristica illorum descriptio (*signalement*) portis civitatis fuerat affixa. Illi ex condicto 31 januarii ad meridiem Boxtellam ex Oirschot

adveniunt ad aedes reverendissimi vicarii apostolici reversuri in Schyndel. Verum, re moram non patiente, hora tertia in Sanctae Odae Rode rheda illis subministrata profecti sunt, et, nocte in aede reverendi domini pastoris loci transacta, ad extremam Majoratus parochiam 1 februarii pervenerunt. Inde festo Purificationis per Venlonam iter prosecuti ad Mosam substiterunt; qua die tertia trajecta, Kevelariam venerunt. In domum Oratorii se conferunt non sine propinquo apprehensionis periculo. Itaque ex Oratorio propere exeuntes rheda conducti fuerunt usque in pagum Marienbaum ad ripam Rheni. Hunc fluvium circa decimam noctis transvecti, ac periculis omnibus superatis, Deo gratias exhibuerunt; in locum Meir nuncupatum sub ditione regis Borussiae circa mediam noctem advenerunt. Cum illic triduo quievissent, profecti sunt in Bocholtz. Mansit in eo oppidulo eruditissimus dominus plebanus Samen. Verum noster in itinere visitans monasterium in ....[1] Monasterium Westphalorum se recepit, ibique ad festa paschalia mansit.

Anno 1798, die 23 maji, e Monasterio Paderborniam profectus illic reverendissimum ac illustrissimum dominum Machault, episcopum Ambianensem, salutavit, ac 25 maji Cassellum (*Cassel*), landgraviatus Hassiae metropolim, pervenit. Bibliothecam, aliaque urbis ac vicinii decora, ac monasteria lustravit. Die 31 maji Gottingam advenit, atque illic ad 9 junii (sic) moratus bibliothecam aliaque scientiarum hospitia visitavit.

1798. — Emigratio Cassello per Mundam Gottingae, ubi ad 9 julii (sic) mansit; inde per Eschwege Gotham, ubi humaniter exceptus fuit a serenissimo duce Ernesto II, Erfurtum, Weimariam, Jenam, Naumburgum, Lipsiam, ac tandem Dresdam, in quam urbem die 28 julii pervenit; ibique non solum

[1]) Notre copie porte *Hasfeld prope Wiffeldiam;* nous ne trouvons aucun monastère de ce nom entre Bocholt et Munster. Il faut lire sans doute Coesfeld.

reliqua anni parte, sed insuper tribus sequentibus annis hiemem transegit, illectus urbis amoenitate, ac bibliotheca locuplete, ac variis musaeis picturarum, antiquitatum, raritatum, *porcelaines*, usu libero religionis catholicae, etc.

1799. Dresdae moratus typis Lipsiensibus edi curavit, in 12°, pp. 32, breve S. D. N. Pii VI ad cardinalem archiepiscopum Mechliniensem de 30 julii 1798, super juramento odii, praemissa praefatiuncula.

Iter Berolinum, Potsdam, Wittenbergam, Wörlitz, Dessaviam, Lipsiam. Wittenbergae professor Schraek. Lipsiae quid egerit.

1800. Iter Vratislaviam per Gorlitzium, ...[1], etc. Vratislaviae consuetudo cum domino canonico Prouchwille. Protocolli capituli descriptio ejus cura. Bibliotheca Elizabethana Mariae Magdalenae. Consiliarius....

Venit M. per Oderam Francofurtum, ubi ei una ex duabus cathedris offertur, quas Borussiae rex illic erigere statuerat pro suis novis catholicis subditis in Polonia. Iterato Berolinum, bibliothecae frequentatio; reditus per Lipsiam et Missenam....

1801. Iter Vratislaviam, Magdeburgum; inde per Albim Hamburgum, ubi consuetudo cum domino bibliothecario[2]; reditus per....; demum Dresdam.

Iter....

Occasione concordati revertitur in Belgium. Iter instituit per Lipsiam, ubi consuetudo cum domino professore....; Weimariam, ubi in archivum admittitur; Erfurtum, Gotham, ubi transit diebus novem exceptus a duce Ernesto II; Paderbornam, Monasterium, Anhaltum, Neomagum, Sylvamducis, Turnhoutum, Liram, Bruxellas, mense septembri....

[1]) Nous avions lu *Hornluitten* ou *Stornluitten*. Il n'existe pas de ville de ce nom entre Görlitz et Breslau. S'agit-il peut-être de Bunzlau ou de Liegnitz?

[2]) Il s'appelait C. D. Ebeling. *Note communiquée par M. Aug. Scheler.*

1803. Mense augusto iter Dresdam instituit. Lovanio Leodium; inde Aquisgranum, Coloniam, Moguntiam per Rhenum, Francofurtum ad Moenum; consuetudo cum domino Guilielmo Frederico Hufnagel, pastore ecclesiae reformatae ibidem; a quo die 30 augusti 1803 dono accepit epistolam originalem Philippi Melanchthonis ad Pollanum Francofurdensem de 5 februarii 1550; Aschaffenburgum, Dresdam appulit mense novembri. Carolo....

1804. Reditus cum domino Winckhuys et filio. Mense augusto ex Dresda discessimus, itinere instituto per Lipsiam, Hallas Saxonum, ubi de Melanchthonis epistolis colloquium[1]. Tum profecti primum Helmstadium, ubi comiter exceptus fui a clarissimo viro Henrico Philippo Conrado Hencke, consultore ducatus Guelferbytani prop... abbate Regulotharensi et theologiae professore primario in academia Helmstadiensi; idem mihi dono dedit 27 augusti 1804 literulas Philippi Melanchthonis autographas ad Tilmannum Wesaliensem cum suo icone. Inde Brunswigum et Wolfenbuttel visitans bibliothecam....; Saltzgitter; postea Hamburgum et Altonam; mansi ibi quindecim dies. Postea per Bremam et per Frisiam, trajecto mare Zuyderzee, Amstelodamum mense octobri; inde Bevernam.

1805. Iter Parisios, perquisitio de conciliis.

1806—1807. Ordinatio librorum bibliothecae meae Lovanii, Mechliniae, Bevernae. Nova emptio librorum; manuscripta Bruxellis et alibi commodo accepta ad conficiendum catalogum seu bibliothecam conciliorum. Materialia pro descriptione municipii Beverensis.

1810. Rogatus ab episcopo Gandensi scriptum redegi concernens pragmaticae sanctionis abrogationem in Gallia pro Leone X et Francisco I.

Rogatus immo compulsus ab eodem Gandensi episcopo, ut

[1]) Cet entretien eut lieu avec le professeur Noesselt. *Note communiquée par M. Aug. Scheler.*

secum ad concilium nationale theologi titulo Parisios me conferrem, discessimus ipso die Pentecostes post meridiem Cortracum, dein per Insulas, Atrebatum, Chantilly; Parisios post triduum advenimus. Hospitio usus l'*hôtel de Grosselles, rue de Grenelles, faubourg Saint-Germain*, quo etiam utebantur episcopi Namurcensis et Gratianopolitanus. Sancti Sulpitii bibliothecam necnon imperialem frequenter invisi. Scripta composui 1° de natura et vi necessitatis, in qua tunc gallicana ecclesia dicebatur gravari, quae esset sufficiens causa, ut institutio episcoporum, neglecto Pontifice, ab archiepiscopis daretur; — item 2° historiam conventus Bituricensis sub finem seculi decimi quinti, cujus statutis pars adversa plurimum nitebatur; — 3° dissertatiunculam de illo dicto : *Ecclesia est in statu, non vero status in Ecclesia;* — 4° cui sit potestas catechismum praescribendi. Haec omnia scripta in hospitio illustrissimi ac celsissimi principis episcopi Gandensis reperta a politiae satellitibus abrepta fuerunt. Cessante concilio die 12 julii 1811, mane hora quarta a politiae satellitibus comprehensus in custodiam arcis Vincennensis detrusus fui, in quam etiam deducti fuerunt eodem die episcopus Gandensis princeps de Broglie, Tornacensis illustrissimus dominus Hirn, ejusque archidiaconus et theologus reverendus dominus Duvivier, item episcopus Trecensis, celeberrimus abbas de Boulogne. In secreto fuimus usque ad 10 novembris, quo simul esse permissum nobis fuit, immo et missam in carcere celebrare. Ita uniti mansimus ad mensem decembrem, quo in exilium acti fuimus : episcopi Gandensis Beaune, —Tornacensis Gien, — Trecensis Falaise, — dominus Duvivier, Vervins, — J. F. Van de Velde Rethel, in quo oppidulo cardinalis Mattaï et Pignatelli exules erant. Parisiis in exilium discessi 23 decembris, hora quinta vespertina, ac per Soissons etc., Remos adveni 24, pridie Natalis Domini. Missam eo festo in cathedrali Remensi celebravi, valde humaniter a reverendo domino Malherbe, pastore primario, exceptus. Sa-

lutavi etiam ibidem cardinales Brancadoro et Consalvi. Visitavi etiam bibliothecam civicam. Exstabat illa in monasterio... transferendam (sic) in domum civicam; item monumenta antiquitatum. Discessi Remis, die dominica 28 decembris, hora quarta matutina, rheda publica vectus. Rhetelium perveni circa meridiem. Sumpto prandio, accessi dominum subpraefectum ac maierum, quibus ostendi passeportum, quem maierus subsignavit. Die lunae hospitem mihi procuravit reverendus admodum dominus Desjardins, pastor ecclesiae primariae S. Nicolai, apud praenobilem dominum de Souche, ludovico aureo per mensem singulum.

Rhetelii tranquille vixi non ingratus civibus aut superioribus, lectione librorum, quae mihi commodavit spectabilis dominus praeses tribunalis. Mansi illic usque ad mensem aprilem 1814. Tunc per Givetum, Dinantum et Namurcum (ubi apud illustrissimum dominum episcopum prandio exceptus fui) Bruxellas, inde in Sancti Nicolai, et die quinta maji (feria quinta) 1814 Bevernam appuli, magna laetitiae significatione exceptus.

Eodem mense Lovanium me contuli acturus de restauratione antiquae Universitatis Lovaniensis. Collegae ex consilio Universitatis superstites non pauci numero me et consultissimum dominum Van Audenrode deputarunt, ut gravem illam causam, ubi oporteret, Universitatis nomine prosequeremur. Die 28 maji Bruxellis Gandavum veni illustrimo domino episcopo de suo reditu gratulaturus. Quod die sequenti, festo Pentecostes, feci, prandio ab illustri illo antistite exceptus, quocum die lunae una cum domino vicario Lesurre Bruxellas reversus sum. Illustris antistes remunerare desiderans qualecumque officium a me in concilii causa praestitum, obtulit praebendam suae ecclesiae cathedralis in titulum; instititque, ut acceptarem hunc honorificum locum. Cum recusarem eam ab causam, quod spem firmam concepissem reversurum me Lovanium, gratus praesul diploma

misit solemne, quo me canonicum honorarium ac consiliarium designavit. Conveni tum episcopi tum Universitatis causa, suasu amplissimi domini De Jonghe, baronem Vincent, qui tum publicis rebus praeerat nomine confoederatorum. Is humanissime me excepit, spemque fecerat restaurationis; sed illo aliis regiminis locum post paucos dies cedente, spes illa elanguit. Interim in spem contra spem Universitatis antiquae membris post maturam deliberationem placuit, ut iis personis, quae fundatoribus Universitatis dignitate successerant, libelli supplices cum adjuncto memoriale, quo Universitatis erectio, constitutio, merita exponerentur, offerretur, id est Summo Pontifici, Pio papae VII, ac Francisco II, imperatori Austriaco. Redegit ea scripta J. F. Van de Velde, curavitque, ut excellentibus illis personis exhiberentur. Idem etiam literas commendatitias in hunc finem scripsit excellentissimo domino Metternich, patri junioris ministri, ac ad aulam imperatoriam; item ad cardinalem Consalvi. Tandem ad illustrissimum principem Guilielmum a Nassovia, destinatum regem, mense augusti 1815, deputatus cum aliis Universitatis collegis, Bruxellis brevi sermone Universitatis causam commendavit[1].

Cum nulla superesset spes revertendi Lovanium, dudum ante coeptam monumentorum collectionem, quae ad conciliorum Belgicae editionem spectabant, in manus sumpsit. In hac cartarum copia selegit ea monumenta, quae metropolitanae ac primatiali ecclesiae Mechliniensi propria erant; nam ab hac ecclesia initium erat faciendum Synodici Belgici, quod promulgare instituerat. Noluit tamen rem aggredi, nisi prius convenisset celsissimum ac reverendissimum dominum ac principem Franciscum Antonium de Mean, archiepiscopum Mechliniensem. Hunc ergo mense septembri 1819 Mechliniae accessit, eique, quid facere intenderet, fideliter exposuit, sup-

[1]) La plupart des documents rédigés à l'occasion des démarches faites pour obtenir le rétablissement de l'Université de Louvain ont été publiés dans l'*Annuaire de l'Université catholique,* 1838, pp. 199-254.

pliciter rogans, ut non modo consensum, sed protectionem etiam gerendae huic rei indulgere dignaretur. Quod illustris ille antistes libenter fecit, ac in tutelam se opus suscepturum humanissime promisit. Itaque prospectum operis adornavit, mense novembris typis Bernardi Poelman Gandavi impressum hoc titulo : SUBSCRIPTIO : *Nova et absoluta collectio synodorum archiepiscopatus Mechliniensis* etc. in-4°, pag. 12; item hoc titulo : SOUSCRIPTION : *Nova et absoluta collectio*, etc., in-8, pp. 4. Curae fuit, ut ubivis per Belgium ad eruditos atque etiam ad episcopos aliasque illustres personas prospectus exemplaria deferrentur. Qua in distributione evenit, ut praeter exspectationem felicissimo casu ad manus ipsius Romani Pontificis Pii VII exemplar devenerit. Quod gratum sibi fuisse ad editorem per quemdam praelatum scriptis testificari dignatus fuit.

Antequam ipsa collectio ederetur, placuit apparatum (quod etiam melioris notae editores fecerunt), titulo *Synopseos* praemittere, quae tandem, moras alias ex aliis nectente typographo, anno 1822 in aestate, 3 vol. in-8°, Gandavi prodiit. Index ad calcem tomi tertii promissus ejusdem typographi socordia non modo intra paucos dies, ut promissum fuerat, sed nec intra paucos menses, in lucem exiit[1]. Quae causa fuit, ob quam subscriptoribus operis aliisque respectu dignis personis auctor *Synopseos* exemplaria mittere non potuit; namque a mense julio *Index generalis rerum, locorum, ac personarum, et index specialis auctorum, qui in usum adhibiti fuerunt*, Gandavum missus fuit, ut adeo mense augusto in publicum emitti potuisset.

Obiit[2].... sepultus in coemeterio ecclesiae parochialis in Beveren cum epitaphio, quod memor mortis vivens sibi poni fecit.

[1]) Cette table des matières n'a jamais été publiée.

[2]) Van de Velde mourut à Beveren (Waes) le 9 janvier 1823.

LE SOUVERAIN PONTIFE GRÉGOIRE IX CONFIRME LES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DE MAEGDENDAEL.

L'abbaye de Maegdendael fut fondée primitivement à Flobecq et transférée à Audenarde au XIII[e] siècle. Sanderus (*Flandria*, III, pp. 198 et 276) affirme que cette translation eut lieu en 1232 ou 1233. Cependant l'acte suivant semble insinuer qu'en 1236 l'abbaye se trouvait encore à Flobecq. En effet, en parlant du monastère, Grégoire IX dit : *Locum ipsum, in quo monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis de Aubeke et Bruiere.* Or ces deux localités sont situées aux environs de Flobecq.

10 janvier 1236 (nouveau style).

GREGORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, abbatisse monasterii Vallis Virginum, ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, imperpetuum salutem et apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis enervet. Ea propter, dilecte in Christo filie, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium sancte Dei Genitricis et Virginis Marie Vallis Virginum, Cameracensis diocesis, in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presenti scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum a vobis post concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem

monasterium in presentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis et hiis, que vobiscum successerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis de Aubeke et de Bruiere[1]; grangias cum omnibus pertinentiis suis; possessiones, quas ex dono Gossuini de Aubeke et uxoris ejus habetis, cum omnibus pertinentiis suis; possessiones et alia bona, que habetis in villis de Flobierch, de Goy et de Wodeke, Eversbeke, et Saralidengches[2], de Braele[3] et Eleziele[4], cum omnibus pertinentiis suis; terras, quas nobilis vir Arnulphus de Aldenardia et Aelidis, uxor ejus, in parochia de Eleziele vobis in elemosinam contulerunt; terras et redditus avene, caponum et denariorum, que habetis in villis de Flobierch, de Goy et de Wondeke, a nobilibus viris Thederico de le Hamaide et Godefrido de Sumbreffia et eorum uxoribus vobis pia liberalitate concessis; terras ex dono Franconis de Eleziele et uxoris ejus; terras, boscum, et redditus avene et caponum ex dono Johannis de Monte, ex dono Egidii Tinel et ex dono Balduini Tinel; modium bladi, quem vobis in molendino de Poller nobilis vir W. de Ha(meida) in elemosinam contulit annuatim; redditus denariorum et caponum, quos consorores vestre Sara et Alarda, sui juris adhuc existentes in seculo, vobis in elemosinam contulerunt; redditus quoque in villis de Lessines et de Papengehien, qui vobis ex parte Marie de Lessines, consororis vestre, collati fuerunt, necnon possessiones alias tam

[1]) Aubecq dépend actuellement de la commune de Ghoy; Bruyère est un endroit situé au nord d'Ellezelles.

[2]) Flobecq, Ghoy, Wodecq, Everbecq et Sarlardinge.

[3]) Braekel?

[4]) Ellezelles

pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in agnis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis liberalitatibus, immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus vestris, vel de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceatque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere, ac eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulla[1] sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatisse sue licentia de eodem decedere; discedentem vero absque communium vestrarum cautione litterarum nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui persone dare, sive alio modo alienari absque consensu totius capituli vel majoris ac sanioris partis ipsius. Si que vero donationes vel alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus.

Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus, vel quelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire, vel judicio seculari de propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat; nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causa tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat; nec regularem abbatisse vestre et actionem impediat, aut de instituenda vel removenda ea, que pro tempore fiunt, se aliquatenus intromittat contra ordinis Cisterciensis statuta. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento, nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere; sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus inpendat; alio-

[1]) Lisez *nulli*.

quin liceat vobis, quemcumque malueritis, catholicum adire antistitem, gratiam et communionem Apostolice Sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis, quod postulatur, impendat.

Quod si sedes dyocesani episcopi vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis; sic tamen ut ex hoc imposterum proprio episcopo nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum Romane Sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, ac consecrationes altarium auctoritate Apostolice Sedis recipere valeatis.

Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive in mercenarios vestros pro eo, quod, sicut dictum est, decimas non persolvitis, seu aliqua occasione earum, que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint, vel ad laborandum adjuverint, in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam pertulerint, ipsam tamquam contra Sedis Apostolice indulta prolatam decernimus irritandam; nec littere ille firmitatem habeant, quas, tacito nomine Cisterciensis ordinis, et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit inpetrari.

Preterea, cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nichilominus in vestro monasterio, excommunicatis et interdictis exclusis, divina officia celebrare.

Paci et tranquillitati vestre paterna inposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam

seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem tenere, capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates, immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc constitutionis paginam sciens contra eam venire temere temptaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et divini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud strictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Datum Perusii per manum magistri Bartholomei, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, quarto idus januarii, Incarnationis Dominice anno millesimo ducentesimo tricesimo quinto, pontificatus vero domni Gregorii pape noni anno octavo.

Archives particulières. (D'après une copie de la fin du XIIIe siècle, qui nous a été communiquée par M. Raepsaet, juge de paix à Lokeren.)

ORIGINE DE L'ÉGLISE ET DE L'HOPITAL DE SAINT-JEAN, AU MARAIS, A BRUXELLES.

I.

Eglise de Saint-Jean, au Marais.

La première moitié du XIIe siècle vit surgir en Belgique un grand nombre d'abbayes, de maisons religieuses et d'établissements de bienfaisance. C'est aussi à cette époque que plusieurs églises furent fondées, entre autres, celle de St-Jean, au Marais, à Bruxelles. La tradition, appuyée sur un acte publié par Miraeus[1], rapporte de la manière suivante les circonstances de la consécration de cette église.

Innocent II, élu pape le 14 février 1130, fut contraint de quitter Rome quelque temps après, pour se soustraire aux poursuites de l'intrus Pierre de Léon, qui par ses intrigues s'était emparé du trône pontifical Il se réfugia en France, où il tint un concile à Clermont, au mois de novembre de l'année 1130. De là il se rendit en Lorraine, et ensuite à Liége, auprès de l'empereur Lothaire II. Il arriva dans cette dernière ville le 22 mars 1131, qui était cette année le troisième dimanche du carême.

Après avoir séjourné quelque temps à Liége, Innocent vint à Bruxelles, accompagné d'un grand nombre de cardinaux, d'évêques et d'abbés, parmi lesquels se trouvait saint Bernard, abbé de Clairvaux. Miraeus rapporte dans ses annales qu'Innocent II reçut l'hos-

[1]) *Opera diplomatica*, I, p. 94.

pitalité dans le bâtiment formant l'angle gauche, près de l'entrée principale de l'église de Sainte-Gudule[1].

Le 15 octobre suivant[2], le Souverain Pontife consacra l'église de Saint-Jean, vulgairement appelée *au Marais, op den Poel*. Il la dédia en l'honneur de la sainte Vierge, des saints apôtres Pierre et Paul, de saint Etienne, de saint Médard et de saint Gildard, et assigna le 15 octobre comme jour anniversaire de la consécration. Cette solennité eut lieu en présence de l'archevêque de Rouen et des évêques d'Ostie, d'Albano, de Verdun, de Châlons et d'Arras.

Tel est le récit que nous ont laissé Miræus, Puteanus, Butkens, Gramaye, Van Gestel, Leroy et généralement tous les auteurs qui se sont occupés de cet édifice. Goetval[3], et après lui l'abbé Mann et d'autres, rapportent, d'après une ancienne chronique de Bruxelles, qu'à cette occasion, le pape avec toute sa suite, ainsi que le duc de Brabant, Godefroid I, et sa cour furent traités deux jours de suite par le magistrat de Bruxelles, à la Maison-au-pain, et que cette dépense coûta à la ville 32 livres tournois. Schayes ajoute que ce fut en mémoire de cette cérémonie, que la tour de l'église de Saint-Jean était, jusqu'en l'année 1797, surmontée d'une tiare[4].

Tout ce récit du voyage d'Innocent II à Bruxelles

1) Miræus, *Rerum belgicarum annales,* ad annum 1131.

2) L'acte porte : *Idibus octobris*. Les ides tombent le 15 des mois de mars, mai, juillet et octobre, et le 13 des autres mois.

3) *De godshuyzen en de kerken van Brussel*. Manuscrit de la Bibliothèque royale, n° 13475.

4) Une inscription gravée sur le frontispice de l'église rappelait également cette consécration.

et de son séjour dans cette ville s'appuye sur un acte du 15 octobre 1131, par lequel ce pape confirme la consécration et la dédicace d'une église.

Longtemps avant Miræus, qui le premier a publié cet acte, les mambours ou préposés de l'hôpital avaient fait des démarches auprès de l'archevêque de Cambrai, Henri de Bergues, pour obtenir la confirmation de ce document. Le prélat, trouvant la requête motivée et fondée en raison, accéda à leurs désirs; et, le 14 novembre 1497, il reconnut que la pièce était revêtue de tous les caractères d'authenticité, la confirma en présence de plusieurs personnes de distinction, et la fit revêtir de son sceau et du seing de son secrétaire[1].

Malgré cette confirmation solennelle, malgré l'autorité des auteurs que nous venons de nommer, et l'opinion communément suivie pendant plus de trois siècles, nous ne pouvons admettre l'authenticité de l'acte publié par Miræus. Et, comme conséquence légitime de notre opinion, nous rejetons les faits qui y sont rapportés. Le mode de dater, la désignation du règne de Louis-le-Vieux, roi de France, l'omission du nom de la ville de Bruxelles, des indulgences accordées à l'occasion de la consécration, de celui de l'église, les saints auxquelles elle est dédiée la manière dont l'acte est formulé et la démarche faite pour en établir l'authenticité, nous permettent au moins d'en suspecter tout d'abord la vérité[2].

D'un autre côté, il est certain que jamais il n'a été

[1]) Miræus, *Opera diplomatica*, I, p. 94.

[2]) Smet, *Hist. de la religion catholique en Brabant*, *trad. par Tiron*, Brux. 1839, p. 59 et suiv.

fait mention de cet acte, et que jamais on ne s'en est prévalu pour établir l'origine de l'église de Saint-Jean, avant qu'il ne fût approuvé par l'archevêque de Cambrai, c'est-à-dire avant l'année 1497.

En outre, nous savons positivement par le témoignage de presque tous les historiens ecclésiastiques, fondé sur un grand nombre d'actes et d'autres documents irrécusables, qu'à la date du 13 octobre 1131, le Souverain Pontife Innocent II se trouvait à Compiègne, que le 15 il était à Soissons, d'où il se rendit à Reims, pour assister à la célébration du concile appelé du nom de cette ville et célébré quatre jours après, c'est-à-dire le lundi 19 octobre, en présence de treize archevêques et de 263 évêques.

Voici de plus ce que nous lisons du passage d'Innocent II à Soissons, dans la chronique contemporaine de l'abbaye de Saint-Médard[1] : *Ecclesia beati Medardi Suessionis dedicatur a domno Innocentio papa II praedicto, papatus sui anno secundo, in honore beatae Mariae semper Virginis, et sanctorum apostolorum et martyrum, et in honore beati Medardi*[2], *episcopi et confessoris*, idus octobris. » Nous laissons au lecteur le soin de former son jugement sur la question.

Enfin, le soin que les historiens ont mis à décrire le voyage du pape Innocent II, les actes nombreux

[1]) *Chronicon sancti Medardi Suessionis ab anno 497 ad 1269, auctore monacho Benedictino ejusdem asceterii,* publié par D'Achery, *Spicilegium,* II, p. 488 et suiv.

[2]) Ce fut en l'honneur de saint Médard et saint Gildard que l'on fit construire cette église. Leurs reliques y avaient été transportées. Voyez Butler, à la date du 8 juin. Plusieurs autres auteurs parlent de la consécration faite par Innocent II. Antonio Pagi, *Critica historico-chronologica.*

qu'il a rédigés pendant ce voyage et les traces qui en sont restées, nous permettent de tracer exactement l'itinéraire qu'il a suivi[1], et d'affirmer, sans crainte d'être démenti, que jamais, ni avant ni après le concile de Reims, Innocent II est venu à Bruxelles[2].

Rien néanmoins ne s'oppose à ce que nous fixions à la première moitié du XIIe siècle l'origine de l'église de Saint-Jean, au Marais. Nous reconnaissons donc volontiers avec le savant archéologue M. Schayes que « si » l'on en excepte quelques débris de murs de l'enceinte » primitive de Bruxelles, remontant à l'année 1044, » de tous les édifices actuels de cette ville, le plus » ancien était, sans contredit, la ci-devant église de » l'hôpital de Saint-Jean au Marais. La nef de cette » église était en même temps le seul édifice d'archi- » tecture romane que possédait la capitale... La partie » romane... était reconnaissable à l'extérieur : 1° à la » façade, qui n'avait d'autres ornements que trois » niches simulées au-dessous du galbe, ou pignon trian- » gulaire qui formait son couronnement; 2° aux

1) Voyez Jaffé, *Regesta Pontificum Romanorum*, Berolini, 1851, in-4°, p. 564 et suiv. Il résulte des actes cités par Jaffé qu'Innocent II quitta la Belgique dans la première moitié du mois d'avril (vers le 11) et qu'avant de se rendre à Reims, il visita successivement les villes de Laon, Saint-Denis, Paris, Rouen, Beauvais, Compiègne, Crespy, Auxerre, Orléans, Blois, Estampes, Paris et Soissons. Le premier acte daté de Reims est du 18 octobre.

2) Les auteurs qui, à l'exemple de Leroy, fixent au 5 mars 1131 le séjour du pape à Bruxelles, ne s'appuient sur aucun fondement. L'acte, en effet, dont il s'agit, porte la date du 15 octobre. Or Innocent II n'arriva à Liége que le 22 mars. Il y couronna Lothaire le 29 du même mois. De Liége il retourna en France, séjourna plusieurs jours à Clervaux et à Auxerre, et célébra pontificalement la messe, le Vendredi-Saint, 16 avril, dans l'église de Saint-Denis. Gilles d'Orval, *Historia pontificum Leodiensium*. Voyez aussi Jaffé, op cit., p. 565.

" murs extérieurs de la nef centrale... et enfin 3° à " quelques contreforts qui flanquaient le bas-côté droit " de cette nef[1]. "

Quoiqu'il en soit, il résulte d'un acte de Henri I, daté de l'année 1201, que l'église de Saint-Jean, au Marais, avait déjà acquis, à cette époque, une très-grande importance. En effet, dans l'énumération des redevances que les églises secondaires devaient payer annuellement aux chanoines du chapitre de Sainte-Gudule, le duc taxe l'église de Saint-Jean à 12 sols, n'imposant aux églises de Notre-Dame de la Chapelle et de Sainte-Catherine qu'une redevance respective de 2 et de 5 sols[2].

II.

Hôpital de Saint-Jean, au Marais.

Les écrivains qui se sont occupés de l'hôpital de Saint-Jean, vulgairement appelé *au Marais*[3], ne sont d'accord ni sur l'époque de son érection, ni sur l'emplacement qu'il aurait primitivement occupé.

Van Gestel[4], Leroy[5] et d'autres auteurs rapportent l'origine de cet établissement au règne de Godefroid I, surnommé le Barbu, créé, en 1106, duc de la Basse-

[1]) *Renaissance,* v[e] année, p. 155.

[2]) Miræus, *Opera diplomatica,* IV, p. 223.

[3]) Il fut ainsi nommé d'un lac ou marais situé à proximité de l'hôpital, dans lequel, au témoignage de Puteanus, on noyait anciennement tous ceux qui étaient reconnus coupables d'adultère. *Bruxella septenaria.* — Il existait autrefois des puits ou réservoirs, *poelen,* au milieu des grandes agglomérations; on leur donnait souvent le nom de *pennepoel* ou *pensepoel.*

[4]) *Historia archiepiscopatus Mechliniensis,* II, p. 30.

[5]) *Grand théâtre sacré,* II, p. 80.

Lotharingie par l'empereur Henri V, et qui est considéré comme la souche de la maison des ducs héréditaires de Brabant. Butkens, sans attribuer à ce prince la fondation de l'hôpital, prétend toutefois que ce fut lui qui le dota[1]. Cependant nous ferons remarquer qu'aucun de ces historiens n'allègue la moindre preuve à l'appui de l'assertion que nous venons de rapporter.

Gramaye[2] et généralement tous les auteurs attribuent la fondation de l'hôpital de St-Jean à Henri I, dit le Guerroyeur, qui devint duc de Lothier et de Brabant, en l'année 1190. Dans l'acte daté du mois d'octobre de l'année 1211, par lequel Jean de Béthune, évêque de Cambrai, confirme l'institut des frères et des sœurs desservant cet établissement, nous lisons aussi que ce fut à la munificence et à la piété du duc Henri I que l'hôpital de Saint-Jean, au Marais, était redevable de son existence[3]. Sans vouloir atténuer l'autorité de cette assertion communément admise, nous ferons remarquer que, sans faire mention d'un acte de 1174, par lequel le Souverain Pontife Alexandre III confirme les priviléges et les biens de la collégiale de Sainte-Gudule, et dans lequel il insinue l'existence de l'hôpital de Saint-Jean[4], il n'est nullement prouvé par la charte octroyée par Henri I, en 1195, que ce prince soit le fondateur de l'établissement[5]. En effet, cette charte, qui est la

[1]) *Trophées du Brabant,* I, p. 106.

[2]) *Antiquitates Brabantiae, Bruxella,* p. 8.

[3]) Miræus, *Opera diplomatica,* III, p. 609. *Hospitale sancti Johannis Baptistae in Bruxella,* y est-il dit, *illustris viri Henrici, ducis Lotharingiae, munificentia et devotione fundatum.*

[4]) Ibidem, t. II, p. 1175.

[5]) Butkens, *Trophées,* t. I, Preuves, p. 47.

plus ancienne qui nous ait été conservée concernant l'hôpital de Saint-Jean, ne nous apprend en aucune manière que l'hôpital ait été fondé par le duc ou par l'un de ses prédécesseurs. Le duc de Brabant y parle de l'hôpital, comme d'un établissement auquel il accorde des priviléges et le suppose existant et connu sous le nom d'hôpital du Saint-Esprit.

L'existence de l'hôpital antérieurement à la charte de 1195 nous paraît donc possible, et nous en trouvons encore la confirmation dans l'acte de 1211, émané de Jean de Béthune, évêque de Cambrai. Il y est dit que l'hôpital a été bâti par les largesses des fidèles. *Et de fidelium eleemosynis est edificatum*[1].

Plusieurs auteurs modernes, parmi lesquels l'abbé Mann[2] et Foppens, ont prétendu que l'emplacement occupé primitivement par l'hôpital de Saint-Jean était au Sablon, situé à cette époque hors de l'enceinte de la ville. Cette assertion est controuvée. Ces savants, s'appuyant sur la mauvaise interprétation du mot latin *apud (Bruxellam)*, qui se trouve dans la charte de 1195, ont voulu faire concorder cette interprétation avec le fait que l'hôpital possédait autrefois et a conservé pendant plusieurs siècles, au Sablon, une dépendance qui lui servait de cimetière et qu'il avait acquise à cette fin en l'année 1288.

Mais il est à remarquer que la préposition *apud* n'exprime pas seulement l'idée de proximité d'un lieu, mais

[1]) Goetval attribue l'origine de l'hôpital de Saint-Jean à une congrégation religieuse composée d'hommes et de femmes. *Brusselsche antiquiteyten*, ms. de la bibliothèque royale, n° 11639.

[2]) *Histoire de la ville de Bruxelles*, I, p. 27.

qu'à cette époque elle est aussi employée pour déterminer le lieu même[1]. Quant au fait d'une dépendance que l'hôpital possédait au Sablon, nous savons positivement, par l'acte même d'acquisition, que ce terrain ne devint la propriété de l'hôpital qu'en l'année 1288; donc un siècle environ après sa fondation. De plus, si l'hôpital avait existé primitivement au Sablon, il y aurait possédé un terrain et, conséquemment, il n'aurait pas été obligé d'y acheter, en 1288, un second terrain destiné à servir de cimetière, en remplacement de celui qui existait près de l'église de Saint-Jean, ni de demander, en l'année 1298, à l'évêque de Cambrai l'autorisation nécessaire pour effectuer ce transfert. Cette assertion est donc entièrement controuvée.

L'hôpital de Saint-Jean portait primitivement le nom d'hôpital du *Saint-Esprit*. Il est ainsi appelé dans la charte du duc de Brabant, Henri I, datant de l'année 1195. Dans une autre charte du 14 août 1204, émanée du même prince, la dénomination d'hôpital du Saint-Esprit est déjà changée en celle d'hôpital de Saint-Jean[2]. Cette dernière était déjà attribuée à l'église dans la charte de 1201[3].

MM. Henne et Wauters, dans leur *Histoire de la ville de Bruxelles*[4], disent qu'il est probable que l'hôpital

[1]) Une charte de l'année 1102 se termine : *Actum Tornachi, apud sanctum Brictium,* c'est-à-dire : *Fait à Tournai, dans l'église de Saint-Brice.* Une autre de 1163 : *Actum apud Insulanum castrum,* c'est-à-dire : *Fait au château de Lille.* Ces documents se trouvent au Cartulaire de l'abbaye de Saint-Martin de Tournai.

[2]) *Ad opus pauperum hospitalis beati Johannis, quod antea Sancti Spiritus dicebatur.* Miræus, *Opera diplomatica,* IV, p. 716.

[3]) Ibidem, IV, p. 223.

[4]) III, p. 79.

de St-Jean doit son origine à des hospitaliers du Saint-Esprit, dont l'ordre fut institué à Montpellier, vers la fin du XIIe siècle. Cette supposition peut être admise. Nous ferons remarquer néanmoins que toutes les institutions en faveur des pauvres étaient placées sous l'invocation du Saint-Esprit. Il est également probable que le duc Henri I, qui avait fait deux fois le voyage en Terre Sainte (en 1187 et en 1196), y aura vu les établissements créés pour les pèlerins et les malades, sous l'invocation de Saint-Jean, par les chevaliers hospitaliers de Jérusalem, et que cette considération lui aura suggéré l'idée de substituer la dénomination de Saint-Jean à celle que l'hôpital portait antérieurement.

Nous donnons ici quelques actes inédits qui se rapportent à l'église et à l'hôpital de Saint-Jean, au Marais.

H^the De Bruyn.

Documents historiques relatifs a l'église et a l'hôpital de Saint-Jean, au Marais.

I.

Transaction conclue entre le chapitre de l'église collégiale de Sainte-Gudule et les sœurs de l'hôpital de Saint-Jean, au Marais.

9 août 1204.

Universis christifidelibus presentem paginam inspecturis F., presbiter de Plachento, W., capellanus domus leprosorum de Mechlinia, et magister R. de Vikenne, canonicus Antverpiensis, salutem sempiternam in Eo, qui omnium est salus. Ad notitiam omnium volumus pervenire, quod, cum in curia Cameracensi inter viros venerabiles decanum et capitulum Bruxellenses, ex una parte, et religiosas dominas, magistram et sorores hospitalis sancti Johannis, in Bruxella, ex altera, super possessione

oblationum provenientium ex funeribus eorum, qui ad sanctum Johannem suam eligebant sepulturam, controversia verteretur, posset etiam inter dictas partes super oblationibus cotidianis offerendis ad eandem capellam, maxime cum predicte magistra et sorores dicant se eas habere ad firmam perpetuam a capitulo supradicto, et super oblationibus offerendis in funeribus fratrum et sororum familiarium infra ambitum sui hospitalis, quas decanus et capitulum supradicti dicunt ad ipsos de jure pertinere, oriri controversia, in nos, super premissis, eorum proprietate et possessione, tamquam in arbitros, sicut in scriptura super hoc confecta, sigillis partium sigillata, plenius continetur, compromiserunt. Nos, onere arbitrii in nos suscepto, secundum Deum et bonam conscientiam, et de consensu partium, actis privilegiis utriusque partis diligenter inspectis, et earum rationibus hinc inde auditis, de consilio jurisperitorum, die ad hoc assignata partibus, in vigilia beati Laurentii, et eisdem presentibus, pronunciamus, arbitraliter ordinando inter partes supradictas, quod, si de oppido Bruxellensi elegerint sibi sepulturam ad sanctum Johannem, non poterunt ibi sepeliri, nisi licentia dicti capituli super hoc prius petita et obtenta. Obtenta licentia a predicto capitulo, oblationes funerum predictorum, tam in denariis quam candelis et aliis, percipient decanus et capitulum, nisi equipollens ejus predictis oblationibus recompensatio tribuatur. Qua eis tributa, oblationes predicte penes predictam magistram et sorores tamquam sue remanebunt. Sepedicta autem magistra et sorores oblationes dicte capelle beati Johannis, exceptis oblationibus funerum predictorum et quatuor majorum solemnitatum, videlicet Natalis Domini, Resurrectionis Domini, Penthecostes et Omnium Sanctorum, habebunt ad firmam perpetuam a dicto capitulo pro duodecim solidis Bruxellensibus, eidem capitulo annis singulis a predicta magistra et sororibus solvendis. In solemnitatibus autem predictis capellanus dicte capelle nullas in dicta capella recipiet oblationes, immo, dominica precedente quamlibet solemnitatem, et

etiam in ipsis solemnitatibus, in facie ecclesie monebit et precipiet omnibus, qui ad dictam capellam convenient, sub periculo animarum suarum, quod quilibet ad suam ecclesiam suas deferant oblationes, vel transmittant, nec credant, si eas ad dictam capellam offerant, se esse liberatos. Proclamatione autem predicta modo predicto facta, si qui ad altare dicte capelle dictis solemnitatibus gratis offerant, penes magistram et sorores et capellanum dicte capelle tamquam sue remanebunt; nec tamen istud capellanus in communi proclamabit. Ordinamus etiam inter partes predictas, quod magistra et sorores poterunt fratres et sorores familiares predictos et infirmos suos in suo cimiterio sepelire, ita tamen quod eorum exequie in altari superiori sito in hospitali predicto celebrentur, et de oblationibus ex dictis funeribus, seu ex quacumque causa provenientibus habebunt predicti decanus et capitulum medietatem, aliam vero medietatem magistra et sorores, sub annuo censu duorum denariorum Bruxellensium predictis decano et capitulo, in crastino Nativitatis Domini, annuatim a predictis magistra et sororibus solvendorum, perpetuo possidebunt. Si vero contigerit aliquem de predictis fratribus, sororibus, familiaribus vel infirmis in dictam capellam deportari et exequias eorum ibi celebrari, oblationes exinde provenientes inter dictas partes, ac si essent oblate in altari superiori, dividentur. De candelis autem in funeribus fratrum, sororum, familiarium et infirmorum et in solemnitate Purificationis beate Marie Virginis offerendis, habebunt dicte magistra et sorores duas partes, tertia vero pars ad dictos decanum et capitulum devolvetur. Si quas autem candelas predicte magistra et sorores circa funera fratrum, sororum, familiarium predictorum vel suorum infirmorum, que sue sint, et pro quibus nullam recompensationem recipiunt, accenderint, poterint sibi illas retinere. Si vero candelas, que non fuerint ipsius domus, contigerit circa predicta funera poni, habebunt ex eis predicti decanus et capitulum tertiam partem, duas vero partes predicte magistra et sorores sibi retinebunt.

Si qui autem de aliena perrochia, que sit extra opidum Bruxellense, ad capellam predicti hospitalis suam elegerint sepulturam, omnes oblationes cum candelis funerum ibidem exinde provenientes inter predictas partes equaliter dividentur, salvo tamen jure presbiterorum, a quorum perrochiis dicta funera assumentur.

Huic autem ordinationi nos decanus et capitulum supradicti ex una parte, et nos magistra et sorores hospitalis sancti Johannis, et nos Suerkoyus, miles, Henricus, filius Beatricis, et Johannes dictus Clievere, scabini Bruxellenses, et predicti hospitalis provisores ex altera, unanimiter consentimus; etiam sigillorum nostrorum munimine, cum appensione sigillorum arbitrorum predictorum, qui dictam ordinationem in testimonium dicte ordinationis ab ipsis facte sigillarunt, roboramus. Actum anno Domini m°cc°iv, nonis mensis augusti, in dicta vigilia beati Laurentii.

Cartulaire d'A Thymo, II, p. 208.

II.

Le pape Innocent III prend sous sa protection l'hôpital de Saint-Jean, avec ses biens et les personnes qui le desservent.

10 août 1207.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis fratribus hospitalis Bruxellensis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem benevolum impertire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras cum omnibus bonis, que impresenti et rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, dante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum apud Montem Flasconensem, iii idus augusti, pontificatus nostri anno decimo.

Original aux archives des hospices et secours de Bruxelles. Un sceau en plomb y est appendu avec la légende : INNOCENTIUS PAPA III; au revers se trouvent les apôtres SS. Pierre et Paul.

III.

Henri I, duc de Brabant, donne à l'hôpital de Saint-Jean, au Marais, une rente annuelle de cinq muids de blé, à lever sur la mouture de son moulin de Rusca sur la Senne.

6 février 1225 (nouveau style).

HENRICUS, Dei gratia dux Lotharingie, omnibus hominibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Sciant universi, quod nos ob remissionem omnium peccatorum nostrorum contulimus domui hospitalis beati Johannis in Bruxella singulis annis quinque modios annone percipiendos de multura molendini nostri, quod dicitur Rusca, super Sennam. Et ut hoc dicte domui hospitali in posterum sit firmum, presens nostrum scriptum ei dedimus in testimonium. Testes : Gregorius amannus, et scabini Bruxellenses Johannes et Baldewinus, hujus kartule confectores. Datum Bruxelle, anno Domini m cc vigesimo quarto, feria tercia post Purificationem beate Marie.

Original avec sceau, aux archives des hospices et secours de Bruxelles.

IV.

Guillaume de Ledeberg établit à Bruxelles un hospice pour treize pauvres, et cède pour leur entretien à l'hôpital de Saint-Jean, au Marais, dix-sept bonniers de terre et une redevance annuelle de trois muids de blé.

1231.

Ego RADULPHUS, Dei gratia dictus abbas Niniviensis, uni-

versis presentes litteras inspecturis notum facio, quod hospitali sancti Johannis in Bruxellis contulit perpetuo dominus Willelmus de Ledeberga domum unam sitam supra allodium ipsius hospitalis, in qua semper erunt tredecim pauperes, quibus dictum hospitale sancti Johannis providebit in necessariis, in quantum poterit, secundum quantitatem fructuum, quos de septemdecim bonariis terre sitis apud Ledeberge, que dicitur Hartboem, annuatim recipiet; quibus idem Willelmus tres modios siliginis annuatim addidit, et eosdem tres modios siliginis ad mensuram Bruxellensem cum predicta terra prefato hospitali sancti Johannis ad faciendam provisionem predictorum pauperum assignavit. Porro de fructibus predictis habebit novalem sepedicte siliginis ille, qui in prefata domo pauperibus illic jacentibus ministrabit. Ut autem hec eleemosynarum ordinatio futuris temporibus rata permaneat, scriptum presens, adpendente tam dicti hospitalis quam domini Willelmi sigillo, nostro ac predicti hospitalis et etiam scabinorum Bruxellensium sigillis consignavi. Actum anno Domini m cc xxxi°.

Cartulaire de l'hôpital, aux archives des hospices et secours de Bruxelles.

V.

Mendicatorium *pour la reconstruction de l'hôpital et de l'église de Saint-Jean, au Marais.*

16 octobre 1246.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, universis christifidelibus per Cameracensem, Trajectensem et Leodiensem civitates et dioceses constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum fuerit, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato

fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem, fiduciamque certam, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur ex parte dilectarum in Christo filiarum, priorisse et conventus hospitalis sancti Johannis, in Bruxella, ordinis sancti Augustini, Cameracensis diocesis, est propositum coram nobis, quod eedem dictum hospitale cum ecclesia et officinis ipsius inceperint edificare de novo opere non modicum sumptuoso, ad consummationem tanti operis proprie sibi non suppetunt facultates, universitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in Domino, in remissionem peccaminum vobis injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias eleemosinas et grata eis charitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram prefatum opus valeat consummari, et vos per hec et alia bona, que, Deo inspirante, feceritis, ad eterne felicitatis gaudia possitis pervenire. Nos autem de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, authoritate confisi, vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adjutricem, viginti dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxsamus, presentibus post quinquennium minime valituris, quas mitti per questionaria districtus inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Lugduni, decimo septimo kalendas novembris, Incarnationis Dominice anno m cc xlvi°, pontificatus nostri anno quarto.

Archives particulières.

VI.

Pierre, cardinal-diacre du titre de Saint-George, accorde aux frères et aux sœurs de l'hôpital de Saint-Jean, au Marais, une pleine liberté dans la collation de la chapellenie de Saint-Jean.

24 août 1254.

Petrus, miseratione divina sancti Georgii ad Velum Aureum

diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, dilectis in Christo fratribus et sororibus hospitalis Bruxellensis, Cameracensis diocesis, salutem in Domino. Devotionis vestre precibus inclinati, ut de capella sancti Joannis Bruxellensis, Cameracensis diocesis, cujus ad vos collatio pertinere dicitur, per litteras nostras impetratas, per quas non sit jus alicui acquisitum, vel etiam impetrandas, que de presentibus plenam et expressam non fecerint mentionem, nemini teneamini providere, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Antverpie, viii kalendas septembris, anno m°cc°liv.

Acte original, avec sceau en cire, aux archives des hospices et secours de Bruxelles.

VII.

Le Souverain Pontife Grégoire X confirme les priviléges et les faveurs accordés par ses prédécesseurs à l'hôpital de Saint-Jean.

12 janvier 1274.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, magistre et sororibus hospitalis sancti Johannis Bruxellensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, Cameracensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducamus effectum. Eapropter, dilecte in Domino filie, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus sive per privilegia seu alias indulgentias vobis vel hospitali vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis christi-

fidelibus rationabiliter vobis seu hospitali predicto indultas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem hospitali, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Lugduni, vii kalendas februarii, pontificatus nostri anno secundo.

Original, avec sceau en plomb, aux archives des hospices et secours de Bruxelles.

VIII.

Guillaume, évêque de Cambrai, confirme toutes les indulgences accordées aux bienfaiteurs de l'église de Saint-Jean, au Marais, et leur en accorde également.

24 juillet 1288.

Universis presentes litteras inspecturis GULLIELMUS, Dei gratia Cameracensis episcopus, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod nos indulgentias a reverendis patribus, archiepiscopis et episcopis in litteris presentibus annexis nominatis, contentis, omnibus benefactoribus ecclesie seu capelle sancti Joannis Baptiste, in Bruxella, concessas, ratas et gratas habemus, laudamus et approbamus, et eas, auctoritate nostra ordinaria confirmamus. Volentes etiam eidem capelle gratiam facere specialem, de Dei Omnipotentis misericordia et gloriose Virginis Marie, matris ejus, omniumque sanctorum meritis et intercessione confisi, omnibus, qui dicte capelle manum porrexerint adjutricem, viginti dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Actum anno Domini m^mo cc^mo lxxx octavo, sabbato post Magdalenam.

Original, aux archives des hospices et secours de la ville de Bruxelles.

IX.

Gui, évêque de Cambrai, autorise les sœurs de l'hôpital de Saint-Jean à établir un cimetière sur un terrain qu'elles avaient acquis au Sablon.

25 mars 1300 (nouveau style).

Guido, divina miseratione Cameracensis episcopus, dilectis nobis in Christo magistre et sororibus hospitalis sancti Johannis, juxta Bruxellam, nostre diocesis, salutem in Domino. Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, quod, cum vestri hospitalis cimiterium sit adeo corporum defunctorum repletum, quod ibidem pro decedentibus christianis sepeliendis nequitis vacuum invenire, cimiterium aliud dedicandi ad opus hospitalis ejusdem concedere licentiam dignaremur. Nos, volentes vestris piis petitionibus complacere, construendi et edificandi aliud cimiterium sine alterius prejudicio, in honesto tamen loco, ac ab aliquo catholico episcopo Ecclesie Romane devoto dedicandi et benedictionem impendendi, auctoritate presentium, de speciali gratia vobis plenam concedimus potestatem. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Datum apud Thunum, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, die veneris post *Letare Jherusalem*.

Cartulaire de l'hôpital de Saint-Jean, aux archives des hospices et secours de Bruxelles.

X.

Pierre d'André, évêque de Cambrai, confirme la translation de la chapellenie de Ledeberg en l'église de Saint-Jean, au Marais; il accorde aux frères et aux sœurs de l'hôpital l'autorisation d'élire un chapelain; et leur défend d'admettre à l'avenir comme religieuses des personnes faibles et impropres au service des malades.

17 novembre 1358.

Universis presentes litteras inspecturis Petrus, Dei gratia

Cameracensis episcopus, salutem in Domino. Ex parte religiosorum et honestorum magistrorum fratrum et sororum domus pauperum, seu hospitalis sancti Johannis, in Bruxella, nostre diocesis, fuit humiliter supplicatum, quod, cum in capella dicti hospitalis olim a loco, qui dicitur Ledeberghe, auctoritate bone memorie domini G., tunc Cameracensis episcopi, predecessoris nostri, ibidem translata, ex certis et rationabilibus causis, prout in ejus litteris super hoc confectis plenius continetur[1], eisdem liceret capellanum temporalem annuum et conductivum eligere, et sic electum vice nostra decano nostro christianitatis Bruxellensis presentare, quem, si dignus, eadem auctoritate instituet in eadem, a nobis curam animarum in eodem hospitali imminente postea recepturum. Item, cum in prefato hospitali sint sorores ex prima ejus institutione ad serviendum infirmis ibidem confluentibus, et ad solum illum usum institute, et in preteritum, ad preces nonnullorum magnatum, principum et potentium, dicti magistri, fratres et sorores sepe juvenculas impuberes ac etiam imbecilles in sorores receperint et admiserint, aliter evadere non valentes, quod cedebat et cessit in prejudicium infirmorum, quibus in infirmitatibus suis et necessitatibus servire non poterant, ut expediret et deceret, quod ordinare vellemus et statuere, quod de cetero nulla ibidem admittatur in sororem, nisi que habilis esset, potens et idonea necessitatibus et servitiis infirmorum.

Nos igitur dicti predecessoris nostri, quoad (valemus), vestigiis inherentes, inter cetera in institutione et confirmatione dicte capellanie et translatione predicta statuentes, quod magistri, fratres et sorores ejusdem domus seu hospitalis possint capellanum annuum vel perpetuum, prout sibi utilius videretur, diocesano loci, aut alii loco sui ad hoc deputato, presen-

[1]) L'acte de translation de la chapellenie de Ledeberg à l'hôpital de Saint-Jean a été publiée dans les *Analectes*, II, p. 32 et suiv.

tare, qui curam animarum et institutionem recipiat ab eodem, prout in dictis litteris hec et alia vidimus contineri, dictorum magistrorum, fratrum et sororum precibus inclinati, tenore presentium consentimus, quod in dicto hospitali possint eligere idoneum capellanum, dum et quoties eis bonum videbitur, nobis vel decano nostro christianitatis presentandum, qui postquam ab ipso decano in antedicta capellania fuerit institutus, a nobis vel deputato per nos curam recipiat animarum, non obstante, quod dominus Johannes de Mannebrugge, ultimus ibidem capellanus, simpliciter et ut beneficiatus, nec ad tempus in ipsa capellania fuit institutus; qui Parisios et alibi se transferens, cura dicte capellanie neglecta, fructus ipsius habuit et percepit, et ob cujus defectum et culpam nonnulli pauperes et infirmi ad dictum hospitale confluentes sine viatico et aliis sacramentis ecclesiasticis decesserunt; et qui adeo male se habuit, quod eisdem supplicantibus oportuit suis sumptibus de alio presbitero necessario providere, prout super hiis sumus plenarie informati.

Insuper quoad etatem sororum in dicto hospitali recipiendarum in futurum, volumus, statuimus et etiam ordinamus, quod amodo nulla ibidem eligatur vel assumatur, nisi que sextum decimum peregerit etatis sue annum, cum ad serviendum infirmis, presertim in eorum translatione lecti ad lectum, vel portatione ad ascellandum, et aliis actibus et servitiis ponderosis atque duris, mulier ante dictam etatem non presumatur fortis et robusta, inhibentes eisdem supplicantibus sub pena excommunicationis, quam ipsos et eorum quoslibet, si secus egerint, incurrere volumus ipso facto, ne de cetero in prefato hospitali aliquas in sorores recipiant, nisi que etatem compleverint antedictam.

Datum in nostro castello Cameracensi, sub nostro sigillo, die xvii mensis novembris, anno mccclviii.

D'après une copie conservée aux archives des hospices et secours de la ville de Bruxelles.

XI.

Ordonnance des échevins et du conseil de la ville de Bruxelles prescrivant des modifications au règlement des sœurs de l'hôpital de Saint-Jean, au Marais.

3 mars 1366 (nouveau style).

Allen den ghenen die dese letteren selen zien ende hoiren lesen, scepenen ende raidt vande stad van Bruessele, saluyt ende kennesse der warheit. Cont zy allen, dat wy met rypen raede van den goeden lieden gemeynlec van de voirscrevene stad, om orboire ende profyt des godshuys van sinte Jans, hebben overeen gedragen, geaccordeert ende geordineert te doen houdene de pointe die hier na bescreven syn. Dats te verstane :

In den iersten, dat de zusteren van den voirscrevene gasthuyse hebben selen hare provenden gelyc dat scepenen geordineert hebben nae de goede 't voirscrevener gasthuys. Dats te verstane, dat elke zuster sal hebben vyfthiene mudde, ende een halster rogx tsjaers, ende hier op selen elc van den zusteren alle haer coste doen, cleyne ende groote, ende negheen voirdeel hebben te engheenen dinghen van 'tvoirseide gasthuys goede. Ende ware dat sake dat eenege zuster den gasthuyse hier en boven eenege scade dade, dat soude men nemen, aen hare alre ghereedste goed ende van den alre iersten dat hare vyele omme dat op te rechtene, ende hier mede selen hen de voirscrevene zusteren moeten laten genoegen.

Voirt, dat de voirscrevene zusteren selen de zieke anthieren wel ende lovelec, ende alle hare behoefte doen van alle dien dat de zieke te doen hebben selen, ende engheene andere sake hen onderwinden die den godshuyse toebehoirt, het en ware, dat ment hare bevole. Ende waer de sieke eenich gebrec hadden van den zusteren doen ghelden ende nemen van haren gereedsten goede om dat te beterne. Item dat engheene zustere ute

den godshuyse voirscreven syn en sal by haren vrienden noch megherine boven achte dage; men en solt haer afslaen van den tyde dat zy ute ware van hare provenden.

Voirt, dat engheene zustere camere noch huys hebben en sal, het en ware dat zy hoirde te eeneghen ambachte dat zy droeghen, ende daer en selen zy engeen ander dinc in hantieren, dan haren ambachte toe behoirt. Ende waert dat sake dat zy eenich geselscap hantierden dat te calengierne ware, dat zy tvierendeel van haere provenden van eenen geheelen jare verleesen selen, alsoe dicke als ment bevindt.

Item, dat de zusteren voirscreven niet eten noch drinken en mogen, noch geselscap hantieren eldere dan in de capittel camere, ofte int maelslot.

Voirt hebben wy geordineert, dat men voirt aene engheene zustere die men ontfaet niet wyelen en sal, alsoe lange als daer in zesse zusteren gewyelt syn. Ende datter niet meer zustere gewilt en selen bliven, naer dese diere nu gewyelt syn, dan altoes zesse zusteren, ende daer boven niet. Ende altoes als dair niet meer zusteren gewyelt en syn dan vive, soe salmen nemen ene zuster ute den anderen die niet gewyelt en syn, ende die salmen dan wyelen die beste ende die orborlecste diere in es, ende niet meer.

Ende want wy dese saken gedaen ende geordineert hebben, omme den orbore ende 't profyt des voirscrevene gasthuys ende der armere, soe hebben wy dese letteren besegelt metten voirscrevener stad segele ter saken. Gegheven int jaer Ons Heeren dusentich drie hondert tsestich ende vive, op den derden dach van der maent van merte.

A Thymo, *Dipl.*, III, c. 39, p. 256.

Mendicatorium *pour l'hôpital de Notre-Dame, à Malines.*

1 août 1329.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos provisores seu magistri hospitalis beate Marie Machliniensis salutem et notitiam veritatis. Cum veraciter constat quondam hospitale de novo esse fundatum in Machlinia juxta forum pecororum (sic) in honorem Dei Omnipotentis et beatissime Virginis Marie, et ibi requiescet (sic) beatus Georgius; in quo recipiuntur et hospitantur pauperes et egeni de diversis partibus cumfluentes, qualibet nocte circa centum et amplius, et eisdem fit magnus ignis et copiosus, per quem cenam faciunt nocte qualibet temporibus oportunis, et ibidem multa fuerint opera caritatis; et cum hec et alia propriis redditibus predicti hospitalis non possunt adimpleri, nisi a christifidelium elemosinis accelientur[1], vestram rogamus universis (sic) in Domino, quatenus Johannem dictum Albertum vel ejus socium, latus[2] presentium, predicti hospitalis, Deo ducente, pervenerint, et gratiam vestram inpulsaverint[3], ipsos benigne et caritative recipiatis, et pias elemosinas eisdem conferatis, ut per hec et alia bona, que, Domino Deo nostro Jhesu Christo inspirante, feceritis, ad eterne felicitatis gaudia mereamini perveniere (sic), et ut predicti veri nuntii, latus (sic) presentium, preces nostras apud vos sibi sentiant profuisse. In cujus rei testimonium sigillum predicti hospitalis presentibus est apensum. Datum anno Domini m° trecentesimo xxix, octavo post festum beati Jacobi.

Fonds des chartes diverses, aux Archives générales du Royaume.

1) Lisez *auxilientur*.
2) Lisez *latores.*
3) Lisez *imploraverint*.

Rapport adressé au Souverain Pontife Innocent XI par Gilbert de Choyseul, évêque de Tournai, sur l'état de son diocèse en 1678.

Parmi les documents qui peuvent servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique, on peut certainement mettre les comptes rendus au Saint-Siége, par les évêques, de l'état respectif de leurs diocèses. Outre le cachet d'authenticité qu'ils présentent, on y trouve des détails nombreux, souvent fort curieux, qu'on chercherait vainement ailleurs. Ces rapports empruntent encore de l'intérêt aux circonstances dans lesquelles ils ont été faits.

Nous publions aujourd'hui le rapport adressé au Pape Innocent XI, par l'évêque Gilbert de Choyseul, le 24 avril 1678, sur l'état du diocèse de Tournai.

Gilbert de Choyseul avait toute la confiance de Louis XIV, et le grand roi, en le nommant à l'évêché de Tournai, voulait, comme il le disait lui-même, placer à la tête de ses conquêtes dans les Pays-Bas, un personnage sur lequel il pût compter.

Ce prélat avait donné à Comminges, dans les Pyrénées, des preuves de son zèle apostolique, en parcourant toutes les parties de ce diocèse, qu'il administra depuis 1644 jusqu'à sa translation au siége de Tournai; mais ses rapports avec les Jansénistes l'ont beaucoup compromis.

Il est certain que Gilbert de Choyseul était un esprit fort distingué. Il avait des connaissances, il était infatigable dans l'exercice des fonctions de son ministère; sa

vie était austère, et son humilité telle, qu'il ne permit jamais que ses domestiques se servissent à son égard de la qualification de Monseigneur. Il pratiquait si littéralement le précepte de l'Evangile de rendre le bien pour le mal, qu'on dût lui faire des représentations pour empêcher qu'on n'abusât de ses faveurs, en les obtenant par ce moyen.

Mais à côté de toutes ces belles qualités, et de tous les éloges dont elles ont été l'objet, nous avons des actes regrettables qu'il est impossible d'excuser. L'approbation donnée au rituel d'Alet en termes pompeux, après la condamnation qu'en avait faite la Cour de Rome, sous peine d'excommunication *latae sententiae;* son ordonnance sur la publication faite de la bulle *Cum occasione*, du Pape Innocent X, du 31 mai 1653, dans le synode diocésain de Comminges du 9 octobre de la même année, ordonnance mise à l'index par décret du 23 avril 1654 ; sa lettre à Martin Steyaert condamnée de la même manière ; puis, et surtout, la part si compromettante qu'il prit dans la publication de l'opuscule trop célèbre contre le culte de la sainte Vierge, d'Adam Widenfeldt ; tout cela laisse une très-fâcheuse impression.

Nous ne voulons pas ici esquisser la vie de Gilbert de Choyseul ; pour le faire il faudrait résumer l'histoire du jansénisme, et cette histoire n'est pas encore faite.

Nous possédons deux documents que nous nous proposons de publier, sur la vie intime de Choyseul. L'un a été écrit par l'abbé Descamps, son secrétaire, qui, de Comminges, le suivit en la même qualité à Tournai. L'autre a pour auteur un officier calviniste venu à Tour-

nai avec Louis XIV, et qui, converti par Choyseul, fut ensuite ordonné prêtre et placé comme président au séminaire épiscopal. C'est une vie abrégée écrite en forme de lettre et envoyée à une nièce du prélat.

Nous avons aussi réuni tous les autres documents, concernant le même évêque, que nous avons pu retrouver, au nombre desquels est une copie de la lettre qu'il adressa au doyen du chapitre Gennaro, sur ce qui se passa dans la fameuse assemblée du clergé de France en 1682.

Gilbert de Choyseul prit solennellement possession de l'évêché de Tournai le 2 avril 1672, et il mourut à Paris le 31 décembre 1689.

C. J. Voisin,
Vicaire général, à Tournai.

SOMMAIRE DE LA PREMIÈRE PARTIE DU RAPPORT.

Mesures prises pour s'assurer de la capacité des confesseurs. — Les religieux des ordres mendiants refusent de s'y soumettre. — Ils recourent au roi, qui les condamne. — L'évêque recourt à Rome ; on ne lui répond pas. — Les religieux continuent de confesser et de prêcher. — Il n'approuve plus que jusqu'à révocation.

Difficultés avec le chapitre. — Tout s'arrange amicalement. — Dignités du chapitre ; on y comprend le chantre et le sous-chantre. — Pour la nomination du doyen, le chapitre présente au roi trois candidats. Le roi nomme et l'évêque donne la juridiction. Les trois autres dignités sont à la nomination de l'évêque, ainsi que celle de quarante canonicats et du semi-prébendé. — Le chantre et le sous-chantre sont choisis par le chapitre et confirmés par l'évêque. L'écolâtre et l'hospitalier sont présentés par le chapitre et nommés par l'évêque. On n'admet aux canonicats que des nobles et des licenciés. Choyseul assigne à chacun sa prébende.—Douze grands-vicaires.—Trente-six chapelains de hautes-formes. — D'autres de basses-formes. Tous à la nomination du cha-

pitre, à l'exception du chapelain de Saint-Vincent, que l'évêque nomme. Les curés et les chapelains de la ville et des paroisses suburbicaires[1]. — Les boursiers du collége. — Dix-huit enfants de chœur. — Un certain nombre de musiciens. — Tel est le personnel qui assiste aux offices de la cathédrale. — Environ cent cinquante personnes.

On se sert du bréviaire et du missel que le cardinal de Granvelle a fait imprimer. — On fait aussi l'office de quelques saints particuliers. — Choyseul a revu ces offices propres.

Election d'un écolâtre par le chapitre non approuvée par l'évêque. — Plainte au roi contre l'évêque qu'on accuse de dépasser les bornes de sa juridiction. — Le roi confirme l'évêque dans l'exercice de ses droits. — Usage dans le chapitre de satisfaire à la résidence en assistant à un seul des trois grands offices, approuvé par le synode de Cambrai de 1587 ; celui-ci approuvé par Sixte V.

Sept paroisses en ville, et deux supprimées récemment. — Les églises paroissiales peu fréquentées. — Le peuple se porte aux églises des ordres mendiants. — Deux colléges : l'un de la cathédrale, l'autre des Jésuites. On n'y enseigne que les humanités, parce qu'on ne peut enseigner la philosophie qu'à Louvain et à Douai. — Difficulté avec un père jésuite aplanie.

Les anciens prêtres. — L'hôpital Notre-Dame. — Les abbayes de Saint-Martin et de Saint-Médard. — Beaux monastères des Augustins, des Franciscains, des Récollets, des Dominicains, des Carmes-déchaussés.

Religieuses Augustines : celles qui desservent l'hôpital Notre-Dame. — L'abbaye des Prés-Porcins. Les Filles-de-Sion. Les Filles-Dieu. Sœurs-Noires.

Les Béguines. Les Ursulines, leur éloge. Carmélites. Clarisses. Franciscaines attachées à l'hôpital pour recevoir les étrangers. Difficultés dans le couvent des Clarisses. Longue histoire d'une novice carmélite rejetée, puis reçue.

Hospices divers, pour les vieillards, les pauvres, les voyageurs. Léproseries, hospices pour les pèlerins, supprimés. — Biens donnés par Louis XIV à l'ordre de Saint-Lazare pour les militaires invalides. — Diverses écoles pour les filles. Autres pour les garçons, où l'on enseigne les premiers éléments du latin. — Toutes sous la surveillance de l'élolâtre.

[1]) On les appelait *imbutae*, incorporées au chapitre.

Collége des Hibernois ou Irlandais. Les élèves suivent les cours des Jésuites et s'y distinguent.

Evêché, restauré, orné, agrandi.

Etablissements au-delà de l'Escaut sur le diocèse de Cambrai.

Noviciat des Jésuites, Croisiers, Capucins, Hôpital-Marvis, Sœurs-Grises, Célestines, etc.

A Chercq, belle Chartreuse, avec dix-huit religieux.

SANCTISSIME PATER[1],

Quod ante aliquot menses Beatitudini Vestrae, cum de suprema in ipsam collata apostolatus authoritate gratulatus sum, me facturum esse receperam, nunc exequor, statumque hujus dioeceseos ad Sanctitatem Vestram mitto. Precor autem Beatitudinem Vestram, Sanctissime Pater, ut pro sua benignitate et clementia veniam indulgeat, quod aliquandiu distulerim. Coactus sum siquidem ab illo tempore Parisiis commorari, ut ex christiana charitate afflictae familiae, alioquin clarissimae et mihi cognatione necessitudineque conjunctissimae, opem ferrem, cum vix alius praeter me id praestare posset. Hoc vero me impediit, ne citius, et tempore ad hoc praestituto, has me officii partes explerem. Hanc, ut spero, excusationem accipiet apostolica charitas vestra. Jam reversus ad ovile, sisto mei Sanctitati Vestrae villicationis meae rationem redditurus.

Certe, cum clamet universus orbis Beatitudinem Vestram toto pectore ecclesiae bonum, fidelium salutem, religionis et regni Christi imperiique amplificationem sperare, non dubito quin Sanctitati Vestrae acceptissimum sit, quod ego, filius obsequentissimus, patri optimo, sapientissimo, Deo conjunctissimo intimos animi mei recessus aperiam, totius dioeceos mihi

[1]) Nous publions le texte de ce document d'après une copie manuscrite de la Bibliothèque royale (*Section des manuscrits*, n° 17282) collationnée avec une copie qui nous a été envoyée par Mgr Voisin, en même temps que l'introduction et le sommaire du Rapport.

creditae instituta declarem, meas denique agendi rationes vestro omnino judicio subjiciam, a vobis scilicet consilia praeceptionesque accepturus, quibus fretus, securus in posterum ei, quae mihi obtigit, Ecclesiae portioni provideam.

Ab eo tempore, Sanctissime Pater, quo nominatus a rege nostro christianissimo pro indulta ipsi ad Belgii suo imperio subditi dignitates ecclesiasticas nominandi facultate, disponente et ordinante Clemente decimo, pontifice felicissimae sanctissimaeque memoriae, a Convenarum ecclesia ad Tornacensem translatus sum, labefactatam hic et tot diuturni belli calamitatibus pessumdatam disciplinam restituere in animam induxi. Ut autem episcopo animarum salutis studioso nihil debet esse antiquius, quam ut sui muneris adjutores penitissime agnoscat, et praecipue concionatores et confessarios, de quorum manibus fidelium sanguinem, hoc est salutem et vitam aeternam, testante propheta, requirit Deus, severissimus judex, decreto publico statim sub episcopatus mei initium cavi, ne quis tam tremendis ministeriis sese mihi ignotus immisceret; et statui, ut universi, qui hactenus aut ab aliis, qui ante me hanc dioecesim rexerant, episcopis, aut a capituli, dum sedes episcopalis vacaret, vicariis generalibus admissi confessiones exceperant, verbumque divinum praedicaverant (nisi forte essent pastorali titulo insigniti) me ad condictum diem examinandi convenirent, ni parerent, elapso constituto temporis termino, abstenturi. Paruere seculares, Benedictini, canonicique regulares et Bernardini; mendicantes renuerunt. Ipsi statim in vulgus spargere me nova moliri; disciplinam a majoribus traditam et observatam perturbare; semel approbatos semper esse approbatos, nec licere episcopis indultam confessiones audiendi et verbi Dei praedicandi facultatem revocare; me velle conscientiis injuste dominari; si ad novum examen compellantur, se sedes confessionales penitus relicturos. Dum haec omnia vociferantur, commoventur populi, et tamquam pessumdaretur religio, invidia et odium creantur episcopo. Ipse ego advoco

religiosos mendicantes cujuslibet ordinis, eos benigne alloquor, novum Clementis decimi tunc sanctissimi pontificis decretum exhibeo, quo approbationes ab episcopis renovari posse diserte asserebat et declarabat; contestor me nihil sanxisse, quod non fuisset a superioribus hujus ecclesiae episcopis observatum; hoc ex eorum commentariis et regestis ostendo; quod feceram, probo legitimum esse per canones conciliorum, Summorumque Pontificum decreta; gravissimorum theologorum, etiam religiosorum et mendicantium, sententia me tueor. Ceterum significo me velle tantum eos nosse, qui mei muneris adjutores futuri essent; ipsis mentem meam aperire; quid ad resecanda vitia, pravos habitus evellendos, mores rite et christiane informandos atque instituendos, tradendam doctrinam christianam aptius esse videretur, communicata cum ipsis sententia, expendere; non imperiosa et odiosa scientiae eorum indagatione ipsis gravem esse; me etiam in animum induxisse eos omnibus favoribus gratiisque prosequi et augere. Sed quanto humanioribus ipsos verbis compellabam, tanto ipsi me majori cum contemptu aspernabantur, rati scilicet se nactos esse opportunam constituendae per contentionem libertatis occasionem. Cum enim recenti Aquisgranensis pacis foedere regi nostro christianissimo hac Belgici tractus portione cessisset Rex Catholicus, praevidebant me prudenter debere omnes turbas declinare; et revera, ut eas, quas excitabant, declinarem, revocandarum approbationum tempus prorogavi sub spe melioris eorum consilii. Sed nequicquam haec omnia tentavi. Ipsi regem per amicos suos adeunt, me apud suam majestatem criminaturi. Ut autem eorum artes detexi, ipsum etiam regem adii per libellum supplicem. Rex, ut est religionis tenacissimus atque Ecclesiae observantissimus, eos ad me examinandos remisit. Regium edictum sprevere; quid mirum, quod spreverint meum? Ipsis, si vellent supremum Apostolicae Sedis tribunal adire, et ipsi se submittere, me libentissime et cum maxima animi demissione a Summo Pontifice sententiam petiturum recepi. Detrectarunt.

Ego ipse ad eumdem sanctissimum dominum Clementem decimum litteras dedi omni observantia plenas; sed, utrum earum notitiam habuerit, ignoro. Nullum responsum accepi. Tandem, cum non possem regularium opera non uti propter et peritorum presbyterorum penuriam et populi multitudinem ac frequentiam, approbationem eorum, qui olim admissi fuerant, iterum prorogavi usque ad novum decretum a nobis opportuno tempore promulgandum. Itaque ipsa ab eo tempore, quam ambiebant, sine episcopi conscientia, facultate potiuntur, confessiones excipiunt, concionantur, cum eos ego ipse nominatim non approbaverim, nec miserim; imo magna ex parte non noverim, atque adeo nec possim eorum ministerii rationem reddere. Porro qui non fuerant unquam approbati, passi sunt ab eo tempore, et etiammum identidem patiuntur, se examinari. Eos autem absolute usque ad revocationem approbo, vel ad certum tempus, prout eorum mores relatis testimoniis et eruditio examine mihi probantur. Certe universos complector, atque omni amoris ac benevolentiae testificatione, quantum possum, mihi devincio. Sed fateor, Sanctissime Pater, me hactenus non mediocriter anxium sollicitumque fuisse, quod coactus sim olim a superioribus episcopis approbatos, at mihi ignotos, suae conscientiae permittere, ut iis functionibus implicarentur, cum nesciam, utrum ea polleant scientia aut morum honestate, quae ad regendas animas forent necessariae. Nihil equidem novi ambire et moliri velim, Beatissime Pater, sed nec refugere, aut dissimulare, quod mei sit officii, maxime si suam mentem mihi aperiat, meque sua authoritate sustentet Vestra Beatitudo.

Non modo cum regularibus in certamen et pugnam invitus descendi, Beatissime Pater, sed et vix effugi cum cathedralis nostrae ecclesiae capitulo rixas et contentiones. Acceperam siquidem superiores episcopos diu cum ipso de jurisdictione luctatos fuisse, nec satis sibi constare capitulum in explicanda, quam sibi vindicabat, libertate, qua sese subducebat ab

episcopi administratione. Nullo sane titulo tueri se poterat, ut probaret se proxime Sedi Apostolicae subjici. Aliunde etiam ejusmodi privilegium refugiebat, quia concilii Tridentini in Belgio recepti sanctione cautum est, ut exempta capitula possint visitari et corrigi ab episcopis tamquam Sedis Apostolicae delegatis, quod ipsis non arridebat. Ut ergo canonici nostri authoritatem episcopi, etiam Sedis Apostolicae delegati, detrectarent, cum tamen non possent esse acephali, dicebant aliquando se archiepiscopo parere. Verum, cum necdum hoc ullo peremptorio argumento probare possent, alias atque alias subinde excogitabant sese episcopo suo subtrahendi rationes. Parochias quatuordecim, vel in urbe sitas, aut suburbicarias plena potestate regebant. Pastores clericique omnes uni parebant capitulo. Quid plura? Sic excreverat eorum potentia, ut fere omnis, quae ad ecclesiasticam disciplinam morumque correctionem pertineret, authoritas penes capitulum esset, sola episcopo relicta cathedra.

Cum haec agi viderem, Sanctissime Pater, statim decanum canonicosque benigne rogavi, ut mihi tandem significarent, cui superiori subesse vellent. Tacuere, nec ullo modo adduci potuerunt, ut mentem explicarent. Tandem rex noster christianissimus, pacis et disciplinae ecclesiasticae amantissimus, invitavit nos, ut, transactis, quae praevidebantur, contentionibus, aliquam animo amico iniremus foederis concordiam. Misit ad nos duos consistorianos comites, viros integritate, aequitate, scientia et rerum agendarum peritia insignes, quorum alter modo apud Magnae Britanniae regem pro rege nostro legatione fungitur, alter hic in Belgio juri dicundo, aerario et politicae disciplinae praefectus est. Eorum porro consilio adducti convenimus, ut ecclesiam, capitulum, canonicos ceterosque beneficiatos visitem; quod corrigendum mihi videbitur, monitionibus significem; quibus si non pareant, et corrigenda non correxerint, eos compellam et coerceam, prout constitutum est cap. *Irrefragabili*, lib. I, tit. 31, *De offic. judic. ordinar.*

Quod autem ad quatuordecim parochias vel urbis vel suburbicarias attinet, eas omnino episcopali jurisdictioni subjectas agnoverunt, meaeque sollicitudini dimiserunt, ut parochi, capellani, ceterique, quos capitulum regere solebat, subsint episcopo. Monasteria, pia loca, xenodochia hactenus capitulo vel annexa vel addicta et subdita, ab eo tempore et secundum transactae concordiae articulos visito, et statuo, quae mihi videntur statuenda. Haec autem conventio, Beatissime Pater, solum obligat suos authores, non successores; ea etiam conditione transacta est, ut, quoties alterutra pars ab ea voluerit resilire, libere possit, prius nihilominus tentata ab eligendis utrimque arbitris nova concordia. Certe, cum ex utraque parte pacem quaereremus, non fuit difficile dextras dare, et foedere sociari. Jam a quinquennio alta quiete fruimur, et *vicissim aemulamur charismata meliora.* Visitavi capitulum, monui, quae monenda censui. Nonnulla correcta sunt; alia spero paulatim corrigenda.

Habemus in nostra ecclesia cathedrali decanum, cujus est prima post pontificalem dignitas, majorem archidiaconum, thesaurarium, secundum archidiaconum, cantorem primarium et secundarium, qui omnes sunt in dignitate constituti. Mortuo decano, litteris regiis monetur capitulum, ut tres eligat, quorum missis ad regem nominibus, quem voluerit rex nominat, qui ab episcopo curam animarum suscipit; est enim capituli pastor. Ex aliis dignitatibus tres primae pleno jure conferuntur ab episcopo; ad duas posteriores a capitulo digni eliguntur, et ab episcopo confirmantur. Praeter illas dignitates habetur officium cancellarii, quod ab episcopo uni ex canonicis datur. Canonici sunt omnino quadraginta duo, et unus semipraebendatus, quorum quadraginta cum semipraebendato ad omnimodam episcopi dispositionem pertinent. Duo, quorum alter scholaster vocatur, estque ab epistolis capituli, scholarum praefectus, lectionique vel Scripturae sacrae et theologiae, vel juris canonici obligatus; alter hospitalarius et majoris nosocomii, cujus curam gerunt

moniales, quae gestant habitum ordinis sancti Augustini, provisor et magister. A capitulo episcopo praesentantur, et in praesentatos, si digni fuerint in examine reperti, ab eodem episcopo praebendae conferuntur. Porro nemo ad canonicatus admittitur, qui nobilis non sit aut in theologia vel jure canonico licentiatus, et sacris ordinibus initiatus. Ut autem decreto concilii Tridentini, sess. 24, cap. 12, *de reform.*, obtemperaremur, in visitatione capituli, optantibus et petentibus canonicis, suas quibusque praebendas addiximus.

Praeter dignitates et officia, et canonicatus seu majores praebendas, duodecim habemus officia seu beneficia majorum, ut vocant, vicariorum, quibus scilicet omnibus incumbit officii horis adesse, psallere, et canonicorum hebdomadariorum legitime impeditorum vices supplere. Haec autem beneficia a capitulo conferuntur.

Habent urbicarii et suburbicarii pastores jus sedendi in choro. Urbicarii sedent post majores vicarios; suburbicarii ante inferiorum sedium capellanos. Suas recipiunt utrique ex bonis capituli portiones. Post pastores sedet in choro major episcopi capellanus, qui vocatur ab honoribus, et ubique celebranti aut aliquo munere ecclesiastico defungenti episcopo tenetur adesse et inservire. Ejus beneficii collatio ad episcopum pertinet. Post istum capellanum sedem habent in choro triginta sex altarum, ut vocant, sedium capellani; quorum beneficia conferuntur a capitulo, sicut et aliorum capellanorum, qui infimarum sedium dicuntur. Parochiarum item capellani, clerici, et bursarii in collegio prope ecclesiam cathedralem ad hoc instituto enutriti et edocti, chorales pueri octodecim, plures, sed incerto numero, musici etiam officiis adsunt, ipsisque stipendia persolvuntur a capitulo, adeo ut ecclesiae nostrae clerici, virique ecclesiastici ad centum quinquaginta inserviant, bonorum capituli participes, vixque in toto Belgio sit ullus illustrior clerus, ullaque ecclesia, in qua solemniori pompa splendidiusque officia divina peragantur. Nec quicquam haote-

nus ab hac solemnitate remissum est, quamvis ob belli incommoda, nostrorumque bonorum in ditione Regis Catholici sitorum et Hispanico fisco addictorum imminutionem vix reditus ad beneficiatorum jejunam·sustentationem sufficiant.

Olim, Beatissime Pater, peculiaribus breviariis et missalibus aliisque ecclesiastici officii libris et ritibus ecclesia nostra utebatur. Sed, cum vix ulla superessent eorum sacrorum voluminum exemplaria post absolutum concilium Tridentinum, et studio cardinalis Granvellii edita fuissent, quae ex mente concilii fuerant composita, ecclesia Tornacensis, idipsum sic decernente ejus episcopo, relictis veteribus, novis istis usa est, retenta tamen propria plurimorum sanctorum, quos peculiariter ob diversas rationes colit, officia celebrandi libertate. Haec autem propria nostrae ecclesiae officia plurimis, quibus scatebant, mendis et erroribus purgavi.

Existimo porro, Beatissime Pater, me debere Sanctitati Vestrae rationem reddere vehementissimae contentionis, quae a tribus aut quatuor annis hic nata est occasione scholasteriae, quae morte scholastri vacaverat. Cum electus quippe fuisset quidam civis Tornacensis, qui natus tum circiter annos quinquaginta, magnam suae vitae partem rebus civilibus agendis consumpserat, clericalique tonsura ante aliquot annos, vacante sede episcopali, fuerat insignitus, mihi litteras praesentationis obtulit, quibus vix acceptis, primores capituli me conveniunt, rogant, ut paulo maturius perpendam, utrum in istum secularem hominem praebenda conferenda sit, non modo quae ab ipso fervide ambita fuerit, sed etiam quae mulieris cujusdam vaferrimae et astucissimae, electo magna familiaritatis rerumque domesticarum ac negotiorum necessitudine conjunctissimae, artibus velut extorta; utpote quae ostiatim canonicos deprecata, multos non precibus modo et officiorum pollicitationibus, sed et sordidis pecuniae promissis factis tum electoribus tum eorum domesticis, sollicitaverit. Horrui, et simoniae vocabulo perterritus steti. Adjecerunt, qui turpitudinem istam

mihi aperiebant, civem istum, licet aliunde satis peritus esset jurisconsultus, et in rebus politicis versatus, utpote qui civili magistratu rite et honeste defunctus fuerat, ne prima quidem clericalis vitae scientiaeque elementa didicisse, cum tamen scholaster debeat esse ab epistolis capituli, scholis, in quibus praecipue doctrina christiana traditur, praeesse; docere publice Scripturam sacram, theologiam, aut jus canonicum; ad haec munia obeunda, si examinetur, minus aptum repertum iri. Interea istius praebendae collationi intercessit unus e canonicis, qui spretum se querebatur in electione, ad quam vocatus non fuerat, cum tamen non solum in regno, sed etiam in provincia ecclesiastica, Atrebati videlicet, tunc temporis versaretur; contenditque, cum in juris regula *magis electioni obsit unius contemptus quam multorum contradictio*, istius hominis electionem, vel nullam esse ipso jure, vel post institutam querelam, secundum canonistarum effatum, venire annullandam. Tandem eo res devenit, ut probata sit ambitiosa per simoniacas artes mulieris electorum sollicitatio, quamvis alioqui probari non potuerit eam id jussu electi egisse, sed superfuerit dumtaxat ob amicitiam, quae inter eos intercedit, ejus rei praesumptio. Cum autem Ecclesia simoniae vel umbram ita detestetur, ut etiam, inscio electo, ejusmodi per simoniam quaesitae electiones reprobentur, cap. *Nobis extra*, lib. V, tit. 3, *De simonia*, adjecta examinis ab electo recusatione, quia scilicet se docendi muneri imparem sentiebat, attenta etiam contempti canonici querimonia, omnibusque in hoc negotio studiose perpensis actis, et, ut aiunt, actitatis, quaesito et petito a multis, quos ad id vocavi, theologis et juris canonici peritissimis consilio, electionem judicavimus reprobandam, aliamque instituendam esse decrevimus; ac propterea rem ad capitulum remisi, ut alium scholastrum deligerent canonici mihi praesentandum. Mulierem autem ad nos evocandam decrevimus paternis monitionibus emendandam.

Non mediocrem mihi res ista concitavit invidiam. Cum

enim ille vir honesto loco sit oriundus, et non mediocri apud politicos magistratus authoritate valeat, vehementer sententia mea decretoque commoti sunt; conquesti apud regem, quod multa in episcopatus munere molirer et ambirem, quae ad seculares magistratus pertinerent; me in mulierem secularem sententiam dixisse, cum tamen illa non posset nisi ad seculare tribunal provocari; in visitationibus parochiarum hujus urbis plurima de sepulturis, ecclesiarum ornamentis, aedificiis, coemeteriis, scholarum, piorum locorum, et sacrarum fundationum institutionibus et constitutionibus, divinorum officiorum ceremoniis, eleemosynis, pauperum cura, puerorum et adolescentum christiana educatione, doctrinaeque christianae traditione statuisse, cum tamen haec episcopalis jurisdictionis limites excedant, et pleraque, quae in iis decernuntur, decerni non possint, nisi decreta ad aedituos matricularios, pauperum provisores, xenodochiorum administratores, laicos homines et magistratuum civilium jurisdictioni et authoritati subjectos, dirigantur. Sed, rebus ad regem delatis, solemni edicto rex, justitiae tenacissimus, omnes visitationum mearum constitutiones confirmavit, et lege perpetua episcopalem jurisdictionem ita explicavit, ut nullus in posterum disceptandi locus relictus sit.

Ad capitulum redeo, Beatissime Pater, cujus ut disciplina Sanctitati Vestrae nota sit, declarandum existimo ex antiqua consuetudine canonicos non teneri nisi uni ex majoribus horis, matutini officii scilicet, majoris missae, aut vesperarum adesse. Cumque sint in hoc terrarum tractu veterum morum tenacissimi, vix crediderim eos ad arctiorem regulam compelli posse, praesertim cum hoc indulsisse videatur synodus Cameracensis, habita anno 1587, et a Sixto V, Summo Pontifice, approbata. Plures tamen sunt, qui frequentius adsunt. Ceterum in tanta clericorum multitudine paucos novi, qui non sint extra vitia; plures, qui sunt cum virtutibus; aliquot pietatis studiosissimos.

Basilica nostra cathedralis ampla est et magnifica, ornatis-

sima, vasis, paramentis, omnique supellectili instructissima. Ut magna inter me et capitulum intercedit charitatis benevolentiaeque consensio, nonnullos selegi sive ex iis, qui in primariis dignitatibus sunt constituti, sive ex canonicis, pietate et scientia conspectos, quibuscum singulis hebdomadis, cum ab urbe visitationibus aut aliis functionibus occupatus non absum, de praecipuis dioeceseos negotiis communico, adeo ut apud nos capitulum vere sit ex mente concilii Tridentini senatus ecclesiae.

Infra muros civitatis septem existunt parochiae, duabus nuper extinctis, quarum altera sub invocatione sanctae Catharinae suam ecclesiam collapsam vidit, utpote nimis vicinam arci recens extructae. Parochiani vero commodioribus parochiis adscripti fuere. Alterius ecclesia, sub invocatione sanctae Margaretae, data est abbati et canonicis regularibus monasterii sancti Medardi, olim sancti Nicolai in Pratis nuncupati, quia scilicet omnia istius abbatiae aedificia, quod etiam arci erant viciniora, destructa sunt; et, ne penitus interiret monasterium, instante et optante rege, vocatis vocandis, atque omnibus, quorum intererat, auditis, ecclesiam, sanctae Margaretae cum fundis adjacentibus univi abbatiae, dispertitis parochianis in viciniores parochias. Hoc autem eo liberius feci, quod frequentior populorum multitudo parochos non gravet. Cum enim divisa sit ista civitas, ita ut tertia pars, quae ultra Scaldim fluvium sita est, quaeque ad dioecesim Cameracensem pertinet, tres adhuc parochias complectatur, restant adhuc in tota civitate decem parochiae, quae non nimis populosae multitudini abunde sufficiunt.

Pastores sedulo sua obeunt pastoralia munia, satis docti, satis pii, satis suorum saluti studiosi.

Parochiales ecclesiae satis amplae sunt, ornatae, politae; sed eas parum adeunt populi, frequentiores scilicet sunt apud mendicantes.

Praeter gymnasium ecclesiae nostrae cathedralis, quod a

clericis regitur, est collegium aliud religiosorum Societatis Jesu, amplum, commodum, magnificum, in quo humaniores dumtaxat litterae docentur. Nec enim licet in toto Belgio publice philosophiam aut theologiam legere nisi in Universitatibus Lovaniensi et Duacensi. Multi sunt in isto Societatis Jesu collegio presbyteri, tum ad confessiones audiendas, tum ad concionandum destinati.

Ante tres aut circiter annos quidam ex illa Societate, qui jam a longo tempore de difficilioribus conscientiae rebus ac negotiis passim a cunctis fere consulebatur, quique confessiones plurimorum audiebat, quamvis eruditus haberetur, omnes tamen mollioris laxiorisque doctrinae sententias ita sequi credebatur, ut qui arctam viam, quae ducit ad vitam, sequi meditabantur, non solum ab eo discederent, sed vehementer urgerent, ut ille a me administrandi sacramenti poenitentiae facultate interdiceretur, cum non nisi latam viam, quae ducit ad interitum, ab eo doceri clamitarent. Diu patienter tuli ejusmodi rumores, ne quid inconsiderate agerem, et me ferventior zeli praecipitis aestus longius, quam par erat, abriperet. Tandem, cum eum vir probus quidam de faciliori erga inveteratae malitiae peccatores indulgentia, de occultis usurae simoniaeque machinationibus, de proxima peccandi occasione, de variis probabilistarum dogmatibus, aliisque id genus disserentem audisset, atque eum periculosis admodum principiis niti mihi retulisset, intelligeremque me non posse amplius citra culpam praevaricationemque ejus doctrinam dissimulare, ipsius rectorem et provincialem accersivi, eosque secreto monui me pati non debere oves meas damnationis periculo obnoxias esse per abruptam istius hominis in corrumpenda Evangelii doctrina audaciam; me eos rogare, ut sine strepitu ad aurem consulerent, ut ab excipiendis confessionibus abstineret; me nolle ipsi hoc decreto publico et scripto praecipere, ut ipsius famae parcerem. Sed frustra latebras ipsi quaesivi; palam de me apud suos amicos, et eos, qui solebant ei sua peccata confiteri, con-

questus est; ita commovit universam civitatem, ut eum virum probum, et, si colloquendo indulgentior videretur, neminem ipso in praxi severiorem esse, passim omnis conditionis homines praedicarent. Eum tandem ad aedes episcopales cum provinciali, rectore, exrectore vocavi, peramanter monui, eique exposui, quantum cum suis discipulis ac studiosis de salute periclitaretur latam hanc viam sequendo. Ipse flere, Deum hominesque obtestari, sibi in animo esse non aliam quam arctam viam ingredi. Tandem eo devenimus, ut omnia, de quibus agebatur, doctrinae capita explicarentur. Proposui quosdam articulos, quos putabam debere sequi veros et evangelicos confessarios; ipsos legit attente, et relegit attentius; nihil in illis contineri affirmavit, quod ad praxim sese, Deo adjuvante, redacturum non promitteret. Ad id ultro jurejurando sese obstrinxit. Ipsis articulis coram superioribus suis, qui eos verbo approbaverant, subscripsit, suumque mihi perlibenter reliquit chirographum. Ipsum post aliquot menses febre correptum invisi, benevole de vita aeterna locuti sumus, acceptaque a me benedictione, non diu post christiane omnino et religiose defunctus est. Ejus porro collegarum amicitia usus sum semper, et etiamnum utor.

Utinam, Sanctissime Pater, istos articulos, quorum ad Beatitudinem Vestram transscriptum mitto, examinare, quidque de iis sentiret judicaretque mihi aperire non gravaretur Sanctissima Paternitas Vestra. Nihil siquidem tam avide exopto, quam ut oraculorum vestrorum securitate innixus, omnes meas agendi animasque fidei meae creditas regendi rationes instituam. Quanti autem roboris foret, non solum apud omnes Societatis Jesu, sed et cujuscumque ordinis religiosos super istis a magni nominis jesuita subscriptis et sacramento confirmatis articulis Sanctitatis Vestrae decretum, nemo est, qui non facile intelligat, si christianus est, atque adeo Apostolicae Sedi devotus.

Domum habemus emeritorum presbyterorum, in qua scilicet aluntur antiquiores parochi, qui graves annis non valent am-

plius pastorali munere defungi. Eorum autem magna habetur cura. Sedem peculiarem habent in ecclesia cathedrali, cum officio adesse voluerint.

Amplum habemus nosocomium, cujus, ut jam Sanctitati Vestrae significavi, curam gerunt moniales sancti Augustini, quodque a canonico hospitalario regitur.

Duas habemus religiosorum abbatias, episcopo subjectas. Unam ordinis sancti Benedicti, sub invocatione sancti Martini; alteram ordinis sancti Augustini, sub invocatione, ut jam diximus, sancti Medardi et sancti Nicolai. Sancti Benedicti monasterium splendidum est ac magnificum. Belli calamitates abbatem monachosque ab aedificando augusto templo non retardant, cum antiquum vetustate collapsum sit. Monachi non severa utuntur regula; sed modesti sunt, et multi pietate conspicui. Abbas regulae studiosus, quantum patitur ea relaxatio, quae monachis jam dudum indulta est.

Sancti Medardi abbas vir probus. Ejus canonici, antequam abbas fieret, paulo liberiori vivendi rationi assueti, modo et visitationibus[1] nostris et abbatis sollicitudine paulatim ad disciplinam adducuntur. Novum extruxere monasterium, quod angustius est quam aliud sancti Martini; sed politum, gratum et conspicuum.

Augustiniani, Franciscani, Recollecti, Dominicani, Carmelitae discalceati amplas hic habent familias et magnifica monasteria. Quod ad mores eorum attinet, nihil novi reprehensione dignum, nisi forte quod quidam ex ipsis non ita paupertatis studiosi sint, quippe cum Augustinianis et Dominicanis peculium permittatur, quod nescio qua ratione cum paupertatis voto cohaereat. Viderint sane eorum superiores, qui hoc patiuntur, imo ultro indulgent.

Moniales ordinis sancti Augustini (praeter eas, quae nosocomium curant) totam illustrant sua religione civitatem.

[1]) Une des copies du Rapport porte *invitationibus*.

Aliae, quae *Prati-Porcinae* nuncupantur, reguntur ab abbatissa. Aliae dicuntur *Filiae Sion*, et habent priorissam triennalem. Sunt in utroque monasterio virgines rara pietate et virtute praeditae. Alia est familia monialium sancti etiam Augustini, et quae *Filiae Dei* vocantur, quarum monasterium olim peccatricibus, quae ad poenitentiam confugiebant, destinatum fuit, modo puellis honestissimis patet, nec a longo tempore ad ipsum corruptae admittuntur. Hae tres familiae sancti Augustini claustro coarctantur.

Sunt et Sorores Nigrae, quae etiam regulam beati Augustini profitentur. Istae, cum curandis civibus infirmis obligatae sint ex sua institutione, domo egrediendi facultatem habent; ceteroqui pietatem spirant, atque exemplo suo aedificant.

Ad has etiam Beguinas adjiciam, quae nec claustro coercentur, nec votis perpetuis astringuntur. Vovent obedientiam et continentiam, quamdiu in Beguinagio manserint, non paupertatem; suaque peculiaria bona possident. Singulae sua habent privata domicilia inter Beguinagii muros, quae cum Carthusianorum hospitiolis aliquam habent similitudinem. Nigra veste induuntur, et velato capite incedunt. Simul horas et officium canonicum cantant; cum pietate vivunt; pleraeque manuum operibus partim sustentantur, partim propriis facultatibus.

Sunt et Ursulinae, quae puellas docent, earumque mores christiane informant, et sunt in pretio apud omnes. Istae, quas commemoravi, visitationi subsunt episcopali et jurisdictioni. Carmelitae discalceati suas habent et regunt moniales, quae per strictioris observantiae regulam sanctam Theresiam imitantur. Suas etiam habent Franciscani Recollecti, pauperes scilicet Clarissas, quae tanta corpus domant poenitentiae austeritate, ut ultra naturae vires earum vivendi ratio videatur.

Sunt aliae, quae ab iisdem Franciscanis reguntur, quae xenodochio addictae peregrinos hospitio excipere tenentur. Hae autem liberiores sunt, nec claustro quidem coarctantur; quod non vacat periculo. Si quando episcopus eas ad clausu-

ram ex concilii Tridentini decreto velit compellere, ipsae, et Franciscani, earum patroni, reluctantur; tribunalia secularia adeunt, ne a sua possessione deturbentur, adeo ut, cum vanus sit labor et cassus, sibimet manere et vivere permittantur.

Certe, Beatissime Pater, dolendum est, et quidem vehementer, quod cum Clarissae tam arctum vivendi genus fuerunt[1] aggressae, ut tumulo videantur potius inclusae quam claustro, Tornacensibus tamen nostris non mediocriter timendum sit; maxime cum clamet Apostolus : *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil sum.* Tanta est enim apud ipsas dissensio, ut eas vix quis dixerit esse christianas. Queruntur pleraeque se a superioribus suis ita astringi et cogi, ut nunquam nisi Franciscanis animum conscientiamque aperire permittantur, a quibus tamen super multis, quibus anguntur, scrupulis consilium petere non audeant. Cum enim ipsi Franciscani ante aliquot annos earum regulam agendique rationem mutare pro sua authoritate in animum induxissent, ipsae ad Sanctam Sedem recurrerunt; a qua decretum, quod sperabant, obtinuerunt; iste autem ad apostolicum tribunal recursus odii et contentionum seminarium fuit. Abbatissae, quae non mediocri virtute pollebat, animi firmitate atque ingenio, sua authoritate interdictum fuit. Aliae flere et lamentari, indeque ita Franciscanos aversari, ut vix eos ferre potuerint. Alios exquisiverunt identidem confessarios, duos praesertim nostrae ecclesiae cathedralis canonicos. Recusarunt Franciscani. Inde subversus earum animus, turbatae conscientiae. Quaedam, quae a partibus Franciscanorum stabant, alias convitiis ita onerabant, ut deploranda esset omnino illius monasterii conditio. Me advocarunt; coram me conquestae sunt. Regina nostra christianissima hic aderat tunc temporis, ipsas invisit, et, ut piissima est, cum poenitentiae addictissimas moniales tantis discordiis laborare animadvertisset, me accersivit, jussit, ut

[1]) Une des copies porte *sint*.

eas iterum inviserem. Provincialis seu visitator gallus non ausus est propter reginae authoritatem impedire, ne eas audirem[1]. Sorores igitur, eo consentiente, me privatim sunt allocutae. Ipse ego, redactis compendio earum votis, processum verbalem institui, ad Clementem decimum misi, Suam Sanctitatem cum omni animi demissione enixe rogando, ut misero isti monasterio consuleret. Eminentissimus cardinalis Nerlius, in hac civitate tunc temporis purpureo birreto donatus, promiserat, cum Romam adventasset, se a Summo Pontifice petiturum decretum, quo Sua Sanctitas aliquem non suspectum committeret, qui authoritate pontificia monialibus istis opem ferret. Omnia haec oblivioni tradita sunt, et aliorum urgentiorum negotiorum mole obruta, vel forte Franciscanorum artibus retardata. Utut sit, certe Recollectorum minis tantus terror miseris istis monialibus incussus est, ut ab eo tempore vix eas unquam inviserim, ne suscitarem pressuram vinculis earum. Certe, Beatissime Pater, si lugerent et plangerent dumtaxat, Deo propinquiores et conjunctiores esse arbitrarer, adeoque feliciores; sed vehementer timeo, ne earum conscientiae subvertantur, earumque exterior poenitentia vertatur in ruinae et cujusdam desperationis argumentum. Media earum pars in animum induxerat religiosorum jugum excutere, et, si ita Sanctissimo Domino Nostro videretur, sese ordinariae episcopi jurisdictioni submittere. Eas, quantum potui, ab eo consilio deterrui. Revera, Beatissime Pater, tam tremendum onus exhorreo, et quandoquidem ab eo me Divina Providentia et Sanctae Sedis authoritas exemerunt, precor etiam atque etiam Sanctitatem Vestram, ut alio remedio earum praesentibus atque urgentibus malis subveniat et succurrat.

Non Clarissae tantum, Beatissime Pater, a se invicem, et a patribus suis dissentiunt. Eodem fere morbo laborant Carmelitissae, quippe ante quindecim menses aut circiter non levis inter

[1]) L'autre copie porte *adirem*.

ipsas et provincialem orta est contentio, quae etiamnum totum monasterium, imo in Belgio fere totum ordinem conturbat. Haec autem dissensionis et discordiae fuit occasio.

Quaedam novitia, elapso jam suae probationis tempore, ad professionem votorumque emissionem aspirabat. Vocatis ad capitulum monialibus, itum est de more ad suffragia. Defuerunt calculi ad eam recipiendam necessarii, plus quam media sororum parte eam tamquam minus idoneam recusante. Statim exuta carmeliticis vestibus extra claustrum amandata est, ut earum ferunt constitutiones. Ipsa lamentis et clamoribus omnia miscuit. Priorissa, quae ipsi favebat impensissime, jussit, ut cum externis conventus ancillis remaneret, eam solata spe futurae propediem visitationis a provinciali instituendae, et ea, qua apud ipsum pollebat gratia et favore. Tornacum advenit post aliquot dies provincialis, suorum religiosorum suarumque sanctimonialium monasteria lustraturus. Conquesta est statim priorissa de injusta novitiae ejectione, accusavit partium studia, aemulationes, rixas. Provincialis moniales advocat, quaerit a singulis, quae causa fuerit ejiciendae novitiae, rationemque deposcit suorum votorum et calculorum; ni ipsi satisfaciant, poenas minatur, quae discolis solent irrogari, imo et censuras Ecclesiae; utque eas magis compelleret; jurejurando ad suo praecepto obediendum obstrinxit. Quaedam tanta authoritate perterritae, provincialis paruere imperio; quaedam detractarunt, causatae suas constitutiones, quibus cavetur, ut secreta sint vota, quorum scilicet, ut in iis ferendis liberiores sint, rationem soli Deo reddere teneantur. Nihil haec cunctatus provincialis jussit ejectam iterum ad novitiatum, et, post peremptorios et fatales dies, ad professionem admitti; ceterum interpolatum a die expulsionis tempus nihil ipsi obfuturum. Ipsa claustrum iterum ingressa, religiosisque vestibus induta, accessit ad me prior Carmelitarum cum alio religioso mihi noto et amico. Rogavit uterque, ut sororum suarum conventum adirem, professurae post aliquot dies novitiae voluntatem ex

concilii Tridentini decreto exploraturus. Meo officio me ad condictum diem satisfacturum recepi; sed, ut totam, quam mox narravi, negotii seriem celarunt, eam aliunde accepi. Ut accessi ad sanctimonialium monasterium, priorissam vocavi; ipsam rogavi, ut aliquid mihi de statu suae novitiae aperiret, quo solidius et verius de ejus vocatione possem judicare. Tacuit ipsa, nec ullum potui ab ea verbum obtinere. Leniter conquestus de ejus silentio, et quod me advocaverit, cum tamen me rem tanti momenti, et a qua forte penderet suae novitiae salus, celaret, obtestatus sum, ut melius consulta suae filiae spirituali bono provideret. Altum et stupendum ejus silentium. Tandem accersivi priorem, dixique me paratum esse ad monialis examen, sed cum ipse non aperuisset, quod circa ipsam gestum fuerat, nec possem ab ea sola in praesenti rerum statu vocationem ipsius explorare, in animum induxisse sanctimoniales singulas alloqui, ut saltem ejus agendi rationem per totum novitiatus tempus exquirerem, quo possem de ejus ad professionem aptitudine aut ineptitudine recte sentire. Prior graviter, quae dicebam, accepit; rem se ad provincialem relaturum dixit. Postridie me convenit provincialis. Se, ne sorores suas alloquerer, pro sua in ipsas authoritate impediturum significavit; ex decreto concilii mihi duntaxat incumbere, ut voluntatem explorem novitiae, utrum coacta sit an libera; de aliis vocationis notis nihil ad me pertinere. Ipsum rogavi, ut penitius concilii decretum inspiceret; de professurae virtute, et ad ordinem suum aptitudine, aliisque vocationis divinae notis loqui concilium; ceterum me probe scire in more positum esse, ut episcopi in ejusmodi examine solam novitiam alloquantur, quia scilicet priorissa solet scripto testari a tota communitate, vel certe a majori parte admissam esse novitiam, aptamque religioni judicatam; quod impraesentiarum salva veritate testari non poterat priorissa; cum ergo non possem ejus stare testimoniis, aliunde hauriendam mihi esse istius novitiae notitiam; unde autem aptius haurirem, quam a cete-

ris monialibus, quae cum ipsa per annum versatae sunt; ipsam certe non posse suam pietatem ceterasque ad vitam religiosam necessarias virtutes laudare. Cum vero obfirmatus esset in sua sententia provincialis animus, ipsum rogavi, ne istam novitiam periculo exponeret irritae professionis. Exposui interpolatum esse ejus novitiatum, secundum pontificia et canonum decreta non valide vota emissuram. Si vellet Sanctam Sedem adire, me perlibenter cum magna animi demissione apostolico judicio subjecturum promisi; si vero vellet[1] congregationem eminentissimorum concilii Tridentini interpretum consulere, me libenter eorum sententiae adhaesurum. Me nihil ambire significavi in hoc negotio, nisi ut officio meo satisfacerem et liberarem animam meam. Omnia detractavit provincialis, et fastuoso suae authoritatis typho sese quasi totius Ecclesiae in hoc negotio magistrum exhibuit. Ut brevius loquar, ad professionem sine episcopi examine admissa est novitia. Rem ad apostolicum tribunal retulerunt moniales, quae isti illegitimae professioni adversabantur. Accepi novitiae professionem nullam et irritam declaratam esse ab eminentissimis sacri concilii Tridentini interpretibus; ab ipsis tamen visitatori Carmelitarum scriptum esse, ut, si fieri posset, benevole adducerentur omnes moniales ad eam ad professionem admittendam. Quod et praestitit visitator, licet quaedam invite consentirent. Iterum advocatus sum ad examen, quo perfunctus sum die mercurii majoris hebdomadae. Sed cum significassem priorissae me velle ipsi super isto examine mentem aperire; ceterum ne illam ad professionem admitterent, antequam quod examinando compereram, declarassem, ipsa nihilominus postridie, cum functionibus episcopalibus occuparer, professa est novitia, sicque delusum examen. Timent porro Carmelitissae, suarum constitutionum studiosae, ne inde multum detrimenti ordo patiatur, praesertim si ea novitia in conventu Tornacensi remaneat, cum expresse

[1]) L'autre copie porte *mallet*.

earum constitutionibus caveatur, ne semel a professione rejecta religiosisque vestibus exuta in eodem conventu unquam, quocumque quaesito colore, profiteatur, nec in alio ejusdem ordinis, nisi concurrentibus omnibus et singularum monialium votis. Atque adeo, cum intactae hactenus fuèrint earum constitutiones, si semel, vel in uno articulo, imminuantur, omnem sensim sine sensu pessumdatum iri disciplinam. Certe, Beatissime Pater, quantum ad me attinet, omnem meam in hoc negotio agendi rationem Vestrae Sanctitatis judicio omnino submitto. Hoc unum coram Deo profiteor, me nihil ambitiose molitum esse; sed ut ea, quae muneris mei esse videbantur, adimplerem, nihil praetermittere voluisse.

Praeter relata jam monasteria, multa pia loca habet haec civitas, quaedam ptochodochia, in quibus seniores et pauperiores viri hospitantur, praebendas recipiunt, et a mendicitate eximuntur, partim ex ptochodochiorum reditibus, partim cura eorum, qui pauperum sunt provisores. Alia sunt in unaquaque parochia hospitia[1], in quibus habitant pauperes viduae, quarum etiam ordinariis distributionibus inopia sublevatur.

Alia existunt vel nosocomia vel xenodochia, olim vel leprosis vel peregrinis destinata; sed quia eorum reditus ad mentem fundatorum non insumebantur, vel quia vix ulli nunc reperiuntur leprosi, vel denique quia rari sunt ad pia loca peregrini, quamvis pauperibus a provisoribus darentur reditus, ut certum tamen usum pium haberent, ordini sancti Lazari annexuit rex noster christianissimus in gratiam militiae emeritorum.

Sunt et scholae puellarum, quae reguntur a devotis mulieribus. Sunt et puerorum, quibus traduntur lectionis, scriptionis, latinitatis, doctrinae christianae elementa; in quibus passim laici clericique praeceptores. Iis autem scholis tamquam magister generalis praeficitur scholaster cathedralis ecclesiae; et, si quis a doctrina christiana deflectat, refertur ad episcopum.

[1]) Une de copies porte *hospitiola*.

Habemus et collegium seu seminarium puerorum Hybernorum, in quo aliqui pauperes aluntur, christiane educantur, humanioribusque litteris imbuuntur. Scholas autem Jesuitarum adeunt, et ut plurimum primarii sunt inter condiscipulos.

Restat, Beatissime Pater, ut pauca dicam de episcopalibus aedibus, quas vetustate fere collabentes, situ obsitas, obscuras, ingratas omnino reperi. Eas autem non ad ostentationem quidem et pompam, a qua semper procul abfui, sed ut episcopi, successores mei, majori residentiae amore caperentur, instauravi, ornavi, ampliavi. Atque hic est hujusce civitatis status, quantum attinet ad episcopale officium.

Tertia hujus civitatis pars, ut jam Sanctitati Vestrae significavi, ultra Scaldim, paret archiepiscopo Cameracensi; in eaque existunt tres parochiae; domus Jesuitarum, in qua novitii educantur, ampla, splendida, amoena; monasterium religiosorum Cruciatorum; aliud Franciscanorum Capucinorum; amplum nosocomium; quinque sanctimonialium conventus, unus Coelestinarum seu Annunciatae Virginis filiarum; alter sororum Grisiarum, ut vocant, quae sunt hospitalariae. Et hi duo conventus translati fuere a nostra dioecesi ad Cameracensem, cum ea monasteria destructa fuerint, utpote arci viciniora. Haec autem translatio facta est, antequam ipse fierem Tornacensis episcopus. Duae sunt familiae canonicarum regularium et una Dominicanarum. Sunt et pia quaedam loca. Sed cum istius tractus sollicitudo ad me non pertineat, nec etiam rationem reddam Beatitudini Vestrae, ne falcem mittam in messem alienam.

Non longe ab urbe nostra citra Scaldim sita est Carthusianorum eremus gratissima, in qua degunt octodecim religiosi ea pietate, quam ubique in Carthusianis suspiciunt universi.

(*La suite à la prochaine livraison*).

Documents extraits du cartulaire de l'abbaye Salzinnes (Namur)[1].

I.

Confirmation de la donation de la dîme de Ville-en-Hesbaye faite à l'abbaye de Salzinnes.

8 novembre 1226.

Ego Florentius, Dei permissione abbas, et totus conventus ejusdem, universis presens scriptum inspecturis notum facimus, quod dilecti nobis in Christo Balduinus Rossear de Ville, et Maria, uxor ejus, terram quamdam ad valorem sex bonariorum, quam tenebant apud Ville de feodo de Landines ab ecclesia nostra, domui Vallis sancti Georgii, Cisterciensis ordinis, in elemosinam contulerunt, hoc de nostro assensu. Ac ipsam terram idem Balduinus, et ejus uxor ad opus domus prenotate Vallis sancti Georgii in manus nostras reportarunt. Nos autem factum hoc acceptantes terram ipsam eidem domui reddidimus, concedentes, ut pacifice ipsam possideat in perpetuum, tantum nobis retento censu sex denariorum Coloniensis monete, annuatim in Nativitate Domini persolvendo in curia nostra apud Ville. Quia autem humana memoria labilis est et caduca, ne quis in futurum huic facto presumat obviare, presentem paginam sigillo ecclesie nostre duximus in testimonium roborandam. Actum in octava Omnium Sanctorum, anno gracie m° cc° vigesimo sexto.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 98 r°.

II.

La dîme de Spy est donnée à l'abbaye de Salzinnes.

1228.

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, ego Gobertus, miles de Bivel, veritatem intimare. Cum dominus

[1]) Suite. — Voyez *Analectes*, III, pp. 187 et 477.

Wilhelmus, miles de Ugezees, bone memorie, de Spiers decimam, quam a me tenebat in elemosinam perpetuam, domui Vallis sancti Georgii, Cisterciensis ordinis, juxta Namurcum, de voluntario assensu uxoris sue legasset, et uxor ejusdem Wilhelmi, parens precibus ejusdem Wilhelmi, me presente, pro se et pro marito suo defuncto, dictam decimam de Spiers super altare Vallis sancti Georgii voluntarie, multis presentibus ad hoc vocatis, reportavit; ego vero facto consentiens pro salute mea et antecessorum meorum, quidquid dominii habebam in decima illa, eidem domui Vallis sancti Georgii in elemosinam perpetuam contuli, et super altare ejusdem domus integraliter reportavi, presente abbatissa et conventu ejusdem loci, et multis aliis ad hoc convocatis. Anno Domini m° cc° xx° viij°.

Testes qui interfuerunt et ad hoc vocati : Warnerius miles de Longchamps, Everardus de Comunes, Wilhelmus miles de Novile, Walterus miles cognomine Wassars, qui mecum ibidem venit, et Henricus de Bivel, Johannes abbas cognomine sacerdos de Namurco.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 211 r

III.

Ferdinand de Portugal, comte de Flandre, et son épouse, Jeanne de Constantinople, font et confirment des donations en faveur de l'abbaye de Salzinnes.

Mai 1228.

Nos Ferdinandus, Flandrie et Hannonie comes, et Johanna, uxor ipsius, Flandrie et Hannonie comitissa, omnibus presentes literas inspecturis salutem. Noverint universi, quod nos pro remedio animarum nostrarum et predecessorum nostrorum donavimus sororibus Vallis sancti Georgii juxta Namurcum triginta bonaria terre, in quibus curtis earum de Buteal modo sita est, et donavimus eisdem sororibus triginta bonaria

terre excolenda ad quartam garbam, et duo bonaria silve de alneto, libera ab omni censu et redditu, ad necessitatem ipsius curtis. Et concedimus et laudamus elemosinam illam, quam fecit Godefridus de Beverines dictis sororibus de sedecim bonariis terre sue, salvo redditu et jure nostro. Ut autem he donationes et concessiones dictis sororibus facte rate et inconcusse permaneant, presens scriptum sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Actum anno Domini m° cc° vicesimo octavo, mense maio.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 88 v°.

IV.

Hugues de Pierrepont, évêque de Liége, confirme la donation de la dîme de Mehaigne, faite à l'abbaye de Salzinnes.

11 avril 1229.

Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, universis presentes literas inspecturis in perpetuum. Cum ex officio nostro teneamur Christi pauperibus, maxime in locis religiosis Domino servientibus, subvenire, nos paupertatem ecclesie Maloniensis attendentes, parochiam de Mehaigne, cujus decimam cum jure patronatus dilectus filius noster, abbas Gregorius Maloniensis, ab Henrico, milite de Mehaigne, per manum nostram acquisivit, dicte ecclesie Maloniensi pro salute anime nostre libere contulimus perpetuo possidendam, inhibentes sub pena excommunicationis, ne quis deinceps dictam ecclesiam Maloniensem super collatione dicte parochie presumat ausu temerario molestare. Ut autem hec collatio permaneat illibata, presentem cartam sepedicte ecclesie Maloniensi contulimus sigilli nostri munimine confirmatam. Actum anno Domini m° cc° xx° nono, feria quarta post dominicam Palmarum, in castro Hoyensi.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, folio 246 v° et 247 r°.

V.

Jean d'Aps, évêque de Liége, approuve la donation d'une partie de la dîme de Saint-Germain faite à l'abbaye de Salzinnes.

1232.

Johannes, Dei gratia Leodiensis episcopus, universis christifidelibus, quibus presentis scedule continentiam videre vel audire contigerit, salutem in Christo et perpetuam veritatis cognitionem. Notum sit universitati vestre, quod Cotherellus de Sancto Germano, et Lysia de Jaive, soror ejus, et Balduinus, maritus ipsius Lysie, partes suas integraliter, quas habebant in decima de Sancto Germano, ad opus abbatisse et conventus Vallis sancti Georgii, Cisterciensis ordinis, in manum nostram spontanee reportaverunt. Nos autem eidem abbatisse et conventui easdem partes decime contulimus usu perpetuo possidendas, sub gravissima anathematis pena districte inhibentes, ne quis sepe dictos abbatissam et conventum super eisdem partibus decime nefaria presumptione ausus fuerit in eternum infestare. Et, ut inhibitionis nostre rigor firmiter observetur, et tota premissorum series intemeratam obtineat firmitatem, ad removendum contumeliosos adversariorum impetus, presentem cartulam sigilli nostri appositione roboravimus. Datum anno Domini m° cc° xxx° secundo.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 236 r°.

VI.

Donation d'une forêt faite à l'abbaye de Salzinnes.

23 avril 1236.

Ego Philippus de Warez, bajulus terre Namurcensis, notum facio tam presentibus quam futuris, quod ego interfui sicut bajulus, ubi dominus Warnerius, miles, de Longocampo exheredavit se de silva, quam tenebat inter Ryum et Warez, et in manus meas reportavit ad opus domus de Salezines. Et ego ex precepto domini comitis et comitisse Namurcensis dic-

tam domum inde investivi et hereditarie reddidi ; et hoc feci per judicium militum, qui inde judicare debebant, horum videlicet : domini Anuldi de Duiz, domini Evrardi de Emines, domini Oliveri de Susenval, Hugonis de Iodion, famuli domini Danielis castellani, Wilhelmi militis de Noville, domini Eustachii de Hemetines, domini Balduini de Dassues, Simonis le Poroier, Alexandri Le Rousi, et multorum aliorum. Et ut hec firma permaneant, in signum veritatis presentes literas sigillo meo confirmavi. Actum et datum in aula comitis Namurcensis, feria quarta post dominicam *Jubilate*, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 155 r°.

VII.

Thomas, comte de Flandre et de Hainaut, approuve la donation de dix bonniers de terre situés en la paroisse de Béverines, faite par Nicolas de Mont-Sainte-Geneviève à l'abbaye de Salzinnes.

2 juin 1240.

Thomas, Flandrie ac Hannonie comes, et J., comitissa, uxor ejus, universis presentes literas inspecturis salutem. Noverit universitas vestra, quod collationem decem bonariorum terre in parochia de Beverines jacentis, que Nicolaus de Monte Sancte Genovefe juxta Bincium fecit monasterio de Valle sancti Georgii juxta Namurcum, Cisterciensis ordinis, ubi moniales ejusdem ordinis conversantur, et venditionem, quam fecit eidem monasterio Theodericus dictus Clericus, de villa predicta sancte Genovefe, de octo bonariis terre jacentis in eadem parochia, gratas habemus et acceptas, et eas approbamus attestatione presentium literarum, justicia in predictis terris in omnibus salva nobis. Actum Insule, in vigilia Pentecostes, anno Domini m° cc° quadragesimo.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 90 r°.

VIII.

Henri de Dompierre donne à l'abbaye de Salzinnes ses biens situés à Noville-les-Bois, Dompierre et aux environs.

Mai 1248.

THOMAS, Dei patientia concilii de Hanreth decanus, universis presentes literas inspecturis salutem et rei geste cognoscere veritatem. Universitati omnium tenore presentium notum facimus, quod constitutus in nostra presentia, Henricus de Dompiere, filius Anselmi militis, domini de Dompiere, universam suam hereditatem, et quicquid ipsum contingit et contingere potest, et debet, tam ex successione parentum suorum quam ex acquisitione legitima, tam in pratis quam in terris arabilibus, et nemoribus, et vivariis, quam aliis bonis universis, tam in allodiis quam in dominiis et omnibus juribus aliis, tam in Dompiere quam in Werda, quam in Novilia, quam alias, ubicumque suam hereditatem possidet, et possidere potest et debet licite, sicut dictum est, ob remedium anime sue et parentum suorum monasterio Vallis sancti Georgii juxta Namurcum, ordinis Cisterciensis, Leodiensis dyocesis, compos sue mentis existens et in libera potestate sue voluntatis, maxima deliberatione habita, libere et absolute legavit pariter et donavit, hac adjecta conditione : Si sine liberis legitimis sui corporis decesserit, promittens per sacramentum coram nobis suo ordinario prestitum, et per stipulationem solempnem, quod ipse, si sine liberis legitimis decesserit, sicut dictum est, dictum legatum sive donationem firmiter tenebit antedictam, et contra dictum legatum sive donationem nullatenus imposterum venire acceptabit; si vero heredes legitimos haberet et habuerit, non vult, quod hujusmodi legatum sive donatio in aliquo prejudicet eisdem. Et istud legatum sive donationem fecit integraliter de consensu Marie, matris sue, existentis propter hoc coram nobis et presentis, hac adjecta conditione : Quod si dictum Henricum contingat ante ipsam decedere, ipsa Maria habebit usum-

fructum integraliter de omnibus bonis dicti Henrici, filii sui, quamdiu vixerit, ex condicto. Post obitum vero ipsius Marie omnia cedent monasterio antedicto, sicut dictum est. Et cum memoria hominum labilis sit, et cum tempore evanescat, ut premissa scripto perpetuo commendata roboris habeant firmitatem et fidem faciant plenissimam, dicti Henricus et Maria, mater sua, nobis, tanquam suo ordinario, humiliter supplicaverunt, ut istis literis et facto presenti sigillum nostrum in signum veritatis et stabilitatis appenderemus. Nos vero, justis eorum precibus inclinati, volentes laborare, ut dictum legatum et donatio, ob remedium animarum facta, permaneant, ad faciendam fidem perpetuam instrumento presenti sigillum nostrum appendimus.

Actum, datum coram nobis anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense maio.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 166 r° et v°.

IX.

Accord conclu entre Jean de Flandre, comte de Namur, et les abbesses d'Argenton et de Salzinnes, pour la présentation du recteur de l'église de Saint-Germain.

22 octobre 1315.

Universis presentes literas inspecturis, JOHANNES DE FLANDRIA, comes Namurcensis, abbatisse et conventus monasteriorum Vallis sancti Georgii juxta Namurcum, et de Argenton, Cisterciensis ordinis, Leodiensis diocesis, salutem et agnoscere veritatem. Quia communio plerumque parit discordiam, et contingit interdum pro ecclesia et persona ad eandem presentanda dissidere patronos, et, licet una ecclesia unius debeat esse rectoris, pro sua dissensione plurimos quandoque presentent; cum itaque in ecclesia de Sancto Germano, dicte dyocesis, sita in comitatu Namurcensi, jus patronatus communiter obtineamus, ad omnem dissensionis et discordie materiam, que super

presentatione dicte ecclesie inter nos in posterum suboriri posset, amputandum, proborum et jurisperitorum consilio pro bono pacis et concordie super dicta presentatione a nobis de cetero ad dictam ecclesiam facienda, nos comes, pro nobis et heredibus nostris, et nos abbatisse et conventus, pro nobis et monasteriis et successoribus nostris, ordinavimus, convenimus, pacti smus, ordinamus, convenimus et paciscimur, ut invicem vel alternis vicibus presentemus, videlicet quod quotiescumque et quandocumque dictam ecclesiam vacare contingerit ex quacumque causa, altera seu altera nostrum cum suo conventu, aliis non requisitis, poterit et debebit per presentem ordinationem, conventionem, pactionem ad dictam ecclesiam in solidum presentare hoc ordine, quod nos comes Namurcensis prima vice, et nos abbatissa et conventus de Argenton secunda vice, et nos abbatissa Vallis sancti Georgii tertia vice, ad prefatam ecclesiam poterimus et debebimus in solidum presentare. Et sic fiat de presentatione ad presentationem, quod altera post alteram in perpetuum ad dictam ecclesiam modo supradicto, cum eam vacare contigerit, presentabit, promittentes nobis invicem stipulantibus et fide media, quod contra ordinationem, conventionem, pactionem predictas non veniemus per nos vel alios in futurum. Et ad premissa inviolabiliter et perpetuo observanda nos heredes, monasteria et successores nostros efficaciter obligamus. In quorum testimonium et perpetuam memoriam presentibus sigilla nostra pro premissis roborandis appendimus. Actum de communi consensu nostro, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, feria quarta post festum beati Luce, evangeliste.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 236 v° et r°.

X.

Réparations ordonnées à l'église de Saint-Germain à la suite de la visite faite par l'archidiacre forain[1].

25 mai 1453.

Nous, frère PIERRE, abbé de l'églice et monastère de L'Allou-Nostre-Dame, comunément appellée Molins, de l'ordre de Cistias, diocèse de Liège, faisons sçavoir à tos que nos avons veu, tenu et diligenment examiné une lettre escripte en parchemin scelée de vii sealz de verde chire, pendus en keues de parchemin à ichelles, dont la tenure de mot à mot sensiet et est tel :

A tous chialz qui ches présentes lettres veront et oront, nos Baulduin de Wynees, priestre et doyen del cristianiteit dou concil de Haureche, en la diocèse de Liège, et tos li cureis dou dit concil, salut en Dieu permanable, avec conissanche de vérité. Sachent tos que, en l'an xiiii^c et chinquante trois, le jour Sainct-Urbain, au mois de may xxve jours, en plain concil, à heur acoustumée, comparurent en propres personnes en l'église paroichiale de Meffe pardevant nos, Jehan de Bryes, manbour et procureur, come plainement nos fist apparoir par procuration leucte pardevant nos en plain concil, exhibuée pour et en nom de vénérable et religieuse dame madame l'abbesse et covent de Salzines, emprès Namur, avec li frère Jehan ...., professe et procureur pour madame l'abbesse et covent d'Argenton, emprès Gemblou, Jehan Waleran, procureur et faisant partie pour le prévost de Chiney, sicque recteur del chapelle de Sampson, remonstrant à nos li doyen et confrères qu'ils estoient informeis et avoient entendus que les dymes delle paroche de Sainct-Germain appartenans tant as devant nommées dame abbesse et covens, come audit prévost pour cause de sa chapelle

[1]) Pour bien comprendre ce document voyez les *Records ecclésiastiques*, que nous avons publiés dans les *Analectes*, I, p. 337 et 430 ; et II, p. 213 et 282.

de Sampson, estoient arrestées, dont ils avoient merveilhe, priant à nos le doyen et confrères doudit concil, quilz sceusent à quel cause. Parquoy messir Michel, vestit[1] de Taviers, respondit, et dist que à la visitation des scènes dairen passé, perchevant la ditte église de Sainct-Germain ruyneuse et plusieurs défauts en ichelle évidentes de tant que, si avant que à li come archidiake afforin appartenoit, il avoit arreteis les dymes et tos biens appartenans tant as dames que au prévost, come colateurs et vray patrons d'ichelle église, et commendeit sur certaine peine et mise, quil fuisent tenus en arreste tant et si longhement que la ditte église fuist seloncq ses nécessiteis et défautes évidentes réparée et entretenue convenablement, come il appartenoit, ausy les ornemens de l'autel qui n'estoient ydoine ne suffisans pour Dieu servir, come il afferoit, le tour, les murs del nefe du moustier, et li couvertur des fenestres, des vairières del nefe et dou chancheal, des assintes, dou chelies et dou pavemant. Sur chou dirent et répondirent li di Jehan de Bryes, frère Jehan et Jehan Waleran que des défautes devant nommées, de tant et si avant que as dames, covens et prévost, pour cause de sa chapelle de Sampson, chaqun sa quotte et portion en appartenoit, il s'en raportèrent al ordonnanche et détermination dudit concil, priant et requérant à nos le doyen et confrères de sur chou avoir jugement et déclaration selon les coustumes et anchiens usages tenus en icheli concil de si longtemps quil n'est mémoir du contraire; et que leurs biens fussent désareteis et mis à délivre, promettans d'ichelles défautes réparer duement si avant que à eux en appartenoit seloncq nos usages et déclarations. Auquel jour devant nomeit, en plain concil, à heur accoustumée, pour à ung chacun donner droit et raison y avimes fait entrer les manbours, les paroichiens et tos les habitans d'ichelle ville et paroche de Sainct-Germain, et si que plènement nos fut certifiet et donneit à conoître par messir

[1]) *Vestit*, dérivé du latin *investitus*, signifie *curé*.

Michel, vestit de Lierпu et deserviteur d'ichelle paroche de Sainct-Germain, tant pour yeust de plaindre et remostrer icchelles défautes que pour opposer et alléguier al encontre de che que le dy Jehan de Bryes, frère Jehan et Jehan Waleran, au nom que dit est, requérant et demandant qui porroit ne venret, comparuret et ne salignet en manière nulle. Et nos le doyen et confrères dudit concil, pour icheli jour d'autre besoigne asseis occupeis, rasseymes et prolongames icchelle déclaration jusques au concil ensuivant, qui fut le jour Sainct-Franchois en l'an deseur di. Auquel jour nos le doyen et confrères susdis ale raisonable request des dis Jehan de Bryes, frère Jehan et Jehan Waleran, enclineis come cheux qui prometoient, en nom que dit est, d'ichelle eglice duement réparer si avant que as dames, covens et prévost pour cause de sa chapelle en appartenoit, et pour à un chascun donner droit et raison, avons dit et recordeit, disons et recordons par plaine science, record et déclaration selon les coustumes et anchiens usages tenus et useis par nos et nos devantrains doyens et confrères dudit concil, de si longtemps qu'il n'est mémoir du contraire, que mesdames les abbesses, covens de Salzinnes et d'Argenton,et le devant prévost, à cause de sa chapelle de Sampson, come colateurs et vrai patrons d'icchelle église de Sainct-Germain, pour cause de leurs dymes qu'ils ont en la paroche et au teroy, sont tenuz et redevables, toute fois que nécessité le requiert, de livrer, réparer et d'entretenir à la ditte église de Sainct-Germain les aournemens[1] ydiones et souffisans pour Dieu servir, le tour, le belfroipt, fons et comble jusqu'à neufs pieds desseur le nefe du moustier, et non plus avant. Et tout le enchiste cappe et couverture montant deseur les dis neufs pieds del nefe dou moustier en amont, duevent faire et entretenir les parochiens et habitans dicchelle ville et paroche de Sainct-Germain pour cause de leur cloche qui y pent, le corde de

[1]) *Aournements,* ornements.

leur cloche, le moitié des scaillés eschelles pour monter, quand mestier est. Doivent encor ichelles dames et couvens et prévost le nefe du moustier, le couverture des vairières del nefe et dou chanchial, toute fois que mestier est. Les achintes que elles soient reparées et entretenues as frais, coustes et dépens des parochiens et habitans d'ichelle ville et paroche de Sainct-Germain; le cheleit, le pavement quils soient repareit, entretenu as frais, cousts et dépens de chials que le temps passeit l'ont répareit et entretenu, et que mostrer et faire apparoir on le pora suffisamment seloncq droit. Auquel record et déclaration déclarée et prononchée à Meffe, en plain concile, messire de Wynees, doyen, Evrare Debreich de Hanreche, Wati Hulsta de Leuze, Ernould de Waseige, Gille de Noville, Jehan Lefebvre de Wareis-la-Chachie, Jehan de Stradial de Tillier, tous prestres ou cureis au concil, en nom de tos nos confrères, et à leur requeste, en signe témoignage de vérité et en confirmation des choses susdittes avons à ches présentes déclarations appendus nos propres sealz; qui furent faites et données l'an xiiii[c] chinquante trois, le jour Sainct-Franchois, qui fut dou mois d'octobre le quatrième jour.

Et pour chou que nos frère Pierre, abbeit desusdit, avons trouveit les dessus dittes lettres saines et entiers, sans quelque vice ou suspicion, ale request de chialz az quels il en pouvet appartenir, en avons fait che présent transcript ou *vidimus* contennant de mot à mot le tenure des dittes lettres originales ou princhipales, auquel nos avons appendu nostre seal en certification de vérité soubs l'an de grace mille quatre cens chinquante chinq, le vingt-deuxième jour du mois de marche.

Cartulaire de l'abbaye de Salzinnes, fol. 238.

Origine de la Chartreuse de Scheut, sous Anderlecht.

La relation suivante, qui nons fait connaître avec les détails les plus circonstanciés l'origine de la chartreuse située autrefois à Scheutveld, sous Anderlecht, est due à la plume d'Adrien Dullaert, secrétaire de la ville de Bruxelles au quinzième siècle. Dans son *Histoire de la ville de Bruxelles* (II, p. 25) M. Alph. Wauters assure que Dullaert prit une part très-active à l'établissement de la chartreuse de Scheut.

Le manuscrit, d'après lequel nous publions ce document important, provient de l'ancien couvent de Rouge-Cloître, à Auderghem. Il fut acheté par la ville de Bruxelles à la vente de la riche collection de livres et manuscrits de tout genre, délaissée par le vicomte de Jonghe. Il fait en ce moment partie des archives de la ville, et porte le titre : *Origo sive exordium monasterii Nostrae Dominae de Gratia, ordinis Carthusiensium, juxta Bruxellam, in Schute.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, amen. Cum, lege imperiali attestante, hominum memoria labilis sit, et ipsam propterea expediat scriptura juvari et aeternari, et maxime de rebus magnis, novis et mirabilibus atque longo tempore aut perpetuo verosimiliter duraturis, ut facta antiquorum a posteris valeant commendari, et successoribus occasionem dare opera virtutum antiquorum magnificandi et insequendi, idcirco, ad Dei beataeque Mariae Virginis gloriam et honorem, ac novae domus Carthusiensium Nostrae Dominae de Gratia extra muros Bruxellenses, in Brabantia, exaltatione, ego Adrianus Dullaert, in utroque jure licentiatus, licet insufficiens, et tamquam egregii oppidi secre-

tarius indignus, sub dominio ecclesiae sancti Bavonis in Weerde[1] anno xiiii^{c} xi^{o}, xv^{a} martii natus, et sub dominio ecclesiae sancti Petri Gandensis in fonte baptismali ecclesiae Thamisiensis altero die renatus, ac labore Studii Facultatis Artium Parisiis quatuor annis, et Studii Lovaniensis in utroque jure sequentibus decem annis, ac deinde practicae tam juris quam secretariae Bruxellensis xxv annis inhaerens, laboribus fatigatus, originem ejusdem novae plantationis praedictae domus, ac prospera, quae Dei instinctu, et adversa, quae, malignante Dei et hominum inimico, circa erectionem et constitutionem dictae domus acciderunt, saltem illa, de quibus pro majori parte ego idem Adrianus de vera scientia, et alia quaedam, de quibus ex relatione fide dignorum loqui scio, absque tamen alicujus falsitatis vel mendacii intentione aut veritatis mihi notae suppressione aut dissimulatione, plano stylo et, quanto brevius potero, ponere et scribere cogitavi, Deo mihi in hoc propitiante, cujus auxilium invoco, et sine cujus subsidio nihil valide incipi potest, meditari ac finiri.

Imprimis igitur fuit, et verum est, quod in quodam loco, nuncupato *Ten Schuete,* extra muros Bruxellenses, et infra libertatem ejusdem oppidi, in parochia sancti Petri Anderlectensis sito, extitit quaedam amoena, viridis et parva planities, figurae triangularis, contigua viae ibidem publicae, in qua nihil seminari consuevit aut plantari, ex eo, quod ad illam planitiem conveniebant termini seu limites diversarum haereditatum circumjacentium, tribus piis locis spectantium, ut puta ecclesiae seu fabricae sancti Petri Anderlectensis, pauperibus hospitalis sancti Johannis Bruxellensis, et hospitali

[1]) Gautier de Coudenberch, son épouse Mathilde et son fils Gilles vendirent en 1240, à l'abbaye de Saint-Bavon, le grand et le petit Weert, entourés à cette époque par l'Escaut et la Dorme. Weert était une dépendance de la paroisse de Tamise, sous le diocèse de Tournai. Le nouveau lit de l'Escaut sépara plus tard de Tamise le hameau de Weert. Weert obtint alors une chapelle qui continua à ressortir à la paroisse de Tamise jusqu'au concordat de 1801.

pauperum virorum sancti Christophori, infra Bruxellam. Et apparuit locus iste in conspectu populi iter agentis tam ex situ quam ex aëre adeo amoenus, quod homines pedestres Bruxellam applicantes et labore itineris fatigati plerumque ad eamdem planitiem requiem quaerere cousueverunt.

Item, sancto Spiritu divinitus ordinante, venit in cor cujusdam Petri de Asscha, agricolae et ovium pastoris, aetatis lx annorum, in vicinio dicti locis commorantis, viri justi, timorati et simplicis, quod in illo loco planitiei pro derelicto habito, et tamquam limitario a nemine possesso, et quasi ad usum transeuntium occupato, arborem quercus plantavit, ut sub frondibus illius viatores refrigerium a calore solis, et lassati ac itinere fatigati requiem invenirent. Quo sic facto, certisque annis jam effluxis, desiderans ex divina, ut praesumitur, inspiratione ac illustrati sui cordis devotione iste Petrus, quod iidem transeuntes et requiem ibi sumentes corda sua, fusis orationibus, ad beatam Virginem converterent Mariam, ac debitum ei exhiberent obsequium et honorem, empta pro tribus denariis argenteis per eumdem Petrum, prout idem Petrus mihi personaliter retulit, una simplici imagine beatae Mariae de ligno sculpta, atque in quadam capsa humili posita, affixit eamdem dictus Petrus suae arbori quercus virescenti et crescenti supradictae. In cujus quidem arboris trunco, ramis jam abscissis, eadem imago adhuc hodie stat et requiescit. Quam idem Petrus ardenti corde cotidie orans et adorans ter in die, videlicet mane, meridie et vespere, ex mera et sincera sua devotione personaliter visitavit, prout ex personali relatione ejusdem Petri, saepius a me interrogati, accepi et intellexi, attestatione viciniae approbante, sic quod, omnibus praescriptis et quibusdam subscriptis devote perpensis, videbitur posse inferri ejusmodi erectionem ex cooperatione sanctissimae Trinitatis exordium sumpsisse.

Item hoc peracto, et postquam corda transeuntium viatorum

ac ibidem requiescentium devotionem ad eamdem imaginem beatae Mariae Virginis quanto diutius tanto intensius sumere coeperant, accidit ipso die Pentecostes, anno Domini m iiii^{c} l^{o}, qui fuit annus jubilaeus, annus gratiae et reconciliationis peccatorum, ex certis signis ibidem visis, de quadam cereorum circa eamdem arborem subterranea mirabili inventione, ac certe mirabilis tamquam coelestis claritatis circa illum locum ejusdem festivitatis nocturna visione, quod populus Bruxellensis haec percipiens, adeo Spiritus sancti numine, ut opinor, in devotionem subito tractus, in tantum igne devotionis incendebatur, quod eodem die Pentecostes ex Bruxella magna multitudo hominum utriusque sexus eamdem imaginem beatae Mariae Virginis cum ingenti devotione visitavit. Et, ut communis vulgi opinio tunc tenebat, fuit multitudo beatam Virginem in dicto loco illa prima die visitantium adeo copiosa, ut numerum decem millium personarum longe excessit.

Item, post haec et hujusmodi mirabili ac tamquam inspirata et devota tantae multitudinis hominum dictam imaginem accedentium visitatione seu concurrentia praedicta die Pentecostes, ut praemittitur, peracta, et tribus proximis diebus festivis sequentibus continuata, deducta est hujusmodi nova visitantium frequentatio ad notitiam non solum majoris partis populi patriae Brabantiae, verum etiam ad notitiam populi aliarum provinciarum et patriarum vicinarum, sic quod multi utriusque sexus et status homines de diversis partibus suas ad dictam imaginem venerunt peregrinationes, qui de suis infirmitatibus et doloribus ac mundanis periculis et adversitatibus post Divini Nominis invocationem et beatae Mariae Virginis deprecationem in dicto loco dixerunt se remedia et consolationes invenisse.

Item, cum multitudo languentium praedictum locum continuo visitaret ac remedia inveniret, suasque oblationes gratuitas tam cereorum quam pecuniarum, jocalium et animalium ibidem offerre coepisset, et parvula domuncula pro custodia

imaginis, ac receptione et custodia earumdem oblationum ibidem constituta esset, hujusmodi re per dominum Johannem de Edingen, dominum de Kestergat[1], ammannum Bruxellensem tunc scutiferum, postmodum vero militem, illustrissimi principis domini Philippi, Burgundiae ac Brabantiae ducis, atque comitis Flandriae, Hollandiae, etc., tunc regnantis, consiliarium Brabantiae ordinarium, ad notitiam consulatus Bruxellensis deducta, convenerunt iidem ammannus et senatus, et unanimiter ordinaverunt, jure communi ecclesiastico concordante, quod ex parte ducis et oppidi deputarentur duo viri laici boni testimonii, providi et idonei, qui sciant, velint et valeant locum ipsum et bona seu apportus utiliter regere et custodire, ac eadem ad constructionem capellae erigendae fideliter dispensare; et quod de eisdem oblationibus sic gratuite apportandis, de consilio eorumdem ammanique, ex parte domini ducis et oppidi disponeretur de eisdem ad Dei et beatae Mariae Virginis honorem, prout ipsis melius et salubrius videretur expedire, donec et quousque de consensu antistitis aliter desuper esset ordinatum, cum ad ejusdem Virginis honorem per christifideles eaedem oblationes gratuitae ad eumdem locum extiterant ordinatae et distinctae. Quod et ita factum est et executioni mandatum. Duo autem viri, qui onus hoc assumpserunt, fuerunt Johannes Cambier et Aegidius de Dielbeke, cives et incolae Bruxellenses, de officio fabrilis artis et de natione sancti Johannis.

Successu temporis recepta jam peregrinantium oblatione copiosa, coepit paulo post oriri dissensio inter magistrum Martinum Steenberg, secretarium praedicti domini Philippi ducis, tamquam curatum ecclesiae parochialis sancti Johannis in Molenbeca, extra Bruxellam, ex una, et curatum atque capitulum sancti Petri Anderlectensis ex alia parte, super quaestione ista, videlicet sub cujus parochia praedictus locus de Schuete esset situatus. Quod si contigit, ut Jesum ibidem

[1]) Jean d'Enghien.

quaererent, an ut Lazarum viderent, non discepto. Tandem tamen, tam per praedictorum Anderlectensium potiorum fundamentorum et virium ostentationem, quam per praedicti magistri Martini voluntariam litis desistentiam satis compertum exstitit eumdem locum infra metas parochiae Anderlectensis fuisse ac esse situatum.

Item, praescripta lite, ut praemittitur, sedata et sopita, coepit secundo oriri nova dissensio super recollectione, custodia et disceptione apportus inter praedictum capitulum de una parte, et magistros fabricae ejusdem ecclesiae de altera. Quae quidem partes adeo se invicem per concursum impedierunt, quod totius apportus ordinatio, receptio et dispositio in potestate dominorum ammanni et senatus oppidi Bruxellensis, ut infra dicetur, tamquam in sequestro permanserunt, praedictis capitulo et fabrica Anderlectensi haec scientibus, et tolerantibus, et patientibus, nec contradicentibus, donec cum auctoritate domini diocesani Cameracensis episcopi, de quo infra scribitur, aliter dispositum esset.

Item tertio, cum apud dominum Johannem de Burgundia, episcopum Cameracensem, in Bruxella residentem, et alios homines, tam spirituales quam seculares, nescio tamen quo spiritu instigante, murmur invalesceret propter hujusmodi populi frequentantis multitudinem et oblationum copiosam receptionem, diversorum miraculorum, aut saltem signorum et prodigiorum exaltationem seu divulgationem, et potissime propter apparentem et praesumptam in hujusmodi loco nondum consecrato idololatriam, quam bonus pastor ante faciem in publico loco et profano sibi tam proximo verosimiliter pati non potuisset, prout nec de jure pati debuisset, fundatus ex textu decreti dicentis sic ad litteram : „ Scriptum est : Cave „ ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed „ in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, hoc est in „ locis Domino Deo consecratis, seu tabernaculis divinis pre- „ cibus et pontificibus delibatis; „ accidit interea, quod idem

dominus episcopus intendens providere praescriptis diffamationi et susurrationi populi, deliberavit ac in animo suo conclusit, quod ipse cum multitudine ac potentia equestrium praedictum locum personaliter accederet, atque praedictam domunculam igne concremaret, et accessum populi, adorationes et oblationes, ac miraculorum vulgi denunciationes sub poenis ac censuris ecclesiasticis penitus inhiberet et interdiceret, eamdem populi frequentationem funditus extirpando; ac tandem cum idem dominus episcopus adeo ferventer ejusdem loci destructionem ac enervationem in mente conceperat, sic quod omnes equi sui ecce jam parati et sellati extiterant animo et intentione equitandi ibidem in propria persona et praedictam suam voluntatem exequendi, ac imaginem beatae Marie adhuc in eadem arbore stantem cum processione ad matricem ecclesiam Anderlectensem referendi, accessit subito eumdem dominum episcopum, Spiritu sancto, ut praesumi potest, inspirante, venerabilis dominus et magister Johannes Rudolphi, alias Flamingi, utriusque juris doctor[1], pro tunc ejusdem domini episcopi officialis in Bruxella, canonicus Cameracensis, vir bonus et justus; et illius suasus consilio, ne forte tumultus fieret in populo, mansit idem dominus episcopus domi et praedictam domunculam cum imagine arbore inclusam dimisit incombustam et immotam.

Item, paulo post praescripta celebratae sunt in refectorio Carmelitarum Bruxellensium super inquisitione miraculorum tres solemnes congregationes deputatorum ex parte domini episcopi et domini ducis et oppidi Bruxellensis ordinatorum.

[1]) Jean *Rodolphi,* appelé aussi *Flamingi,* né à Audenarde, devint professeur à la Faculté des Arts lors de la création de l'Université de Louvain, et assista, en cette qualité, à l'élection du premier Recteur (voyez MOLANUS, *Hist. Lov.,* I, p. 469). Il fut le premier bachelier-ès droits de l'Université. Promu au doctorat dans l'un et l'autre droit, le 6 mai 1442, il devint professeur à la Faculté de droit. Il fut deux fois doyen de la Faculté des Arts, deux fois recteur de l'Université, et envoyé comme délégué de l'Alma Mater au concile de Bâle.

Ex parte autem domini episcopi interfuerunt praedictus dominus officialis, magister Cornelius Properus[1], praepositus ecclesiae Cameracensis, magister Paulus de Rota, in utroque jure licentiatus[2], ejusdem domini Cameracensis episcopi vicarius, ac etiam alii duo venerabiles egregii ac litterati viri, magistri Johannes de Platea, alias de Lyra, canonicus Anderlectensis, et Alexander de Beringen, plebanus ecclesiae sanctae Gudulae Bruxellensis, in jure canonico licentiatus, ac etiam prior et lector praedicti conventus Carmelitarum. Ex parte autem domini ducis interfuerunt dominus Arnoldus de Pre et Simon de Herbeys, consiliarii Brabantiae ordinarii. Ex parte autem oppidi Bruxellensis interfuerunt unus ex scabinis, de cujus nomine non recordor, et ego Adrianus Dullaert praedictus, tamquam ejusdem oppidi secretarius. Praedictis autem deputatis sic simul congregatis, convocati diligenter examinati fuerunt diversarum conditionum homines ex Bruxella, qui se dixerunt per vota peregrinationis in praedicto loco de suis infirmitatibus et languoribus remedia et consolationes recepisse ac invenisse.

Item, licet in veritate a nemine saltem sufficienter in eadem inquisitione inventum extiterit aliquod tale remedium, quod secundum rectam discretionem vocabuli proprie miraculum dici potuisset, aut pro miraculo publicari, cum illae quatuor conditiones ad verum miraculum de jure canonico requisitae nusquam in aliquo inventae fuerint, saltem sufficienter, attamen remedia quaedam exuberantia, nec non signa quaedam et prodigia ibidem in inquisitione illa audita et percepta fuerunt, quae tam ex fide credentis ac devotione cordis per gratiam ac beatae Virginis intercessionem quam per naturam dici poterant processisse. Cum tamen, una cum praedictis dominis,

[1]) Corneille Proper, nommé prévôt de la cathédrale de Cambrai le 14 août 1421, et installé le 3 octobre suivant, mourut le 23 novembre 1455.

[2]) Paul de Rota (*Van de Wiele?*) obtint la première place à la promotion de la Faculté des Arts en 1437. Voyez *Analectes,* II, p 416.

signanter propriis auribus audivi et intellexi, in dicto loco a quadam muliercula jurata et diligenter examinata, quae, medio suo juramento, dixit et asseruit in dicta nocte Pentecostes circa auroram, in quadam sua visione ante lectum suum sibi semidormienti apparuisse, ac se in spiritu vidisse quamdam pulchram dominam velut reginam in camera sua deambulantem, et eam alloquentem, et dicentem : „ Tu mulier dic po-„ pulo, quod in Schuete volo honorari ac adorari, ac domina „ gratiae appellari. „ Quo audito, et praedicta muliere perterrita et stupefacta expergiscente, evacuit regina. Et habuit hujuscemodi similem visionem praedicta mulier semidormiens, ut per idem juramentum constanter asseruit, tribus noctibus sequentibus continuis. Sic quod ex hoc de post semper ab illa hora, et deinceps usque in hodiernum diem, praedicta imago beatae Virginis dictae arbori inclusa, Domina nostra de Gratia apud omnes nuncupata, et in omnibus litteris fundationis ac aliis extitit nominata, et sub illa appellatione recepta et invocata.

Item praedicta domina inspirationi sive coelesti visioni non obstitit, quod quidem invidi et canini, ut res ista ad honorem Dei et beatae Virginis inchoata careret effectu, intra se dixerunt, et ore promulgaverunt, videlicet quod dicta muliercula, quae juramento asseruit se dictam visionem habuisse, fuit mulier peccatrix in concubinali fornicatione vivens, cui tamquam peccatrici in tali causa credi non deberet; quia ad hoc respondens dico, quod etiam etsi muliercula illa talis fuisset, quod penitus ignoro, attamen, cum haec causa proprie articulum fidei non concernat, sed potius pie credentes ad devotionem incitet et confortet, non detrahetur. Caiphae enim sacra Scriptura credidit dicenti et mortem Christi prophetanti, quod expediat, quod unus moreretur pro populo; atqui clarum est, quod Caiphas peccator et unus de reprobis extitit. Item Matthaeus publicanus, Maria Magdalena peccatrix, latro pendens in dextro latere crucis, et

plures alii publici peccatores fuerunt; et leprosi, quibus Jesus Christus, Deus et homo, ambulans super terram, se personaliter et corporaliter praesentavit, et de sua gratia plurima futura et arcana revelavit. Forte enim ita Deo et beatae Virgini placuit hanc ejusmodi visionis praesentationem fecisse peccatrici, ut per hoc ostenderet liberum peccantium per ipsius invocationem in loco illo patere accessum, et quod ibidem iidem peccatores se ad poenitentiam convertentes et ipsam invocantes, gratiam et consolationem impetrarent, et ad viam salutis se convertere possent. Nullus enim scit, si amore vel odio dignus sit.

Item post praetactas deputatorum congregationes continuantibus magis et magis populi diversarum patriarum peregrinantis devotione et frequentatione, perceptum est, prout hodiernis temporibus adhuc percipitur, multos diversis partibus peregrinantes, et vota sua ad hunc locum voventes, remedia, sanitatem et consolationes sensisse et acceptasse, ac a suis doloribus et infirmitatibus liberatos fuisse, utpote caecos, claudos, surdos, podagricos, lunaticos, obsessos ac phreneticos, epaticos, longa infirmitate detentos, lepra contaminatos, pleureticos, lientericos, febricitantes, caput ac renes dolentes, squinanticos, pestilenticos, guerra, incendio, naufragio, submersione, partus et anhelitus difficultate, furto, rapina et undarum tempestate, sterilitate, spinteris inglutinatione, et animo propter adversas fortunas prostratos, aliisque diversis tam capitis et pectoris quam aliorum membrorum infirmitatibus et hujusmodi currentis mundi periculis oppressos, prout quisque indigentium postulavit. Quae omnia oeconomis et custodibus praedictae imaginis per eosdem peregrinantes de diversis mundi partibus ad dictum locum applicantes, fide media, loco juramenti a peregrinis fuerunt intimata, revelata et asserta, ac in diversis temporibus declarata, ac undique per terras provinciasque dispersa et divulgata, sic et taliter quod, his ad notitiam vulgi deductis,

multa dona et oblationes auri, argenti, cereorum, animalium, jocalium ac aliarum rerum praedictae imagini in praescripto loco dietim per utriusque sexus homines pie ac gratuite oblata et apportata fuerunt ad ejusdem beatae Virginis gloriam et honorem. Quod autem in nomine ac virtute Dei haec fieri possint, patet ex textu Matthaei, II, ubi dicitur : Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt et mortui resurgunt. Et alibi dicit evangelista Marcus : In nomine meo daemonia ejicient, serpentes tollent, et, si quid mortiferum biberint, non eis nocebit. Quin imo et ego, qui haec scribo, scio et attestor, quod, post certa vota a me emissa, remedia certarum infirmitatum corporalium Dei Genitricis intercessione saepe persensi, non solum unum remedium, verum etiam et diversarum tentationum, adversitatum, mentisque dolorum consolationem, et specialiter in duobus sequentibus : una vice a proxima puteoli dicti loci submersionis periclitatione tamquam a beata Virgine retractus et retroactus persensi liberationem ; cujus quidem similis periculi liberatio ejusdem beatae Virginis subventione quadam alia vice accidit Catharinae, meae conthorali. Et, ne quod verum est, obmittam tamquam ingratus, illud unum dico ego et loquor, ac fide media loco juramenti assero et attestor, quod numquam in hoc opere mihi operanti et laboranti adversa fortuna supervenit in corpore, bonis aut honore ; sed, quod relatione dignum est, assero, ut supra, quod non minime me umquam a principio, in medio, aut in fine, super recollectione hujus libri calamum protraxisse, quin semper mihi aut amicis aliquid delectabile, utile aut honestum supervenit. Quod licet mihi aut amicis meis ad utilitatem advenit, attamen hoc Deo et beatae Virgini ad gloriam, ad hujusmodi devoti laboris stipendium, tanquam a Deo et beata Virgine mihi divinitus collatum, referre est aestimatum, rememorans verbi Apostoli scribentis et dicentis, quod gratia Dei saltem in hoc in me vacua non fuit.

Item, consideratis praedictis, et praehabita super his deli-

beratione matura, visum est praedictis dominis ammanno et senatui Bruxellensi, quod honestum et rationi congruum esset, quod praedictae oblationes tunc jam datae et aliae in posterum apportandae ad Dei et Virginis gloriosae Mariae honorem et ad divini cultus augmentum in illo loco deberent expendi et converti; et quod ad illum finem terrae necessariae de eadem pecunia deberent comparari, et una pulchra et notabilis capella in dicto loco construi et aedificari. Quod maximis sumptibus et expensis, Deo auxiliante, factum est atque completum; cum hujusmodi capella de albis atque excisis lapidibus ibidem una cum spisso et rotundo muro longitudinis in sua rotunditate stadiorum de praedictis oblationibus sit constructa, habens tectum de petris coopertum ac pulchras, altas et latas fenestras vitreas artificiose cum imaginibus sanctorum et repraesentationibus ac armis donatorum depictas. Harum unam stantem retro altare beatae Virginis propriis expensis fieri fecit illustrissimus princeps ac dominus Carolus de Burgundia, comes Cadralesii et dominus de Bethunia, etc., filius unicus, herus et successor domini Philippi, ducis tunc regnantis. Secundam vero fenestram, proxime in latere partis meridionalis stantem, una cum tabula altaris vitrea seu vitrata, fieri fecit praedictus dominus Joannes de Adenghen, dominus de Kestergate, ammannus Bruxellensis, qui etiam postea quam plurima dona eidem loco sua diligentia tam a Ludovico, tunc Delphino, postmodum auxilio dicti Philippi ducis rege Franciae facto, quam ab eodem Philippo duce ac aliis utriusque sexus et status procuravit et impetravit. Tertiam vero fenestram illius lateris solvit dominus Joannes de Potires, dominus de Archi, miles et consiliarius et camerarius praedicti Philippi ducis. Quartam autem fenestram solvit et donavit quidam nobilis de Portugallia, de familia dominae Isabellae ducissae. Quintam autem fenestram ejusdem lateris meridionalis non minus artificiose et pulchre depictam, pro nunc choro fratrum inclusam, solvit et donavit quidam no-

bilis et gratiosus juvenis, moribus et statura formosus, Petrus de Villa, de territorio Pedismontium oriundus, filius Dominici.

Ab alia autem parte lateris occidentalis in choro Nostrae Dominae stant duae aliae fenestrae, earumdem longitudinis et latitudinis, quarum unam, videlicet proximiorem fenestrae dicti domini Caroli, solvit et donavit quidam civis Gandensis, nominatus magister Monfrandus Alaert, meus dilectus in Studio Parisiensi anno mccccxxiv in collegio *Ave Maria* scholasticus, sodalis et commensalis, ac, tempore donationis, praedicti domini Philippi ducis in suo comitatu Flandriae procurator generalis, qui etiam certa alia clenodia et praetiosa ornamenta altaris serica et purpurea eidem capellae donavit. Aliam autem et septimam fenestram solverunt et donaverunt Guilhelmus de Pape, nobilis, et Joannes Blankaert, mercator, cives et incolae Bruxellenses.

In choro autem fratrum, partim ex choro beatae Mariae sumpto, sunt factae in latere meridionali tres fenestrae vitreae, aequales forma, et longitudine, et latitudine cum repraesentationibus personarum donatricum. Quarum primam versus altare solvit domicella Maria de Vorda, relicta quondam Guilhelmi de Mazenzele, senioris apothecarii super Galo..., avia uxoris meae. Secundam autem fenestram, proxime stantem, fieri fecimus et solvimus Catharina Bogaerts, mea conthoralis, et ego. Tertiam autem fenestram fieri fecit et solvit domicella Margareta de Mazenseele, mater uxoris meae. A latere autem opposito a parte occidentali factae sunt etiam in eodem choro duae fenestrae vitreae, aequalis formae, donatae et solutae per Johannem de Lovanio et Johannem Mosselman, carnifices, et Judocum Simonis, clericum guldae.

Octavam quoque fenestram vitream et rotundam stantem super januam, qua ex navi ecclesiae chorum intratur fratrum, fieri fecit et solvit Johannes Cambier, de arte fabrili, civis et incola Bruxellensis, ac oeconomus dictae capellae, vir pru-

dens, litteratus et astrologus. Quae omnia suprascripta nominaliter ad memoriam revoco, ut Dei cultores dicti loci, praesentes et futuri, tanto ferventius pro animabus praenominatarum personarum ac benefactorum, tam vivorum quam defunctorum, sic Dominum Deum ac beatam Virginem, matrem suam gloriosam, dignentur et valeant exorare. Quae omnia hic memorata apud Deum in libro vitae invenientur inscripta.

Item unum, quod circa materialem aedificationem dictae capellae accidit, nolo in ejusmodi narratione omittere. Quod licet cum lamentatione et gemitu referendum sit, attamen cum, mysterialiter plura praesagiat, et ad devotionem pie credentes et incitet et inducat, ut inferius latius declarare intendo, est non sine causa ad ipsum singularis habendus respectus. Accidit, inquam, quod dum dicta capella beatae Virginis cum petris in tecto per totum cooperiri deberet, tres operarii tectores, videlicet pater, filius et nepos, de quorum propriis aut appellativis nominibus pro nunc non recordor, ob eorum, ut praesumi potest, negligentiam aut indiscretam custodiam, aut forte maligno spiritu cooperante, aura clara, quieta et serena existente, desuper et simul unico momento de eodem tecto ceciderunt in terram, die mercurii, in profesto ascensionis Domini. Quorum unus, utputa pater, in ipso casu in terra subito mortuus inventus fuit; alter autem, ut puta filius, quem propriis oculis vidi, cum septem viris in oppidum Bruxellense, in vico viae Lovaniensis, super unam longam mensam in domum suam deferri tamquam de proximo moriturum, tribus diebus supervivens subsequentibus, et poenitentiam agens, sacramentis matris Ecclesiae fulcitus, diem suum clausit extremum. Tertius vero, ut puta nepos, supervivens mansit, membris tamen mutilatis extitit. Ob quem lamentabilem casum vulgaris populus Bruxellensis intra se commotus dicere coepit, et forte non sine causa, cum dicta capella illo tempore adhuc Deo consecrata non fuit, prout fieri debuit

juxta canonicas institutiones : Ecce jam vindictam, quam Dominus divinitus mittit propter idololatriam, quam homines ibidem in loco profano et Deo nondum consecrato dietim per adorationes, missarum celebrationes et oblationum praesentationes committunt. Si voluntas Dei esset, quod in illo loco sibi et suae gloriosae Matri sacrificia et holocausta fierent, utique forte casus ille tam lamentabilis non accidisset. Cujus tamen vulgi opinioni, maxime circa fata, standum non est; judicia enim Dei abyssus multa.

Item praescripta capella, ut praescribitur, aedificata, cooperta et jam ad Dei ac beatae Virginis Mariae honorem consummata, atque hominum peregrinantium spatio jam fere quatuor annorum devotione continuata, et comparatis ex supercrescente apportu circumcirca certis terris, juxta eamdem capellam jacentibus, nec non uno hereditario censu sex florenorum renensium et duorum petrorum aureorum; et eleemosynarum seu apportus elargitione tam propter reliquias tunc instantis guerrae Flandrensis, tum etiam propter communem mortalitatem et bladorum caristiam jam duobus annis et plus decrescente et tepescente, juxta illud Matthaei : Cum supervenerit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Qui quidem defectus obvenire solent, testante imperatore Justiniano in quodam suo authentico, propter peccata hominum contra naturam peccantium et blasphemando Deum per caput et capillos Dei jurantium. Dicitur enim in textu illius authentici ad lectorem, quod propter haec et ejusmodi crimina, et fames, et terraemotus, et pestilentiae fiunt. Ad finem ergo, ut divina officia ibidem publice ac tute ad honorem Dei possent salubriter celebrari, instituerunt praefati magistri fabricae praedictae capellae, utpote Johannes Cambier et Egidius de Dielbeka, viri probi et honesti, apud praedictum dominum Johannem de Burgundia, episcopum Cameracensem, ut eamdem capellam vellet consecrare, aut quod per alterum suffraganeum episcopum eam faceret consecrari, offerentes pro juribus suffraganei

9.

consecrantis esculenta et poculenta, et alia sibi debita de jure, juxta laudabilem consuetudinem in talibus observari consuetam. Cui quidem supplicantium petitioni generosae noluit idem dominus episcopus pro illa vice consentire, sed eamdem consecrationem distulit, donec et quousque desuper maturius cum prudentibus deliberatum esset..

Item certis et paucis post effluxis diebus, coeperunt in vulgus aliqualiter jam in devotione tractum, mediantibus certis personis, dicere, et dominos de senatu Bruxellensi propulsare, quod locus dictae capellae esset valde idoneus pro uno novo monasterio Fratrum Minorum de Observantia, aut pro monasterio sancti Guilielmi, aut pro monasterio monialium sanctae Brigittae, sic quod quidam religiosus habens mantellum nigrum et crucem rubeam super pectus assutam, me praesente, senatum Bruxellensem accessit in propria persona, rogans instantius, ut idem senatus praedictam capellam cum suis pertinentiis sibi dare vel assignare vellet, ut, convocatis fratribus sui ordinis, Deo et beatae Virgini ibidem sub observantia suae religionis servire, ac monasterium sui ordinis erigere posset, dicens se desuper a Summo Pontifice per indulta apostolica fore provisum et munitum. Sed hujusmodi religiosus, denegata sua petitione, recessit, amplius non revertens.

Item praescripta omnia et singula in mente revolvens et considerans, ego Adrianus Dullaert praedictus, quod absque divino instinctu et sine magnarum et futurarum rerum mysterio praedicta prodigia et signa prosperitatis capellae usque ad illum statum in tam parvo temporis spatio deducta non fuerunt, et specialiter attendens ad verbum decreti, quo dicitur, quod devotus locus non debeat a mysteriorum gratia vacuus diu permanere, sed quod populorum frequentia, quae avide ac dietim contingebat ibidem, servatis regulis ecclesiasticis et canonibus, integrum habere deberet et competeret firmata religione conventum; attendens etiam, quod de acceptatione Fratrum Minorum de Observantia cum Fratribus Minoribus

de laxa vita infra oppidum Bruxellense commorantibus nova litigia ac cotidiana ac detestabilia scandala in populo et in republica Bruxellensi successu temporis facilius et verosimiliter possint oriri; quodque dictus locus de Schuete esset campestris, et satis longe ab oppido Bruxellensi distans, pro monasterio sanctimonialium inidoneus esset, nec proficuus aliis monasteriis mendicantium, qui in publicum incertum habent quaerere victum, cum, infrigidantibus caritate et eleemosyna, quae dietim mendicantibus infra Bruxellam commorantibus consueverunt elargiri et distribui, in quantum per plura monasteria divisio fieret, tanto pars cujuslibet singulorum distributa minor remaneret; ascenderunt in cor meum recommendatae vitae probitas, morum honestas, excellens scientia, et antiqua ac scholastica notitia Lovaniensis, venerabilis ac constantis ac probatae religionis viri magistri Henrici De Loen, in sacra theologia per rigorem examinis licentiati, pro tunc domus Carthusiensis Capellae de Herne extra Anghiam[1] professi et prioris[2], et potissime, quod illa Carthusia praecellens, quae multos viros excellentes, litteratos et beatos, ac Sanctae Sedis Apostolicae ministros et rectores enutrivit; et quod ordo ille in Ecclesia militante propter ipsius constantiam, et poenitentialis et regularis vitae contemplativae excellentiam specialiter extitit commendatus; considerans etiam, quod ipsi Carthusienses per mendicitatem populo Bruxellensi ex ordinis institutione non essent gravosi; et quod ordo ille Carthusiensis in vicinia aut territorio districtus Bruxellensis monasterium non haberet; et quod plura alia me potius ad hunc ordinem quam ad alium quemcumque compellerent, hic causa brevitatis praetermissa; detexi cito haec omnia primitus praescripto domino ammanno Bruxellensi, tanquam domino et patri in illo tempore mihi

[1]) La chartreuse d'Hérinnes, près d'Enghien, est ordinairement désignée sous le nom de *La Chapelle*.

[2]) Voyez la *Notice sur le vénérable Henri De Loen,* publiée par Mgr de Ram, dans l'*Annuaire de l'Université catholique,* 1865, p. 343.

praedilecto, quem scivi et cognovi tunc sincera mente dictum ordinem, et prospera dicti loci de Schuete cordialiter dilexisse, petens et requirens ab eodem consilium et opinionem ejusdem, quid sibi de ejusmodi re consultius videretur agendum vel demittendum.

Item hoc per ammannum, tunc temporis dominum et amicum meum fidelissimum, a me benigne audito, idem ammannus, qui semper ad constructionem et exaltationem dictae capellae, ac apportus ibidem venientis custodiam, diligentem operam dedit, absque aliqua deliberatione mihi substantialiter respondit in haec verba : Laudetur Deus omnipotens; nunc optimum habetis propositum; nosco et scio ordinem Carthusiensem esse valde honestum et proficuum dicto loco; nec est ordo, quem praescriptum locum praeelegerim occupare praeter illum. Sicque idem ammannus huic meo proposito acquievit et se conformavit, consulens, ut hujusmodi concepta praescripto magistro Henrico De Loen, priori Capellae in generali sermone scriberem, et eumdem, ut Bruxellam personaliter veniret, rogarem, ac etiam ut haec omnia tribus aliis venerabilibus viris secrete patefacerem, videlicet magistro Petro de Tymo[1], in jure canonico licentiato et in jure civili baccalaureo, dicti oppidi Bruxellensis advocato bene digno, postea per electionem ecclesiae sanctae Gudulae et capituli ejusdem canonico, Joanni de Mol, filio Joannis, et Amelrico Cas, filio quondam Petri, viris justis, politicis, potentibus et prudentibus, amicis et specialibus hujus rei promotoribus, prout haec omnia juste obediens eisdem personis communiter et sigillatim, singulis patefeci. Qui etiam gaudentes et Deum collaudantes, constanter et perseveranter in hujusmodi divina proposita per eos a me audita et intellecta consenserunt, et desuper consilium et auxilium ore et opere, totisque viribus cum bonis et amicis

[1]) Pierre à Thymo, ou Pierre Van der Heyden, pensionnaire de la ville de Bruxelles, était né à Gierle, en Campine.

praestantes, etiam usque ad totius concepti negotii consummationem.

Item, praedicto domino priori de Capella litteris meis, ut Bruxellam veniret, convocato et personaliter comparente, ac praehabitis secum repettiis vicibus super hujusmodi concepto negotio per praescriptos dominum ammannum, magistrum Petrum, Johannem et Amelricum, ac me Adrianum consilio et deliberatione maturis, tandem convenerunt ipsi in consensionem talem, videlicet quod ipse adveniret cum Jacobo Ruls, priore domus Carthusiensis extra Gandavum, et quod si ipsi eumdem locum aptum et monasterio ordinis congruum invenirent, ipsi haec omnia concepta in proximo capitulo in Carthusia celebrando eorum reverendo patri ac aliis diffinitoribus capituli patefacerent; sine quorum scientia, auctoritate et consensu in hujusmodi materia loqui vel aliquid concludere seu diffinire non auderent; et, pendente hoc tempore, avizarent secrete praedicti amici de modo, de forma et ordinatione fundationis dicti monasterii, et de annuis reditibus, quibus septem religiosi sacerdotes fratres, unus conversus, et duo aut tres donati, ibidem rationabiliter sub observantia regulae vivere ac Deo et beatae Virgini servire possent, antequam rem istam clare aut publice coram senatu aut consilio oppidi detegerent aut proponerent; ne res divinitus inspirata per ipsius publicitatem studio zizaniae aemulorum suo contingeret fine frustrari. Qui quidem numerus fratrum septenarius fuit assumptus non solum ad commensurationem bonorum, verum et adinstar primaevae institutionis dicti ordinis. Qui etiam ex divino praesagio et significatione, ac nocturnali visione septem stellarum tamquam ad pedes ducis Sabaudiae cadentium, a septem magistris Parisiensibus in eremo Carthusiae legitur fuisse divinitus institutum et sumpsisse exordium.

Item, postquam duo priores praedicti praescriptam capellam ac loci circumvicini situationem, me praesente pariter, et corporaliter visitassent, ac in omnibus suis requisitis eumdem

locum ultra modum aptum, opportunum et sanum, atque deinceps idoneum suo ordini, et futuro monasterio congruum, et quasi a Deo divinitus ad hoc praeordinatum invenissent, et paulo post capitulum proximum apud Carthusiam visitassent, et haec omnia ad notitiam reverendi patris et capituli dicti ordinis produxissent, impetrarunt iidem priores ab eisdem, eorum reverendo patre et priore Carthusiae, ac generali capitulo ibidem pro tunc celebrato, consensum et auctoritatem, adjuncto eis priore Antwerpiae, in praescripta materia ex parte ordinis rite et debite procedendi, atque omnia et singula faciendi, quae ex parte ejusdem ordinis necessaria essent, congrua vel opportuna juxta tenorem commissionis desuper datae ac sigillatae et suo loco registratae.

Item, quamvis per praescriptum ammannum et praenominatos tres amicos mihi Adriano, tamquam secretario oppidi, injunctum extitit, ut de avizatis per eosdem super materia totius fundationis futuri monasterii, super modis et conventionibus ejusdem ordinationem facerem, et in scriptis redigerem, ut eadem per ipsos visitata et correcta ad notitiam totius senatus Bruxellensis, ac deinde ad magnum consilium totius oppidi ejusdem deduceretur, attamen, spatio quasi decem mensium decurrente, multitudine causarum, partium lucrativarum, utiliter oneratus et praepeditus, Deum ac hujusmodi sanctum et laudabile propositum penitus negligens et derelinquens, aut saltem non curans, et adveniente tempore quadragesimali in dominica *Reminiscere*[1], anno videlicet xiiii^{c} liiii, haec omnia in animo suspirans revolverem, recogitans me graviter per hujusmodi negligentiam Deum offendisse, ac per diabolicam astutiam cum lucri temporalis dulcedine a sancti et divini propositi ordinatione fuisse impeditum, aversum et deceptum, et ab omnibus bonis operibus quasi excaecatum, ad cor rediens et omnia in mente revolvens, vovi Deo et beatae Virgini

[1]) *Reminiscere,* deuxième dimanche de carême. C'était le 2 mars 1455 (nouveau style).

confitens et poenitens, ac Dei et beatae Virginis auxilium invocans, et celeriter ad totius mei propositi et concepti negotii ordinationem in solitudinem rediens et rememorans, quod nullam aliam causam quantumcumque lucrativam acceptarem aut expedirem, nisi eadem ordinatione, quantum in me esset, prius conscripta et perfecta. Quod, Deo auxiliante, ipse primo et unico die feci et perfeci, sic quod mihi omnia, prius per praescriptos dominos meos multis vicibus et longis ante retroactis temporibus àvizata et secrete concepta, in scriptis redegi, ac si hesterna die omnia mihi recenter repetita fuissent. De qua quidem inspiratione ac memoriali recollectione non sufficio Deo omnipotenti reddere debitas gratiarum actiones, nec mihi ipsi haec asscribo, sed soli Deo et beatae Virgini, quorum causa, non mea, agitabatur in hac parte.

Item, visitata et per eosdem ammannum et amicos correcta praedicta ordinatione, quae de verbo ad verbum in theutonico est registrata, et illius ejusdem diei nocte in mundo redacta, cum multis tamen et diversis periculis, et hujus currentis mundi instabilis, sub coeli mobilis impressionibus gubernati, adversitatibus, quae mihi, et clerico graffianti eadem nocte multifarie quasi diabolica suggestione, ne res concepta procederet, supervenerunt; facta est altera die in hora congregationis senatus per me Adrianum in eodem senatu humilis petitio, ut ipsi domini de lege praedictam ordinationem ad Dei et beatae Virginis honorem, per dominos deputatos avisatam et per me conscriptam, benigne audire, et desuper deliberare, et concludere vellent; et eamdem cum aliis punctis ad magnum oppidi consilium tunc congregandum deferre et concludere. Cui petitioni meae omnes de lege consenserunt, salvo, quod unus eorum, cujus nomen hic subticeo, noluit in hoc consentire, nisi prius causa sua propria, quae diu coram lege ante pependit indecisa, deputaretur, et in casu discordiae cum aliis punctis ad consilium deferretur. Quod per legem annuitum fuit; sic quod illius causa in lege prius proposita extitit ac disputata.

Item, hoc sic facto, et consequenter praelecta coram senatu oppidi praedicta ordinatione ad longum, ac habita desuper deliberatione legislatorum valde matura, et inter cetera ab aliquibus de lege, licet numero paucis, dubitatum, et, ut res concepta impediretur, in dubium deducta fuit : An videlicet justum et honestum foret, ac rationi congruum, bona septem fratrum Saccorum ad usum fundationis novae plantationis monasterii Carthusiensis in praedicto loco applicari, et illa septem fratribus Carthusiensibus tradere. Cui quidem dubitationi fuit incontinenti per os praetacti magistri Petri de Tymo advocati responsum, et dictum, quod, cum bona fratrum Saccorum antiquitus et originaliter, ac primo pro distributione eleemosynarum pauperum peregrinorum transeuntium fuerint instituta, et per quosdam fratres sancti Nicolai in Bruxella eisdem peregrinantibus elargita, et illa postmodum temporis in successu per fratres Saccorum ad suos proprios usus usurpata, et per episcopum Cameracensem, praesidentem tunc temporis, ordinationi oppidi sub conditione et spe reformationis fratrum Saccorum pie commissa, et quousque de illis bonis ad meliorem et sanctiorem utilitatem dispositum esset ; at iidem fratres Saccorum, in locum fratrum sancti Nicolai subrogati, regulam eis statutam minime observarunt, sed bona pauperum inutiliter et absque Dei servitio, vel praeordinata eleemosynarum elargitione, jam multis retro annis dissiparunt, et notorie expenderunt, in maximum legislatorum et mamburnorum seu provisorum oppidi, quibus cura et regimen eorumdem bonorum commissa fuerunt, periculum animarum.

Idcirco non solum licuit, imo ex Dei justitia debuerunt, prout et ex promissione speciali et antiqua ordinatione potuerunt legislatores de dictis bonis in hujusmodi religiosorum Carthusiensium usum disponere, prout et ipsi disposuerunt, maxime Summi Pontificis et antistitis Cameracensis consensu et auctoritate accedentibus ; cum de eisdem non solum septem fratres religiosi presbyteri, conversi et donati, die

noctuque Deo et beatae Virgini Mariae servientes, ac pro oppido et pro benefactoribus vivis et defunctis assidue orantes, vivere possent et deberent; sed etiam viatores et peregrini ac pauperes ad portam ejusdem monasterii applicantes, juxta bonorum facultatem per eleemosynarum consuetas elargitiones gaudere possent; ad quem finem eadem bona primordialiter ordinata atque collecta fuerunt; salvo tamen, quod in his per eosdem rectores oppidi provisum fuit, quod praedicti septem fratres Saccorum, quoad viverent, per ordinationem ejusdem oppidi sic de honestis victu et vestitu ac aliis vitae necessariis providerentur, et in locis honestis Deo servituri ponerentur, quod ipsis nulla justa causa querulandi subesset. Ita tamen, quod ipsis fratribus Saccorum defunctis alii fratres Saccorum novi loco defunctorum de cetero eligi aut institui non possint, nec debeant. Quod ita factum est observatum, quemadmodum haec omnia in libro oppidi verbis theutonicis invenientur registrata. Quibus omnibus praeauditis et per legislatores ad plenum intellectis, licet tres personae de lege resistere conatae fuerint, attamen tandem et finaliter his tribus personis ex justa ratione devictis, consenserunt omnes de senatu unanimiter et concorditer et quasi via Spiritus sancti in ordinationem conceptam, ibidem per me publice coram eis lectam, quantum in eis fuit, nullo ex eadem ordinatione verbo mutato, addito vel diminuto.

Item, praescripta ordinatione, ut praemittitur, sic in senatu passata, admissa atque conclusa, ac eadem incontinenti una cum quinque aliis materiis seu quaestionibus partium in magno concilio oppidi tunc temporis ad numerum LX personarum notabiliter congregato delata, publicata, et de verbo ad verbum alta et intelligibili voce per me primo loco lecta et declarata, habita per idem tempus super eadem ac super materiis aliorum quinque punctorum praeambula disputatione ac deliberatione maturis, in quibus per aliquot, licet numero paucos, de periculosa et conjectura nimia comparatione et acquisitione

bonorum et divitiarum monasterii tam per contractus viventium quam ultimorum voluntatum, ut res concepta non procederet, argumentum fuit interjectum, est tandem et finaliter, post meridianum necessitudinis et duplicatum dispersoris cantum, ac sublata et rejecta jam antiqua lege furia canina, quae libertatem testantium sua invidia incaute adimere atque restringere conata fuit, in medio dicti consilii praescripta ordinatio erectionis et fundationis unanimiter cum inclitis gloria et gaudio et honore, et beatae Mariae Virginis in dicto loco exaltatione, et absque aliquorum de lege sinistra sollicitantium informatione, approbata, assumpta, conclusa et confirmata, prout eadem ordinatio coram ipsis personaliter per me ac intelligibiliter lecta fuit; et in theutonico de verbo ad verbum tam in libro privilegiorum dicti oppidi quam alibi extat registrata.

Item, et similiter conclusa fuerunt eodem tempore simul et simul alia quinque puncta, prout senatus illa tunc ante et eodem die de mane in suo particulari consilio concluserat et ordinaverat, uno dumtaxat puncto excepto, concernente illum, qui eodem die de mane pati noluit deliberationem aut conclusionem hujusmodi ordinationis procedere, nisi primitus causa sua esset deliberata et conclusa. Verum est tamen, et haec scio ego ita esse, quod iste legislator, qui in hoc, ut Saulus peccavit causam suam causae Dei et gloriosae Virginis praeferens, ab hac hora hujusmodi recogniti a Deo signi semper deinceps, tamquam Paulus, factus director et adjutor fidelis novae hujus plantationis, monasterii maximus et ferventissimus promotor et amicus est effectus; prout eundem adhuc hodie talem agnosco. Quem Deus et beata Virgo una cum tota sua genealogia et posteris in omnibus eorum agendis et justis desideriis dirigant, victoriosos efficiant, et per tempora longa conservent.

Item, omnibus praemissis, ut praescribitur, peractis et conclusis, cum in praescripta ordinatione inter alia esset scriptum,

quod sperari posset, quod ecclesia, cellae, refectorium, camera hospitum et alia necessaria aedificia monasterii de christifidelium eleemosynis et apportu peregrinorum construi seu aedificari possent, murus circumstans ad altitudinem decem pedum in ejus circumferentia elevari, et alia ad necessarium usum fratrum comparari, et quod iidem apportus et eleemosynae in tantum, et ita celeriter hujusmodi ordinationis conclusione et vulgo percepta increscerent et abundarent, quod cito pro constructione monasterii unum parvum et leve opus, pro principio necessarium, incipi posset ac perfici, pro primorum fratrum competenti et necessaria receptione et sustentatione; attamen, proh dolor! cum tunc post divulgatam oppidi conclusionem deinceps iidem apportus et eleemosynae potius declinari et diminui quam augmentari coepissent, tum propter universalem hujus climatis pestilentiam tum etiam propter bladi et cujuslibet victualis caristiam, et communis populi paupertatem, atque publici quaestus deficientiam, praehabitis desuper per praetactos amicos et deputatos ex lege colloquiis et deliberationibus maturis, et percepto quod homines ad fabricam ejusdem novae plantationis monasterii parum aut nihil conferre curabant, ex eo quod fama publica cucurrit in plateis, quod oppidum Bruxellense praedictam novam plantationem fundavit, et quod sic idem oppidum de sua pecunia publica ipsum monasterium veluti patronus faceret aedificari, quod et verum satis videbatur, ac justum ac congruum rationi esse, tandemque per Theodorum Mol, filium Johannis, tamquam burgimagistrum oppidi, aliosque suos condeputatos ex senatu, per organum praetacti venerabilis magistri Petri de Tymo, positum est in deliberatione senatus tale dubium, videlicet : Utrum, attentis praescriptis, honori oppidi potius congrueret praetacta aedificia necessaria inaedificata relinquere, et jam facta ruinae dimittere subjacere eousque, quo apportus et incertae oblationes advenientes sufficerent, aut de publica pecunia oppidi eadem construere, aut ad constructionem eorumdem magistris fabricae

praedictae capella in quingentis florenis renensibus de pecunia subvenire?

Et quamvis in hujusmodi propositionis deliberatione duo ex quatuor redituariis oppidi assidentes in ista materia totis viribus et animo se opponere nitebantur et videbantur propter paratae pecuniae deficientiam et status oppidi onerositatem, et etiam quod computus ipsorum per hoc non magis viderentur gravari, quam computationes suorum praedecessorum in illo officio oneratae fuerint, attamen omnes alii de lege, paucis exceptis, qui ab eorum oppositione resiliebant, magis ad Dei et beatae Virginis atque oppidi honorem, quam ad ejusdem oppidi utilitatem finaliter attendentes, omnibus hinc inde ponderatis, tandem concorditer consenserunt omnes, quod de pecunia publica oppidi quingenti floreni renenses ad opus praedictae levis structurae dari et persolvi deberent. Verum est tamen, quod, dum specialiter duo praetacti redituarii desuper interrogati opiniones suas declararunt, nescivit unus eorum, Spiritu Dei hoc forte ordinante, mentem suam contrariam verbis declarare, sua vero verba adeo sincopavit et taliter praecinxit, quod ab eo vix intelligi potuit ac discerni, an majoris partis corporis sententiae annuenti adhaeserat, anne, aut quid per verba sua dicere aut concludere intendebat. Alius autem redituarius proferendo opinionem suam taliter deliberavit, quod ex verbis suae opinionis omnes alii de senatu expresse intellexerunt ipsum opinioni senatus de donandis denariis adhaesisse. Quo sibi jocose improperato, expresse protestabatur idem ipse receptor, et dixit, quod, si ita opinionem suam declaraverat, quod tamen ipse hoc in mente dicens non cogitavit. Verum est tamen, quod iste redituarius, postea ad cor reversus, ab hujusmodi sua indiscreta opinione et oppositione resiluit, et opinioni legis acquievit, satisfaciens verbo et opere ejusdem legis conclusae ordinationi.

Item, attenta notoria opportunitate dictae tunc futurae ac

praeconceptae novae plantationis monasterii, constat hujusmodi donationem quingentorum florenorum renensium per senatum quasi miraculose et Spiritu sancto directore fuisse conclusam. Cujus quidem conclusionis acta inveniuntur conscripta et registrata. Verum est tamen, quod, teste dicto Paulo, antequam praedicta conclusio per senatum caperetur, quod tot ac tantae tentationes, tribulationes et obloquia, seu diffamationes aliquorum, non dico bonorum sed malorum, suas zizanias in populo adversum me ob hanc causam seminantium praecesserunt, quod quasi desperatus et animo prostratus totam rem istam statim coepi habere derelictam; sic quod una hora in mea sollicitudine existens et hujusmodi adversitates in animo revolvens ad Dominum clamavi, ponens os in coelum et dicens : O mi Domine, Deus meus, cur me sic tentari permittis? Modicum aut nullum mihi praestas auxilium. Haec causa, propter quam haec patior, non est mea, sed tua, quam amplius prosequi aut defendere sine tuo auxilio non valeo. Si volueris, quod processum habeat, adjuva servum tuum, et defende causam meam et tuam, cum amplius vires mihi non suppetant; et si non placet, quod procedat, fiat voluntas tua. Sed, ut praescripsi, Deus exaudivit vocem meam, et immediate operam dedit, et taliter auxiliatus fui, quod res ad dictam conclusionem concordem et optatam finaliter pervenit. Propter quod cum Psalmista possum dicere : Multae tribulationes justorum, et de omnibus his liberavit eos Dominus.

Item, praedicta conclusione, ut praemittitur, captata per senatum, et omnia signa, quae tam in deliberationibus hujusmodi materiae extrinsecus propriis oculis, quam intrinsecus perspexi, in mente revolvens, et ad cor rediens poenitui sic Dominum Deum meum per impatientiam tentasse, consolatus ex verbo tamen scripto primo Machabaeorum, secundo capite, quo dicitur, quod Abraham in tentatione inventus est fidelis; et reputatum est ei ad justitiam, et etiam ex verbo Matthaei

contra detractores scripto, quo dicitur, quod ex fructu cognoscuntur, et quod ex abundantia cordis os loquitur, et bonus homo de thesauro suo profert (bona), et malus homo de thesauro profert mala. Attendens etiam, quod sacra Scriptura dicit Proverbiorum, xxi capitulo, quod non est prudentia, neque consilium contra voluntatem Dei; nec contra Dominum possunt praevalere. Et alibi scribitur, quod licet serpentes ex virgis magorum arte magica, sicut Dei ordinatione ex virga Aaron, attamen serpentes virgae Aaron leguntur omnes alios serpentes magorum incontinenter devorasse, ut scribitur Exodi, vii capitulo. Ibidem textus dicit, quod projecerunt singuli virgas suas, quae versae sunt in dracones, sed devoravit virga Aaron virgas eorum. Ex quo nobis mystice est ostensum, quod prudentiae seculares et humanae a divina prudentia devorantur, et illi cedere et obedire necesse habent. Per serpentes enim prudentia designatur juxta illud : Estote prudentes sicut serpentes.

Item, praescripta donatione quingentorum florenorum per senatum Bruxellensem concessa et ad notitiam consilii totius oppidi desuper valde notabiliter congregati deducta et delata, consensit idem consilium per os quondam Guilelmi Heerzele, amici dicti ordinis, cujus anima in pace quiescat, valde liberaliter et concorditer in eadem petens et requirens idem Guilelmus, nomine et ex parte ejusdem consilii, ut de eadem pecunia, ut praemittitur, donata structurae conceptae quanto citius expedirentur et perficerentur celerius, ut fratres Carthusienses quanto prius ad locum venire, et ibidem divina officia celebrare, et pro salute oppidi et benefactorum Dominum Deum, et ejus generosam Virginem matrem intensius valeant exorare.

Item, ut cognoscatur dilucidius hujusmodi conclusionem vere ex Spiritu sancto processisse, nolo praetermittere unum, in quo valde cordialiter confortatus fui, videlicet quod ex comparatione datarum, temporum, litterarum et actarum re-

gistratarum inveni, quod, dum uno die in Bruxella praescripta donatio quingentorum florenorum renensium capta et per consilium oppidi conclusa extitit, quod altera quidem die sequenti et ejusdem anni et mensis, post sermones, missas et orationes pro benefactoribus ordinis tribus praecedentibus diebus in capitulo Carthusiae, eodem tempore in maio anno lvii, celebrato, per idem generale capitulum extitit ordinatum et conclusum, quod pro rectoribus oppidi Bruxellensis, et pro benefactoribus dictae novae plantationis, et manus adjutrices eidem novae plantationi porrigentibus, in qualibet domo ejusdem ordinis fieret ac celebraretur unum tricenarium de sancto Spiritu. Et quod hoc verum est, constare poterit per ea, quae de his in suis locis sunt registrata, et per datas eorumdem. Velox enim ille fuit nuntius et Spiritus, qui corda rectorum et consiliariorum oppidi Bruxellensis in Brabantia ad hujusmodi porrectionem manus adjutricis novae plantationi uno die, et corda patris et diffinitorum dicti capituli ad compensationem et retributionem dictae donationis in loco capituli apud Carthusiam celebrati altera die, et sic in locis ultra ducenta milliaria ab invicem distantibus, simul et semel, et quasi in tam imperfecto tempore perlustravit. Et indubie mihi videtur, quod ex hujusmodi rei signo multa magna notari possent mysteria, saltem ad illum finem tendentia quod ista nova plantatio de Domini voluntate ac divina ordinatione indubitanter intelligi debeat processisse.

Item, post haec, impetratis jam dicti domini antistitis Cameracensis de consecranda capella, ac ejusdem ac dicti monasterii erectionis in dicto loco consensu et auctoritate, subsecuta est de his omnibus Sanctae Sedis Apostolicae approbatio et confirmatio cum ejusdem monasterii ordini omnimoda incorporatione, et cum gratiarum, protectionum et privilegiorum ordini a Sancta Sede concessorum. Quam quidem confirmationem litteris apostolicis bullatam vidi, legi, et, quae praescribuntur, intellexi, me de his referens ad easdem litteras bulla-

tas, quarum insertio extensiva hic causa brevitatis est praetermissa.

Item, cum superius certo articulo scripsi tres architectores petrarum, sanguine conjunctos, sub triplici differentia subito de tecto capellae corporaliter cecidisse, ac eorum casum et periodum circa eamdem materiam aliqua signa, mysteria et prodigia futurorum agendorum verisimiliter inde indicasse, idcirco pro ejusdem casus declaratione dico verum fuisse ac esse, quod, cum post dictum casum corporalem trium architectorum materialis capellae, de erectione et fundatione tam spirituali quam corporali monasterii Carthusiensis, et super his, quae ad illam necessario requirerentur, apud senatum Bruxellensem disputatio et deliberatio haberetur, quibus omnibus semper interfui, fuerunt in senatu, licet pauci numero, quidam homines triplicis conditionis, qui eamdem erectionem studiose impedire conabantur, quorum nomina hic scribere praetermitto, cum Christus, licet dixerit apostolis : Unus vestrum, qui mecum intingit manum in paropside, me traditurus est, attamen Judam minime nominavit. Nam unus praedictorum de senatu in hujusmodi materia fuit aemulus et inimicus, consilio et auxilio dictam erectionem impedire intendens a principio usque ad finem. Et iste praecipitatus est cum architectore patre; absque sacerdotali atque ecclesiastico suffragio cecidit, vitae suae ultimum claudens diem. Alius autem a principio fuit bonus et favorabilis, sed postea factus est aemulus et inimicus, qui pauco tempore supervivens, in infirmitatem cecidit; sed cum suffragio sacerdotis parochialis, et cum divinorum administratione sacramentorum in statu poenitentiae viam universae carnis cum praescripto filio architectore ingressus est, juxta illud Psalmistae : Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt. Tertius autem fuit primitus inimicus, sed ad cor reversus, factus in dicta erectione est monasterii amicus; qui supervivens in honoribus et bonorum temporalium adversitatibus per

aliquanti temporis successum fuit gravatus, sicut architector nepos de capella cadens in membro corporaliter extitit mutilatus.

Insuper et quod inter cetera in hujusmodi materia erectionis specialiter et diligenter est attendendum, intelligo, et ex historiis Brabantiae percepi, quod annus hujusmodi erectionis monasterii est annus revolutionis centesimus, de quo historici scribunt, videlicet quod in loco praescripto de Schuete, ubi nunc capella beatae Mariae de Gratia cum annexo sibi monasterio est aedificata, quodam die mercurii infra octavas sancti Laurentii, regnante tunc illustrissima domina ducissa Brabantiae, quaedam magna strages seu bellum contigit inter Ludovicum, comitem Flandriae, cum manu armata tamquam agressorem ex una parte, et nobiles atque communitatem seu populum oppidi Bruxellensis cum magna potentia, tamquam dictae ducissae patriae et oppidi Bruxellensis defensores, ex altera; sic quod dum ambae partes in dicto loco de Schuete ad conflictum convenirent, et quidam nobilis, cognominatus de Asscha, dictae dominae ducissae Brabantiae pro tunc vexillifer, vexillum ducale seu standardum principis in acie deferens, cui arma ducissae impressa fuerant ad totius exercitus Bruxellensis confortationem, ipse idem nobilis de Asscha, ut historia testatur, idem ipsum vexillum seu standardum, si dolo vel culpa non discerno, in terram cadere permisit. Quo facto, ac animo exercitus Bruxellensis ex eo jam omnino prostrato, aggrediens dictus comes Ludovicus cum sua potentia armata et fortitudine, eosdem Bruxellenses in magno numero prostravit ac gladio peremit, ita quod dictus locus de Schuete per maximum cruoris humani effusionem scribitur fuisse rigatus; qui et juxta antiquorum jurisconsultorum declarationem ex sepulturis illorum corporum ibidem occisorum etiam juste dici potuerit religiosus. Verumtamen est attestatum historia, quod idem Ludovicus mox post victoriam, aut saltem brevi horarum ejusdem diei spatio, oppidum Bruxellense ingressus, antequam

sibi tamquam principi aut domino foret ex integro subjecta, per nobiles Bruxellenses cognominatos Sherclaes cum magna potentia scribitur eodem die fuisse expulsus. Ut igitur unde et ubi mors corporum oriebatur, ibi et vita resurgeret animarum, pie credendum esse non ambigitur in hujusmodi anno et mense revolutionis centesimo praedictam erectionem monasterii tam ex Dei praeordinatione quam etiam ex coelesti influentia sumpsisse exordium; ut dictus et idem locus mortis et tristitiae, nunc dicto anno revolutionis centesimo mutatus fuit, et effectus sit divina ordinatione locus consolationis et gratiae, vitae, pacis et gloriae triumphalis.

Item secundo, ut id, quod dictus nobilis dominus vexillifer sua arrogantia aut negligentia per casum vexilli seu standard ducissae temporis mortificando ad interitum perduxit, hoc anno revolutionis centesimo per alium virum ejusdem cognominis, simplicem et timoratum, videlicet per praedictum Petrum de Asscha, in eodem loco novum standardum ac vexillum Reginae coeli et terrae, cum armis beatae Virginis in dicta capella tamquam in standardo jam reconditis, standardum esset salutis humanae et aeternae, sub quo secura et incommutabilis requies, vita et salus aeterna a peregrinantibus ad hujusmodi standardum seu arborem virtutum fertilem et fructiferam applicantibus, ac imaginem beatae Virginis in ea reconditam invocantibus feliciter possent impetrari.

Item tertio, sicuti copiosa multitudo populi ex Bruxella ad comitem Ludovicum dictum locum ferocitate ad perdenda corpora hominum cum armis et fustibus et cum sonitu belli visitavit; ita nunc congruum fuit, et, ut praesumitur, in consilio summae Trinitatis praeordinatum, quod hoc anno revolutionis centesimo idem locus cum humilitate et simplicitate a multitudine devoti populi poenitentiam agentis ad lucrandas animas cum cereis et oblationibus, animo contrito et orationibus esset visitandus; per cujus visitationem a lacu peccati redimi possent animae, et etiam per vitae poenitentialis in simplicitate

assumptionem, quemadmodum de Daniele scribitur lib. I, Mach., cap. II, quod Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum.

Item quarto et ultimo, non videtur concludendo hanc materiam dissonum rationi dici posse, quod forte Deus, Pater misericordiarum, ad dicti loci de Schuete erectionem respectum habuit specialem, quod praedictum Petrum de Asscha arboris plantatorem ordinavit, ac alias personas, ad hujusmodi capellae et monasterii erectionem adjuvantes, sic illustravit sua gratia et inspiratione, ipsisque auxiliatus fuit, ut eorum corpora, quae ibidem ex Bruxella sub ense comitis Ludovici pro republica patriae et oppidi Bruxellensis conciderunt, et ibidem sepulta fuerunt, nunc, facta hujusmodi anni centesima revolutione, per fratrum Cathusiensium orationes et peregrinorum, et per ejusdem loci consecrationem, a vexationibus spirituum immundorum de cetero libera permanerent, et quod eorumdem corporum ibidem sepultorum animae suffragia apud Deum celerius invenirent; ut quod ducissa Johanna tunc regnans in illo loco apud corpora temporaliter forte neglexit in terris, beata virgo Maria, Dei Genitrix et Regina coeli, recuperaret in coelis. Omnia enim dubia ad meliorem et salubriorem partem interpretari debemus, et potissime, ubi talis interpretatio assumitur ad laudem Dei Omnipotentis, suaeque Genitricis gloriam et honorem, ac bonarum et devotarum mentium excitationem, nec non gratiae beatissimae Virginis in dicto loco impetrationem; cujus gratiae nos dignetur facere participes, qui sine fine benedictus vivit et regnat Deus, trinus et unus, in secula seculorum, amen.

Cetera autem et plura alia prospera et adversa circa hujusmodi constructionem dictae novae plantationis acciderunt; multaque alia beneficia et dona, atque sacrosanctae Sedis Apostolicae privilegia et indulta una cum ducali munificentia post praescripta accesserunt, quae in hoc libro non sunt scripta, nec a me agnita propter recessum meum ulti-

mum et subitaneum a Bruxella, qui fuit feria tertia post *Oculi*[1] anno Domini m° cccc° lxiij°. Spero enim in Domino, quod eidem novae plantationi ob merita fratrum adhuc longe feliciora accrescent ad Dei beataeque Virginis Mariae gloriam et honorem, ac ejusdem novae domus exaltationem, et animarum salutem. Quod concedere dignetur sanctissimae et generosissimae Virginis Filius Jesus Christus, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat in aeternum benedictus.

Concludendo igitur hunc librum, et ut anima dulcissimae meae conthoralis Katharinae Bogaerts, quam Deus mihi spatio xxxi annorum in divinae et humanae domus sociam desponsatam dedit, cujus corpus Mechliniae in ecclesia sancti Rumoldi ante gradus sanctissimi Sacramenti sub saxo aereato anno Domini m° cccc° lxxi°, xxviij maii, extitit tumulatum, cum sanctis et electis Dei, intercessione beatissimae Dei Genitricis in pace quiescat, et visione Dei fruatur, ac suffragiis et fidelibus orationibus. fratrum dictae novae domus gaudere valeat praesentium et futurorum, animaque mea ibidem in superis secum sociata etiam, dum clauserim diem extremum, eisdem orationibus, meritis et intercessionibus gaudeat, et in coelo collocata beata quiescat.

Huic operi finem dando, gratias ago tibi, Domine Deus meus, Creator, Redemptor et Salvator meus, de omnibus prosperitatibus, tentationibus et adversitatibus meis, quas pro salute mea largiflue tribuisti mihi, nec non de omnibus bonis et beneficiis, quae mihi indignissimo tribuisti, de quibus, quas valeo, non quas debeo, refero ex intimis meis praecordiis gratiarum actiones. Cum tu, Domine Jesu Christe, ille sis, qui pro nobis miseris peccatoribus dignatus es humanam naturam assumere, et virginali utero bajulari, et ex eadem Virgine nascens lacte nutriri, ejusque foveri gremio, et ipsius subjici imperio; qui tu ipsemet omnia conservas et regis. Tu autem, Domine

[1]) C'est-à-dire le troisième dimanche du carême. Le mardi après le dimanche *Oculi* de l'année 1464 (nouveau style) était le 4 mars.

Jesu Christe, ille es, qui pro nobis miseris peccatoribus a perfidis Judaeis captivus ductus fuisti, et, a discipulis tuis cito derelictus, Judaeis traditus, venditus et afflictus, ad Pilatum ductus, falsis testimoniis accusatus et convictus, in collo percussus, manibus ligatus et vultu consputus, illusus, veste purpurea indutus, corona spinea in capite punctus, ad locum poenarum propriam crucem humeris portans, cruci conclavatus, et in cruce pendens cum latronibus deputatus, prae tormentis sitiens, felle saturatus, et, emisso spiritu, in latere militis lancea perforatus, et de cruce depositus, sepulturae traditus; utinam tuo sanguine lavari valeat anima mea, et a sorde mundata tuam vitam ingredi sempiternam.

Insuper gratias ago tibi, o Domina mea, beatissima Virgo Maria, per quam franguntur vincula, solvuntur delicta, vincuntur vitia, solidantur confracta, reparantur perdita, renovantur vetera, roborantur infirma, magnificantur minima, exaltantur infima, incoepta promoventur, imperfecta perficiuntur, et perfecta consummantur, purgatur cor, mens refulget, inflammatur animus, liquescit pectus, dulcescit gustus, decoratur adspectus, desponsatur peregrina, traducitur sponsa, resolvitur anima. Nam per tuam gratiam revertetur exul ad patriam, et merebuntur peccatores veniam, et beati possidebunt gloriam. Tuum namque nomen daemones cruciat, tua virtus reos remediat, tuus odor sanctos inebriat, et tuus fructus beatos facit. Ex te, Virgo, natus est Filius puer Jesus, quo nihil dulcius, quem rogamus omnes attentius, ut sit nobis per te propitius. O lux jucunda, refove flebiles, aegros sana, debiles conserva; fac nos mites semper et humiles, et in fide fortes ac stabiles.

O Maria, Mater misericordiae, Mater spei et Mater veniae, Mater Dei et Mater gratiae, Mater, inquam, totius gloriae, languentibus in purgatorio, qui purgantur ardore nimio, et torquentur sine remedio, subveniat tua pia compassio. O fons patens, qui culpas abluis, omnes lavas, et nullum

respuis, manum tuam porrige mortuis, qui in poenis languent continuis. Ad te, o pia, suspirant mortui, cupientes de poenis erui, et adesse tuo conspectui, ac aeternis gaudiis perfrui.

O clavis David, quae coelum aperis,
Nunc beata succurre miseris;
Qui tormentis torquentur asperis,
Educ eos de domo carceris.

Lex justorum, norma credentium,
Vera salus in te sperantium,
Pro mea dilecta conjuge
Sit tibi magna cura continue.

Tuum dilectum orare Filium
Ut ei summum concedat praemium.
Et me tuum conjunge famulum
Ejus gaudiis in perpetuum.

O benedicta, per tua merita
Te rogamus, mortuos suscita;
Et dimittens eorum delicta,
Ad quietem sis eis semita.

Haec omnia, o benigna, poscimus;
Ad haec nostra aspirat animus,
Ut deleas mala, quae fecimus,
Et des bona, quae semper cupimus.

Amen.

D'après une copie qui nous a été communiquée par M. Brabant.

Sentence judiciaire prononcée contre un clerc de Tournai.

Nous avons déjà publié (*Analectes*, III, p. 119) deux jugements rendus par le chapitre de la cathédrale de Tournai, qui s'était pour cela transformé en cour criminelle. Dans l'un l'accusé était clerc, et le délit, un homicide, avait été commis sur une personne fréquentant le chœur de l'église; dans l'autre, les coupables étaient laïcs, mais ils avaient injurié un clerc dans un lieu réputé sacré. La sentence que nous donnons aujourd'hui a été prononcée par l'official de l'évêque contre un clerc, et la victime était un laïc. Nous avons ainsi des exemples de tous les cas qui pouvaient se présenter dans l'exercice de la juridiction criminelle ecclésiastique en matière criminelle. C'est à l'obligeance de Mgr Voisin, vicaire général à Tournai, que nous devons la communication de ce curieux document, comme aussi celle des deux sentences déjà publiées.

9 novembre 1448.

Universis presentes literas inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino. Notum facimus, quod dudum per honorabiles viros, prepositos et juratos civitatis et ville Tornacensis, vel eorum mandato capto, et prisoniis laicalibus mancipato, Petro, filio Petri de Rassoncamp, clerico Tornacensi non conjugato, subdito et justiciabili nostro, de cujus clericatu fuimus et sumus sufficienter informati, ipsoque clerico exinde ad sui instantiam auctoritate nostra requisito, et per dictos prepositos et juratos ad hoc monitos, nobis et curie Tornacensi adducto et restituto, ac in dicte curie Tornacensi bassis carce-

ribus[1] corporaliter detento, nos cupientes unicuique de dicto clerico se juste conqueri volentes bonum et breve justitie complementum exhibere, citari fecimus et mandavimus peremptorie Tornaci coram nobis bina citatione, videlicet sub prima et secunda dilationibus ad certos et condecentes dies sub competentibus intervallis a se distantes, dictos prepositos et juratores civitatis et ville Tornacensis, et in generali omnes illos et illas, qui vel que, contra dictum clericum prisionarium nostrum quidquam dicere, proponere vel allegare voluerint, id dicturos, propondituros et allegaturos per viam denuntiationis, accusationis, aut se partem facientes vel alias, cum intimatione et inhibitione in talibus fieri consuetis, et in literis nostris super hoc confectis latius expressatis. Ad quos quidem dies seu eorum expeditiones nullus contra ipsum clericum coram nobis comparuit seu eum extitit prosecutus, excepto venerabili viro magistro Johanne de Tremoillia, dicte ville consiliario, qui nomine et ex parte dictorum prepositorum et juratorum una cum provido Olivero de Hulant, ipsorum prepositorum et juratorum in dicta curia Tornacensi procuratore sibi assistente, pro bono justitie et ad finem punitionis canonice, ut dicebat, parti officii nostri denuntiavit, in effectu verum esse, quod alias de anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, die decima mensis novembris, certis rixis sive dissensionibus inter quosdam cognominatos Du Sart ex una, et Johannem Coppet ac Roghetum Du Hauron, et nonnullos alios ex altera, partibus, infra et juxta cimiterium ecclesie parochialis sancti Brixii in Tornaco, Cameracensis dioecesis, subortis, prefatus clericus se de parte dictorum Du Sart ingerens, quo spiritu motus nescitur, cultello suo ex-

[1]) Les bâtiments de l'officialité sont maintenant occupés par le tribunal civil de Tournai. On voit encore très-bien où étaient les prisons-basses, presque souterraines. L'entrée en est murée. Les prisons-hautes étaient au-dessus. L'une d'elles existe encore. On y a pratiqué une entrée du côté opposé à l'ancienne porte, et elle sert maintenant de chambre à un domestique, qui ne soupçonne guère la triste position qu'avaient ceux qui l'ont précédé en ce lieu.

tracto, supra partem adversam dictorum Du Sart ac etiam alios, qui ad sedandum debatum se pro bono interposuerunt, indecenter percussit, et contra quendam juratum, ac Huardum Guyot, tunc clientem hujus ville Tornacensis, qui auctoritate justitie viam facti impedire, et eundem clericum prisionarium facere putabant, quamplurimum rebellavit, sepius cum cultello extracto dictum cimiterium exeundo et reintrando, ac de eodem castellum faciendo; ymo, quod deterius est, cum dictus Huardus Guyot, cliens, eundem clericum extra dictum cimiterium sic saltantem pro hujusmodi invasionibus, rebellionibusque et violentiis, in contemptum et derisionem justitie et alias commissis, cepisset, et ducere crederet prisionarium, prelibatus clericus ex vagina unius juxta eum tunc existentis arripiens magnum cultellum, cum eodem dictum Huardum, clientem, in odium et ad causam dicti sui officii trusit, et in diversis partibus sui corporis inhumaniter vulneravit adeo, quod idem cliens illico ob hoc diem vite sue clausit extremum.

Item quod dictus clericus postea prisoniis laicalibus dicte ville mancipatus, et exinde tam per nos, ut tamquam clericus curie Tornacensis restitueretur puniendus, quam etiam auctoritate curie Cameracensis, ut ad et infra immunitatem ecclesie sancti Johannis, ejusdem Cameracensis diocesis, de qua tunc dicebatur extractus, reponeretur, requisitus, tandem prisonias dicte ville, in quibus, pendente questione dicte immunitatis[1], pro custodia detinebatur, malitiose infregit et evasit, et mala malis accumulando depost dictas civitatem et villam Tornacenses, non obstante, quod ad causam dicti homicidii ab eisdem juxta dicte ville privilegia, ut asserebat idem de Tremoillia, perpetuo esset privatus et registratus, manu armata sepius reintrare, et ibidem contra clientes rebellare, aliaque committere presumpsit; dicens ulterius idem consiliarius, quod dicti

[1]) Le manuscrit donne *cmunitatis*. Il est évident qu'il faut lire *immunitatis*.

prepositi et jurati eundem clericum pro premissis ac aliis excessibus et delictis per eum infra dictam villam et banleucam Tornacensem commissis iterum ceperunt, et per nos requisiti curie Tornacensi restituerunt, petentes instanter et requirentes eundem taliter puniri, quod ceteris cedat in exemplum.

Nos vero nolentes, prout nec decet, talia remanere impunita, dictum clericum de bassis carceribus dicte curie coram nobis evocavimus, et super premissis diligenter examinavimus, premissaque omnia et singula ex officio nostro, instante promotore causarum ejusdem, eidem clerico reo imposuimus, et contra eum formaliter proposuimus ad finem punitionis canonice in juris forma concludentes. Ad que respondens dictus clericus reus, confessus fuit in effectu, quod alias, videlicet lapsis nunc octodecim annis vel circiter, ipse, qui tunc juvenis erat, et per alios ad iram provocatus, dictum Huardum, clientem, qui eum tunc ceperat et tenebat prisionarium, quodam cultello trusit et vulneravit adeo, unde dolet, quod statim ob hoc decessit, quodque exinde per dictos prepositos et juratos captus et prisoniis dicte ville mancipatus, postquam in eisdem circiter per tres annos fuisset miserabiliter detentus, non obstante, quod per nos tunc esset requisitus, easdem prisonias evasit, ac de post villam Tornacensem non intentione, ut asserit, alicui forefaciendi, sed pro certis suis negotiis bina vice reintravit; sic quod ultima vice per alterum prepositorum et clientes dicte ville captus fuit, et exinde curie Tornacensi restitutus; referens se nostre ordinationi, ac supplicans secum mite agi, maxime attento, quod idem clericus, prout dicebat notorium esse, jam diu super dicto homicidio cum ipsius occisi amicis pacem fieri procuravit, ac a domino nostro rege gratiam et remissionem obtinuit, quodque ob hoc longam prisoniam in villa, et bassos carceres dicte curie patienter sustinuit. Quibus premissis una cum aliis accusationibus, excusationibusque et defensionibus

in actis hujus cause descriptis, per nos diligenter consideratis, cum ceteris, que nostrum animum ad hoc movere debuerunt, tandem die hodierna subscripta, evocatis et personaliter comparentibus coram nobis in judicio in curia Tornacensi dictis promotore, nomine quo supra, et clerico prisionario nostro reo, concluso per nos prius in hac causa ad ipsorum promotoris et clerici supplicationem, nos in judicio ad jura reddendum pro tribunali sedentes, et habentes solum Deum pre oculis, jus et decretum nostrum sive nostram sententiam diffinitivam partibus ipsis diximus et protulimus, dicimusque et proferimus in scriptis, in hunc modum :

In Dei nomine, amen. Quia tu Petre, fili Petri de Rassoncamp, clerice, prout ex tua confessione et alias nobis constat, alias, videlicet octodecim annis vel circiter nunc elapsis, maligno ductus spiritu Huardum Guyot, clientem hujus civitatis Tornacensis, qui te pro certis rebellionibus per te contra justitiam et alias commissis tunc ceperat, et ducebat prisionarium, quodam magno cultello taliter vulnerasti, quod ob hoc illico diem vite sue clausit extremum; quodque postea per laicalem justitiam hujus civitatis captus, et per nos requisitus, prisonias, in quibus tunc detinebaris, malitiose infregisti, propter que et alia in actis tui processus latius declarata per dictam laicalem justitiam infra hanc civitatem iterum captus, et nobis restitutus fuisti, nos idcirco, attentis premissis una cum excusationibus et defensionibus per te in hac parte allegatis, considerantes etiam, quod pax cum ipsius occisi amicis jam diu fuit, et est reformata, ultra prisoniam, quam in bassis carceribus curie Tornacensis aliquandiu patienter sustinuisti, te propterea de civitate, villa et diocesi Tornacensi hinc ad decennium completum bannimus et relegamus, easdem civitatem, villam et diocesim, dicto durante decennio, sub pena carceris perpetui dicte curie tibi specialiter interdicentes, teque ultra hoc ad

visitandum peregre et personaliter limina ecclesie beati Jacobi in Compostella, et iter ad hoc arripiendum infra mensem, postquam a prisoniis dicte curie fueris expeditus, literas testimoniales exinde debite reportando, ac in expensis tui processus, taxatione nobis reservata, finaliter condempnamus in hiis scriptis, potestate in premissis mutandi et moderandi semper salva.

Quocirca mandamus vobis omnibus presbiteris et capellanis civitatis et diocesis, notariisque et apparitori curie Tornacensis, quatenus premissa omnia et singula legatis, publicetis, notificetis, intimetis et insinuetis, ubi, quando ac totiens, quotiens opus fuerit, et super his fueritis requisiti, seu vestrum alter fuerit requisitus. In cujus rei testimonium sigillum sedis Tornacensis presentibus literis duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, sabbato ante festum beati Martini hiemalis, die vero nona mensis novembris.

Pièce originale écrite sur vélin. Le sceau, qui était attaché à une queue de parchemin, a disparu.

Documents relatifs a l'hôpital de Saint-Jean, au Marais, a Bruxelles[1].

I.

Transaction conclue entre le chapitre de Sainte-Gudule et les sœurs de l'hôpital de Saint-Jean au sujet des droits du chapelain.

10 août 1274.

Noverint universi tam presentes quam futuri presentes literas inspecturi, quod inter viros venerabiles decanum et capitulum ecclesie beate Gudile Bruxellensis et capellanum ecclesie beati Johannis ejusdem loci, ex parte una, et magistram et conventum hospitalis beati Johannis et eorum provisores, ex altera,

[1]) Suite. Voyez ci-dessus pp. 25-47. — Ces documents nous ont été communiqués par l'abbé H. De Bruyn.

de consilio provisoris et assensu partium, talis facta est ordinatio et condicta propter bonum :

Dicti magistra et conventus dabunt et persolvent, et dare ac persolvere promiserunt singulis annis perpetue, tribus temporibus, capellano pro tempore in dicta ecclesia beati Johannis celebranti, nomine annue pensionis, sex libras Bruxellenses : in festo scilicet Omnium Sanctorum quadraginta solidos, in Purificatione beate Marie Virginis quadraginta solidos, et in festivitate beati Johannis Baptiste immediate sequente quadraginta solidos. Pro quibus sex libris percipient et habebunt dicti magistra et conventus medietatem omnium oblationum in dicta ecclesia provenientium, capellanus vero aliam medietatem; hoc adjecto, quod dicti magistra et conventus persolvere tenebuntur et promiserunt, perpetue, singulis semper ad Pentecosten annis, capitulo beate Gudile predicte decem et octo solidos Bruxellenses, nomine recognitionis seu annui census; et tenebuntur dicti magistra et conventus providere impensis propriis dicto capellano de custode competenti et idoneo. Est etiam ordinatum et condictum, quod in dicta ecclesia beati Johannis juxta altare truncus poni debet, in quo omnes oblationes in dicta ecclesia provenientes debent reponi, cum duabus clavibus; de quibus unam habebit magistra predicta, reliquam vero capellanus predictus. Qui capellanus promittet se fore fidelem circa oblationes predictas, et hospitale predictum promovebit ubicumque poterit, salvis omnibus literis, ordinationibus, privilegiis, consuetudinibus inter dictum capitulum beate Gudile et hospitale beati Johannis habitis et confectis. In cujus rei testimonium et munimen Johannes, magister, W., archidiaconus, canonicus in Bruxella, et nos decanus et capitulum beate Gudile, et nos magistra et conventus predicti pro nobis, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo cc° septuagesimo quarto, feria quarta in festo beati Laurentii, martyris.

Acte original aux archives des hospices et secours de la ville de Bruxelles.

II.

Jean Molitor, chapelain de l'église de Saint-Jean, au Marais, cède aux frères et aux sœurs de l'hôpital du même nom, moyennant une rente annuelle, une propriété qu'il possédait au Sablon.

8 novembre 1315.

Universis presentes literas inspecturis, decanus et capitulum beate Gudile Bruxellensis, Cameracensis diocesis, salutem in Domino cum notitia veritatis. Noverint universi, quod, cum quedam dissensio fuisset et esset orta inter religiosos, magistram, fratres et sorores ac gubernatores hospitalis sancti Johannis, in Bruxella, ex una parte, et discretum virum magistrum Johannem, ex altera, super quibusdam bonis ad ipsum Johannem Molitorem, capellanum ecclesie predicte, spectantibus ratione capellanie sue predicte in eadem, dictus dominus Johannes pro bono pacis et concordie, pensata evidenti utilitate capellanie sue predicte, presbiterorum fretus consilio, de consensu nostro benevolo, tamquam verorum patronorum, et accepto, nec non venerabilis viri et discreti domini Johannis, cantoris ecclesie nostre predicte, provisoris dicti hospitalis, per reverendum dominum patrem Cameracensem episcopum deputati expresse, ac etiam de consensu et voluntate mamburnorum dicti hospitalis, et ex parte dicti domini episcopi Cameracensis constitutorum dominorum, videlicet : Willelmi de Nova Domo et Joannis de Zenna, opidanorum Bruxellensium, contulit cum debita et vera renuntiatione, nomine commutationis legitime, nostro dicto consensu intercedente, prout decet, provisori ac mamburnis predictis, ad opus dictorum magistre, fratrum et sororum, seu eorum hospitalis predicti, hereditarie ac perpetuo, omne jus et omnem actionem sibi competentes et competere valentes in domistadio cum fundis et attinentiis suis, sitis extra murum Bruxellensem supra Zabulum, prope novum

atrium ibidem, prout ibidem sufficienter assignata consistunt; et hoc mediantibus octo libris monete usualis ad terminum solutionis eorumdem communiter in bursa currentis, et quinque caponibus sibi et suis successoribus ex parte dicti hospitalis annue in festo Natalis Domini promissis, et in eodem festo annis singulis hereditarie persolvendis. Et inde promissis predicti magistra, fratres et sorores et alii singuli, pro predicto hospitali facientes, fraude et dolo quibuslibet cessantibus et exclusis, una cum predicto domino Johanne expresse consenserunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad causas presentibus est appensum. Datum in octavis Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo ccc° xv.

Acte original avec sceau aux archives des hospices et secours de la ville de Bruxelles.

III.

Wenceslas et Jeanne, ducs de Brabant, accordent des exemptions à l'hôpital de Saint-Jean, au Marais.

7 juillet 1356.

WENCESLAUS, biden gratien Gods hertoghe, ende JOHANNA, biden selve gratien hertoghinne van Lutcembourch, van Lothryk, van Brabant, van Lymbourch ende marcgreve des Heilichs Rycx, doen cond allen den ghenen die dese letteren selen sien ende hoiren lesen, dat wi ghegeven hebben ende gheven onsen goiden vrinden den bruederen ende den zuysteren van den ghasthuyse van sente Jans, in Bruessele, ende den monbaren des voirscrevene gasthuys, tes gasthuyse behoif, also langhe alse wi leven suelen of enich van ons, quite ende vry alle die correweyden, die ons tvoirscrevene gasthuys van Sente Jans ende haer hof van Boevenberghe[1], mette toebehoirten schuldich syn van waghen, van peerden daer toe behorende

[1]) La ferme de Bovenberghe était située à Woluwe-Saint-Pierre.

ende met alle de toebehoirten, in wat manieren dat dat is, en hoe dadt ghenaempt is. Van den welken correweyden voirscreven wi se volcomelic quytschelden alsoe langhe alse wi leven selen of enich van ons. Ende bekennen ons daer af te vollen wesen gnoech ghedaen; ende dat overmids ene somme ghelts van vierhondert dertich ghuldenen penninghen, geheiten scilde oude goit ende ghave, die welke si ons vergonden hebben ende betaelt; van den welken correweyden voirscreven wi gheloeven ende hebben gheloeft den voirscrevene goiden lieden van den voirscrevene gatsthuyse quyt ende vry te houdene ende schadeloes jeghen jegewelken, alsoe langhe alse wi leven selen ocht enich van ons. Ende en zelen ghedoeghen in engheerne manieren dat men hen enighe correweyden hier en bynnen eysschen sal, of laten eysschen, ende bevelen alle onse ondersetene wie si syn dat si van dese voirscrevene correweyden hen onghemoyet laten. Ende wairt dat yemen wie hi ware den voirscrevene ghasthuyse ocht den voirscrevene hove van Boevenberghe hier en boven moyenysse ocht schade dade of dadę doen van onsen weghen om dese voirscrevene correweyden te hebben, ocht te doen hebben, in wat manieren dadt dat wairt, soe gheloeven wi hen dat op te richtene te doen beterne ende scadeloos daer af te houdene jeghen yegewelken, altoes sonder fraude ende sonder arghelist, behoudelic dien, wairt dat sake dat men vonde metter wittigher wairheit dat si correweyden schuldich weren den tyden van viventwintich jaeren of van daer ende boven, dat si die altoes betale suele. In ghetughe des briefs bezegelt met onsen zeghelen. Ghegeven tot Brussel opten sevensten dach in julio, int jaer Ons Heeren dusentich drihondertich vyftich ende zesse.

Charte originale avec les sceaux de Wenceslas et de Jeanne aux archives des hospices et secours de Bruxelles.

Rapport adressé au Souverain Pontife Innocent XI par Gilbert de Choyseul, évêque de Tournai, sur l'état de son diocèse en 1678[1].

SOMMAIRE DE LA DEUXIÈME PARTIE DU RAPPORT.

VILLE DE LILLE.

Il la compare avec Tournai, qui a des titres de supériorité incontestables ; mais, depuis un siècle et demi, Lille est devenu une ville de premier ordre.

Collégiale de Saint-Pierre. Il y a un prévôt, un doyen, un chantre, un trésorier, un écolâtre, quarante chanoines, cinquante-quatre chapelains et, en outre, des vicaires, des musiciens et des enfants de chœur.

Le prévôt est nommé par le roi, et le doyen par le chapitre. Les autres dignitaires et les chanoines sont nommés, pendant huit mois par le Pape, et pendant quatre mois par le prévôt.. — Notre-Dame de la *Treille*. — L'exemption du chapitre repose sur une bulle dont on pourrait contester la validité, mais il se contente de signaler le fait à Sa Sainteté, sans le discuter. — Ses bons rapports avec le chapitre. — Hommes distingués qui en font partie. — Visite faite *salvo jure exemptionis*. — L'évêque de Tournai, quoique chanoine, n'a pas de stalle au chœur. — Ce qui est accordé aux évêques de Bruges, de Boulogne et d'Ypres.

Sept paroisses, fort nombreuses ; — clergé modèle ; — belles églises ; — on y chante les heures canoniales.

Visite des églises. — Gallicanisme des fabriciens et du magistrat. — Six hôpitaux desservis par des Augustines. — L'hôpital *Comtesse* se prétend exempt. — Combien cette prétention est ridicule. — Il la soumet au jugement du Souverain Pontife.

Birgittines, Capucines, Célestines, toutes cloîtrées. — Sœurs-Noires pour le soin des malades et repenties ; soumises à l'évêque. — Ses craintes au sujet des dernières.

Béguines, Carmélites, Sœurs-Grises, Clarisses-Urbanistes, Pauvres-

[1]) Suite. — Voyez ci-dessus p. 49.

Claires, Colettines, Annonciades, couvents de l'Abbiète et des Filles de la Mère de Dieu. — Histoire de quatre dames de Berlaimont, de Bruxelles, qui étaient venues se fixer à Lille.

Petite pointe contre les ordres mendiants. — Dominicains, Augustins, Récollets, Carmes-Chaussés et Déchaussés, Capucins, Minimes; tous largement et agréablement logés; — magnifique collége des Jésuites. — Eloge des frères lais du tiers-ordre de Saint-François.

Séminaire des Irlandais. — Contestation.

Il a les mêmes plaintes à faire des religieux mendiants à Lille qu'à Tournai.

Autres petites fondations. — Quelques-unes n'ayant plus d'objet ont été réunies à l'ordre de Saint-Lazare.

Ecole pour les filles et pour les garçons.

Près de Lille les moines de Fives et l'abbaye de Marquette.

COURTRAI.

Chapitre de Notre-Dame. — Treize chanoines, un doyen et deux offices: la chantrerie et l'écolâtrie. — Vingt chapelains. — De plus, des musiciens et des enfants de chœur. — Comment et à qui se confèrent les prébendes. — Pertes essuyées.

Une seule église, desservie par deux curés. — Les Jésuites, les Récollets, les Capucins, et quelques Dominicains leur viennent en aide. — Prévôté de Bénédictins.

Augustines, qui desservent un hôpital et un hospice. — Capucines, Carmélites, Filles de Sion. — Cisterciennes de Notre-Dame de Groningue et de Wevelghem, dépendantes de Clairvaux.

Sérieuse difficulté entre un des deux curés et les Jésuites.

Doctrine de Choyseul sur l'attrition. — Il parvient à faire cesser la division.

Sa correspondance avec le recteur des Jésuites. — Il en soumet les pièces au Pape.

HAERLEBEKE, COMMINES, SECLIN.

Chacune de ces villes a une collégiale, soumise à l'évêque.

A *Haerlebeke*, treize chanoines, un prévôt et un doyen. — Les prébende

à la collation de Rome huit mois, et à celle du prévôt quatre mois. — Une prébende est unie à la prévôté et une autre à l'évêché. — Reste donc onze prébendes. — Douze chapelains. — Un hospice desservi par des Augustines.

A *Commines*, sept chanoines, dont un est doyen. — L'évêque remplit les fonctions de prévôt et confère le décanat et les canonicats. — Hospice où sont des Augustines. — Sœurs-Grises.

A *Seclin*, dix-neuf canonicats. — Dignitaires : prévôt, doyen, écolâtre et chantre. — Pour les nominations Rome a huit mois, et le prévôt quatre. — Celui-ci est nommé par le roi.

Le décanat et deux prébendes sont à la nomination du chapitre. L'évêque a une prébende. Reliques de saint Piat.

Dans les trois collégiales, le curé a sa stalle au chœur.

Les hôpitaux de Seclin et de Thieumoulin, établis par l'hôpital *Comtesse*, prétendent au même régime d'exemption.

Tourcoing, ville de douze cents âmes. — Franciscaines du tiers-ordre, et Récollets.

Communautés d'*Orchies*, d'*Iseghem*.

A *Roubaix* et à *Wervicq*, hospices desservis par des Augustines. — A *Wervicq*, Sœurs-grises.

A *Lannoy*, Croisiers et Franciscaines ; — celles-ci très-pauvres.

A *Menin*, Capucins ; à l'hôpital, Augustines.

Grandes abbayes de *Saint-Amand*, de *Cysoing*, de *Phalempin*, de *Loos*.

A *Saint-Amand*, Bénédictins. — Tristes discussions dans cette abbaye. — Son temporel en a beaucoup souffert. — Le calme y est rétabli. — Renseignements sur deux religieux sortis.

A *Cysoing* et à *Phalempin*, des chanoines réguliers sont gouvernés par des abbés.

Phalempin est soumis à son évêque. — *Cysoing* prétend ne reconnaître que l'évêque de Cambrai. — Cette prétention n'est pas fondée.

Belle abbaye de *Loos*, soumise à celle de Clairvaux. Les religieux sont édifiants.

PAROISSES RURALES.

Le diocèse est partagé en sept décanats, qui comptent ensemble deux cents paroisses, la plupart populeuses.

Il a confirmé 200,000 personnes, sa pratique de confirmer les jeunes enfants. — Il la justifie.

Fautes les plus ordinaires et besoins du peuple, des religieuses et des religieux.

Obligation imposée au clergé de prêcher.

Mesures prises pour empêcher les désordres dans les cabarets. — Travail du dimanche. — Suppression de fêtes proposée. — Mieux vaudrait célébrer les fêtes des dédicaces partout le même jour. — Différence de discipline à Tournai et Cambrai. — Dots pour entrer en religion. — Abus à réformer. — Il y travaille, mais il ne peut rien dans les maisons exemptes. — Pécule des religieuses. — Abus.

Clôture qui n'existe pas, ou qui est mal observée. — Inconvénients. — L'abbesse de Marquette prise par les Espagnols et retenue à Ypres.

Pécule chez les religieux. — Conséquences des exemptions.

Longue exposition des abus dans la résignation des bénéfices. — Il demande que le Pape y remédie, et lui suggère une mesure. — Ministère paroissial. — Cures conférées au concours. — Eloge du clergé. — Conduite à tenir envers ceux qui s'oublient. — Il consulte le Pape à ce sujet.

Ses efforts pour faire éviter les excès et pour faire porter l'habit ecclésiastique.

Erection d'un séminaire. — Comment on y forme les jeunes aspirants au sacerdoce.

Exposito civitatis Tornacensis ecclesiastico statu, Insulensem aggredior. Insulae siquidem, Beatissime Pater, ad nostram dioecesim pertinent, sollicitudinemque pastoralem.

Urbs Insulensis, si antiquitatem, nobilitatem, religionem spectemus, Tornaco longe inferior est. Tornacum enim a probatis doctisque authoribus Nerviorum populorum, qui a Caesare laudati sunt, metropolis esse creditur. Supremo franco Flandrorum senatu illustrata est, episcopali sede et cathedrali fulget ecclesia, quae a sanctissimis Piato et Eleutherio, ejus quasi apostolis, ante duodecim fere secula fundata et beatissimae Virgini sacra, mira pietate celeberrima est. Insulensis

urbs est neoterica, fuitque ante sesquiseculum exiguum et parum nobile oppidum; sed quod ad tantam opulentiam, amplitudinem, populorum frequentiam et multitudinem excrevit, ut jam a paucis civitatibus superetur.

Habet amplissimum canonicorum collegium, quorum ecclesia sub invocatione sancti Petri Deo dicata est. Praepositum habet illud collegium, decanum, cantorem, thesaurarium, scholastrum, canonicos quadraginta, quinquaginta quatuor capellanos, ultra vicarios, musicos, pueros chorales.

Praepositus a rege nominatur, decanus eligitur a capitulo. Ceterae dignitates et canonicatus octo mensibus ad plenam et omnimodam Vestrae Sanctitatis, quatuor ad praepositi dispositionem pertinent. In ea ecclesia sacellum est beatae Mariae, ut vocant, *cancellatae* sacrum[1], quod populorum vota, anathemata, praesentissima sanctissima Virginis auxilia celeberrimum reddunt.

Capitulum se ab episcopi jurisdictione subtraxit, fretum pontificio, ut praedicat, diplomate, quod a Clemente profectum est; Clementem illum intelligo, quem in Urbani sexti locum extulit cardinalium, qui ab urbe discesserant, consensio, quae diuturni ac deplorandi istius schismatis seminarium fuit, quod per annos quadraginta misere dilaceravit Ecclesiam. Illius, inquam, Clementis, qui Avenione defunctus est, bulla suam capitulum hoc tuetur exemptionem. Certe multas ejusmodi vidi illius temporis, quae parvi admodum momenti a cordatis sapientibusque viris aestimandae sunt. Non operae tamen pretium duxi me difficilis contentionis negotio implicare, ne tempus, quod utilius ad animarum salutem impendi poterat, inaniter consumerem; mihique satis esse visum est rem Sanctitati Vestrae simpliciter candideque exponere, ut pro sua summa prudentia atque aequitate, quid conducat, ipsa dijudicet, videatque utrum e re sit Ecclesiae ac Sedis Apostolicae tantam istis privilegiis, quae perturbato schismatis tempore facile a

[1]) Il s'agit de *Notre-Dame de la Treille.*

dubiis istis pontificibus plerumque ad concilianda sibi partium studia indulgebantur, praebere authoritatem, ut capitula, alioquin ordinariae episcoporum jurisdictioni jure communi subjecta, sese subducendi per ea facultatem sortiantur; praesertim quod certum sit omnia ejusmodi privilegia a Martino quinto per decretum *Attendentes*, in concilio Constantiensi, sess. 48, editum, fuisse diserte revocata, praeterquam quod vix crediderim eam exemptionis bullam, si attentius consulatur, vel a Sanctitate Vestra, vel ab aequis judicibus ab ipsa delegatis, consideraretur, non deprehensum iri in multis deficere, ex quibus eam nulli ponderis esse colligeretur.

Ceterum capitulum istud mihi amicitia conjunctissimum est; multos siquidem habet viros eximios pietate, et scientia praestantes; et, quamvis velit se gerere ut exemptum, ipsum nihilo minus visitavi, declarando duntaxat mea visitatione nihil ipsius juribus, si quae habeat peculiaria, velle derogare. Nullum tamen hactenus aut in choro stallum, aut in capitulo locum, extra visitationis actionem episcopis canonici permiserunt, quamvis episcopus Tornacensis, Brugensis, Boloniensis et Iprensis canonici sint istius capituli. Videtur porro minus rationi consonum, ut isti episcopi potiantur canonicatibus, et a choro capituloque excludantur, maxime dioecesanus.

Septem sunt omnino in ea urbe parochiae frequentissima hominum multitudine refertae. Harum pastores pii sunt, docti, suarum ovium solliciti, et erga pauperes charitate ac liberalitate laudatissimi. Ipsarum ecclesiae pulchrae sunt, nitidae, ornatae, omni supellectili instructae. Sunt in iis plures capellani atque etiam clerici, qui decantandis horis nocturnis diurnisque ex officio tenentur incumbere. Illos horistas vocant.

Cum istas parochiales ecclesias visitavi, intercessere matricularii, seu aeditui, magistratuum, quibus subsunt, authoritate suffulti; nec quidquam ex piis fundationibus aliisque, quae

vel ad temporalia, vel manu tractabilia pertineant, licet divino cultui dedicata et consecrata, meis oculis, ne dum meae censurae subjecere. Nostra super officiorum divinorum regulis, aedificiorum instauratione, paramentorum nitore, mutatione, emptione, coemeteriis, sepulturis decreta recusarunt, dixeruntque ad episcoporum sollicitudinem sola sacramenta, verbi divini praedicationem, clericorum mores pertinere; res omnes sensibiles inter res profanas censeri, et laicorum magistratuum judicio subesse. Nihil profecit ipsis exhibuisse Ecclesiae decreta sanctionesque, imo regia edicta. Non mecum dumtaxat, sed cum superioribus etiam episcopis perpetua fuit conflictatio. Verum, cum rex ista omnia quoad Tornacensem civitatem constituerit, et voluerit edictum suum ad totam dioecesim extendi, spero fore, ut haec jurgia brevi etiam Insulis compescantur.

Sex sunt nosocomia, in quibus aegrotorum curam habent moniales ordinis sancti Augustini. Eae, quae degunt in praecipuo ex ipsis, quod ab una Flandriae comitissa fundatum est, episcopi jurisdictionem et authoritatem detrectant, causatae concilii Tridentini decretum, quo statuitur, sess. 22, c. 8, *de ref.*, episcopos non habere jus visitandi hospitalia, quae sub regum immediata protectione sunt, quasi concilium voluerit, ut sanctimoniales sint acephalae, nec ullum agnoscant superiorem ecclesiasticum. Habent quidem provisores et procuratores a rege nominatos, vel ex ipsa fundatione destinatos, qui bona nosocomii administrent, sed quibus quoad spiritualia parere non teneantur. Hoc luce meridiana clarius est ex ipso fundationis instrumento, in quo comitissa, nosocomii fundatrix, omnia, quae ad episcopum de jure pertinent, illaesa servari praecipit. Quis autem dubitet monialium curam ad episcopum pertinere? Usque adeone fiet injuria concilio Tridentino, ut existimetur sanctimoniales ab ecclesiastico regimine ad laicum transtulisse? Crediderim equidem mentem concilii fuisse, ut episcopi rerum temporalium curam

dimittant in iis hospitalibus, quae sub peculiari regum tutela existunt, sed non existimem eos a suscipienda animarum cura esse liberos. Precor autem Sanctitatem Vestram, ut me super ea re edoceat. Si enim ab earum monialium sollicitudine abstinere debeam, Deo et Sanctitati Vestrae gratias agam quam maximas : est enim onus non minimum. Aliorum nosocomiorum moniales meis decretis obediunt.

Alia religiosarum monasteria, Birgittinarum, quae perpetuae parent abbatissae, Ursulinarum, Capucinarum, Coelestinarum (hae omnes claustro includuntur), Sororum Nigrarum, quae cives aegrotos curant, ac propterea liberae sunt, Magdalenarum, quae scilicet cum circa castitatem naufragaverint ad poenitentiam confugerunt, meae fidei et pastorali sollicitudini creditae sunt.

Porro, Beatissime Pater, ut ingenue fatear, non parum circa illas Magdalenas seu poenitentes anxius sum. Sunt enim liberae, et, ut Sorores Nigrae, civium aegrotorum curam gerunt. Cum autem inhoneste vixerint, videntur mihi in magno versari periculo; sed, cum non mediocri sint civibus adjumento, commoveretur universa civitas, si ad claustrum adstringerentur. Et vero ab eo tempore, quo ad episcopatum vocatus sum, nihil, quod mihi innotuerit, accidit erga eas scandalosi.

Habemus etiam Insulis Beguinagium, in quo paucae sunt Beguinae. Meae subsunt visitationi quoad spiritualia. Harum autem quoad facultates temporales curam gerunt ministri regii, quia sunt a comite Flandriae institutae seu fundatae.

Carmelitissas regunt Carmelitae Discalceati. Sorores Grisiae, quae et aegrotos curant, Clarissae Urbanistae, Pauperes Clarissae, Collectinae, Annuntiadissae, superiores agnoscunt Franciscanos Recollectos. *Abbietae*, aliaeque etiam, quae vocantur *Filiae Matris Dei*, parent Dominicanis. Sunt paulo laxioris vitae. Nihil autem novi apud ipsas quod ea sit animadversione dignum, ut ad Vestram Sanctitatem referatur, quodque tale sit, ut aures vestrae fatigentur.

Sed praetereundum non existimem, Beatissime Pater, degere Insulis a tribus annis quatuor sanctimoniales nobiles canonicas regulares, quae ex Berlaymontio, monasterio Bruxellensi, egressae sunt. Conqueruntur praepositam suam (ita vocatur ea, quae monasterium regit) suas constitutiones pervertere voluisse, seque eam plurimum et saepissime rogasse, ut ex mente fundatricis suae, comitissae de Berlaymont, stastuta servarentur illaesa; suis etiam apud Mechliniensem archiepiscopum, monasterii superiorem ordinarium, quantum potuerunt, precibus egisse, ut sua authoritate impediret, ne quid novi moliretur praeposita; sed cum nihil proficerent, tandem obtinuisse ab illustrissimo suo superiore, ut sibi liceret ad aliud monasterium transire. Venerunt Insulas; illustrissimi ac reverendissimi Mechliniensis archiepiscopi facultatem ac licentiam exhibuerunt. Eas cum charitate accepi. Sed paulo post litterae mihi redditae sunt ab eodem archiepiscopo, quibus mihi significabat se nolle, ut Insulis degerent; se tantum indulsisse, ut ad quoddam monasterium Cisterciensis ordinis, Cameracensis dioecesis, diverterent; ceterum rogare me, ne diutius in mea dioecesi eas paterer commorari. Ipsas statim adii; decretum sui praesulis iis renuntiavi. Ipsae ad lacrimas confugerunt; mihique, ut discederent, urgenti reposuerunt se tempore belli, quo Belgium universum militibus infestum erat, non audere se viae sine comite, sine pecuniis, committere. Hoc Mechliniensi archiepiscopo scripsi. Ipse viaticum misit. Sed interea apud regem nostrum egerant, ut eas pro sua authoritate in ditionis suae tractu retineret. Accepi litteras a rege, quibus eas vetabat egredi, mandabatque, ut eas in dioecesi nostra habitare paterer, et eas omnibus charitatis officiis prosequerer. Cum autem quoddam dominium ad monasterium Berlaymontium pertinens, et non longe ab urbe Insulensi situm, fisco regio jure belli paulo ante addictum esset, rex pro sua pietate ac liberalitate illud ipsum quatuor illis nobilibus sanctimonialibus fruendum indulsit. Hoc ipsum scripsi

Mechliniensi archiepiscopo; nec mihi jam liberum esse eas a dioecesi Tornacensi, imo et ab urbe Insulensi amandare. Rescripsit archiepiscopus, quandoquidem haec ita se haberent, ut saltem eas aliquo claustro includerem, in quo suis aliquo modo constitutionibus satisfacerent. Hoc ipsum praestiti, Sanctissime Pater; domum elocaverunt, in qua crates apponi curavi, ne laicis extraneisque miscerentur. Interim etiam sacellum ipsis concessi, in quo sacrum celebratur; sed ea conditione, ut nullus extraneus et laicus praeter domesticos ipsi intersit, nulla campana pulsetur, nulla crux aut monasterii nota apponatur. Mihi porro continuo supplicant, ut eas tamquam ecclesiae nostrae filias velim adoptare. Constanter renui. Aequum est enim, ut, restituta nobis divinitus pace, ipsae ad archiepiscopum, earum superiorem, sine ulla dubitatione remittantur. Sed, cum ipsae se injuriam passas esse conquerantur, credo eas in animum induxisse ad Sanctissimae Paternitatis Vestrae sinum confugere, ut a suo monasterio absolvantur, et nostrae adscribantur ecclesiae. Verum, cum ea bona, quibus nunc gaudent, pacis tempore ad nativum monasterium redire necesse sit, nec quidquam ipsis superfuturum sit, quo se ipsas sustentare possint, novae instituendae familiae rationem non provideo. Hoc Sanctitatem Vestram monendam esse existimavi, ut, si eam adeant, pro sua apostolica prudentia prospiciat, quid magis ad Dei gloriam, earumque salutem conducere videatur.

In tam ampla, magnifica, divite civitate facile intelliget Beatitudo Vestra, Sanctissime Pater, nullum deesse mendicantium religiosorum ordinem. Dominicani, Augustiniani, Recollecti, Carmelitae Discalceati Calceative, Capucini, Minimi, sua ibi quique habent monasteria, plerique gratissima et latissima; Jesuitae collegium magnificum. His addam angustum parvumque monasteriolum Fratrum tertii ordinis sancti Francisci laicorum, e manuum suarum labore victitantium. Hi subsunt episcopis, et sancte religioseque vivunt.

Satis amplum habent Hiberni in hac civitate seminarium, in quo multi christiane educantur. Sed discordiis et dissensionibus locum praebet. Cum enim illius collegii rector nolit nisi provinciae alumnos admittere; alii autem aliarum provinciarum catholici sibi injuriam inferri conquerantur, asserantque toti Hibernorum genti destinatum esse, non parvum inde inter eos oritur scandalum et jurgium, quod hactenus sopire non potui.

Nihil de iis omnibus mendicantibus Sanctitati Vestrae habeo exponendum, nisi quod de Tornacensibus exposui. Quotquot per totam dioecesim dispersi sunt, eadem adversus episcopalem authoritatem moliti sunt, quantum attinet ad approbationes et missiones, de quibus supra monui Sanctitatem Vestram. Eos paribus, ubicumque tandem sint, beneficiis benevolentiaeque testificationibus prosequor.

Passim sunt et alia hospitiola, quae instituta sunt ad varia charitatis officia exhibenda; quaedam, quae a suarum fundationum rationibus desciverant, ordini sancti Lazari unitae.

Variae hinc inde existunt scholae, tum ad puerorum, tum ad puellarum christianam eruditionem istitutae.

Suburbicaria sunt duo monasteria : unum monachorum, monialium alterum. Monachorum monasterium vocatur *Fivense;* estque membrum abbatiae sancti Nicasii Remensis, ordinis sancti Benedicti, ex congregatione sancti Mauri, strictioris observantiae. Sanctimonialium monasterium est Bernarditarum; vocatur abbatia beatae Mariae de *Marquetta.* Est opulentum, amplum, amoenum; non rigidiorem regulam profitentur sed mitigatam; non arctantur claustro, suamque consuetudine, et, ut aiunt, professione tuentur libertatem.

Post Insulensem, urbs praecipua est Cortracensis, Beatissime Pater, in qua habetur collegiata ecclesia Deo nomine beatissimae Virginis dicata. In ea tredecim existunt canonici, quorum caput est decanus. Duo sunt officia : cantoris et scholastici. Sunt viginti capellani praeter musicos et chorales

pueros. Rex dat praebendas pleno jure, duabus exceptis, quae ex fundatione Balduini, Flandriae comitis, ad episcopum pertinent. Tertia pars praebendarum adscripta est subdiaconis, tertia diaconis, tertia demum presbiteris. Ad maximam nunc paupertatem redacti sunt, quia Batavi eorum bona suo fisco addixerunt jure belli.

Unica in ea urbe existit ecclesia parochialis, duo pastores, qui suos distinctos habent tractus, et alternis in sua eadem ecclesia sacris operantur. Cumque frequens ibi sit populi, civiumque ac militum multitudo, duo pastores, paucique, quos habent, adjutores confessarii, tot curandis animabus non sufficerent, nisi adessent auxiliares copiae Jesuitarum, Recollectorum, Capucinorum, et aliquot in hospitio Dominicanorum. Est et monasterium Benedictinorum, quod vocatur *Praepositura*, et est membrum abbatiae sancti Amandi, de qua inferius.

Sanctimoniales ordinis sancti Augustini curam gerunt amplissimi nosocomii, aliae curant xenodochium. Sorores Grisiae aegrotis civibus serviunt. Hae omnes liberae sunt, nec claustro includuntur. Inclusae sunt Capucinae; et subsunt ordinariae episcoporum jurisdictioni. Carmelitissae suos, ut alibi, habent superiores Carmelitas Discalceatos. Filiae Sion habere se dicunt suum superiorem abbatem Rubeae Vallis prope Bruxellas, seque propterea ab episcopali jurisdictione esse exemptas. Est et in ea urbe abbatia Cisterciensis ordinis, beatae Mariae de *Groninghen*. Et in praesentiarum ob belli calamitates in istam urbem confugit alia communitas religiosarum abbatiae de Wevelghem, ejusdem Cisterciensis ordinis, quae in Cortracensi tractu sita est.

Haec autem duo Cisterciensia monasteria parent Clarevallensi abbati, suo immediato superiori. Sunt et quaedam pia loca, ut alibi, sed pauciora.

A novem aut decem mensibus, Beatissime Pater, inter unum ex duobus illis pastoribus, et quosdam concionatores Jesuitas

fuit satis vehemens contestatio. Pastor quasdam conciones ante aliquot menses habuerat ad populum, quibus arctam viam, quae ducit ad vitam, acri verborum gravitate auditoribus suis inculcaverat; duriori, ut ipsis Jesuitis videbatur, doctrina in dies suorum mentes et mores imbuebat[1]. Jesuitae habitis in ejusmet ecclesia concionibus, initio ipsum carpebant subobscure. Dissimulabat pastor; suos nihilominus parochianos perurgebat ad poenitentiam, nec quidquam de sua severitate remittebat. Tandem eo res progressa est, ut, cum Jesuitae graviores pastoris sermones ferre non possent, suis omnino contrarios, eum palam refellerint ex pulpito. Pastor, audita et peracta concione, sive procurandae Dei gratiae, sive ulciscendae injuriae studio, (nescio, Deus scit; hoc scio eum esse singulari virtute praeditum, suique muneris sollicitum ac studiosum) tandem conscendit pulpitum, et, extemplo habita oratione, in Jesuitae conciones invectus est, eumque plus solito indignatio fecit eloquentem. Continuo variis partium studiis scissa est multitudo. Magistratus, Jesuitarum amici, ab eorum partibus stetere, commotis populi in pastorem animis, quasi viam ad coelum praecluderet. Ipsi tamen non pauci favebant viri honestissimi. Cum tamen illius urbis gubernator prudenter timeret, ne plus aequo jurgium hoc accenderetur, et, quae videbatur initio privata rixa, in seditionem tandem exardesceret, scripsit mihi, et me, ut cito occurrerem, invitavit. Jesuitas et pastorem accersivi; eos seorsim et coram audivi. Pastor conquestus est, se ab anno et amplius convitiis et calumniis a Jesuitis concionatoribus in sua ipsius ecclesia etiam praesentem lacessitum. Injurias sibi illatas patienter et libentissime passum esse affirmavit. Sed confessus est se non potuisse ferre eas, quae Deo ipsi et ejus Evangelio illatae fuerant. Dixit Jesuitas, ut refellerent et coram multitudine irriderent, quae ipse de arcta ad coelum via ex pulpito disputarat, suis in con-

[1]) Nous ferons observer que l'évêque Gilbert de Choyseul était un des plus chauds partisans du jansénisme.

cionibus praedicasse tam latam esse viam illam, ut in gyrum per eam quadrigae possent agitari; multa declamasse ad elevandum amoris Dei praeceptum, quod a Christo Domino primum et maximum mandatum appellatur, aliaque id genus laxioris doctrinae argumenta iis objiciebat. Negabant Jesuitae se unquam pastorem calumniatos esse. Fatebantur equidem se aliquando praedicasse periculosum esse arctiorem viam ad coelum fingere; arctam quidem esse, sed non arctissimam. Asseruerunt se nihil adversus charitatis praeceptum docuisse; verum quidem esse se doctrinam de attritione ex metu gehennae conceptam tanquam veram tradidisse. Cetera excusabant, negabantve. Leniter objurgavi pastorem, quod tam facile pulpitum adversus Jesuitas conscenderit, atque eum tantus animi aestus abripuerit. Ipsi dixi, se debuisse me monere, me advocare, meum adventum opperiri, et interea injurias dissimulare, premere silentio, et animo revolvere istud ipsiusmet Dei : *Mihi vindicta, et ego retribuam*. Mea monita summa cum animi demissione accepit; reposuit nihilominus se credidisse, ni refelleretur Jesuitae doctrina, putaturos fuisse omnes eam a se approbari, cum tamen existimaret suis ovibus maxime noxiam. Jesuitas etiam peramanter monui non tam facile esse laxioribus opinionibus indulgendum; sine dubio arctam esse viam, quae ducit ad vitam, hoc ipsum Christum docuisse; quod vero ad amorem Dei attinet, certum esse neminem sine charitate posse ad vitam ingredi, cum dicat Christus : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*, et addat alibi mandatum primum ac maximum esse, ut diligamus Deum ex toto corde nostro. Jam vero quod attinet ad doctrinam de attritione et contritione, ipsis significavi, quamvis post Alexandri septimi decretum, nemo debeat eam, quae attritioni favet, condemnare sententiam, tamen, cum iste Pontifex Maximus neutram definierit, incertum esse, utra vera sit; si vero necesse foret ex Dei decreto et praecepto, ut ad justificationem dolorem de peccato purus amor eliceret, vel certe iste dolor cum aliquo amore

conjunctus esset, contrariam opinionem, quantumvis ipsa authorum multitudine et mole probabilis censeretur, nihil profuturam peccatori, ut cum Deo rediret in gratiam, cum neque scriptorum authoritas, neque rationes et argumenta, quae suggesserit cupiditas, quidquam ex Dei constitutione possint detrahere; atque adeo clarum esse, et poenitentes, et confessarios in eo casu cum sua probabilitate fore peccato, et reprobationi obnoxios. Quare ipsis, quam voluerint, e duabus contrariis sententiis speculative amplectendi libertatem quidem reliqui; sed declaravi eos, ut in praxi certiorem securioremque sectarentur, teneri, ne meorum salus, de qua rationem a me repetet Deus, ex eorum consilio periclitaretur; ceterum me optare, ut, dum concionarentur, frequentius ad Dei amorem suos hortarentur auditores.

Hinc inde verba mea bene exceperunt, monitionibus mandatisque meis, quae rationi, religioni, Dei gloriae consentanea ipsis visa sunt, se obtemperaturos esse receperunt, cumque mutuis se amoris testificationibus pastor et Jesuitae prosequerentur, seque cum maxima animorum consensione mutuo amplexarentur, ipse pulpitum conscendi, et postquam multa de legitima ad jubilaeum, quod tunc temporis Vestra Sanctitas nobis indulserat, praeparatione dixissem, tandem multitudinem hortatus sum, ne ultra concionatorum suorum contentionibus moveretur; me ipsos ultro citroque audivisse; eadem omnes sentire; etsi alii severiores, alii mitiores visi essent, omnes tamen servasse mutuam charitatis concordiam; sanctum olim Cyprianum, dum de pace lapsis a martyribus concessa loqueretur, faciliorem eorum indulgentiam paulo gravioribus etiam verbis objurgasse, quamvis non desisterent esse martyres, et proprio sanguine, suis etiam suppliciis adhuc superstites, gratiam Dei promeruissent; ita etiam, etsi alii aliis aut facilitatem, aut severitatem, aliquo modo exprobrassent, hoc ab eodem charitatis sensu profectum esse, dum scilicet alii faciliorem martyrum indulgentiam, alii sancti

Cypriani fortitudinem imitarentur; Zachaeum statim gaudentem hospitio excepisse Christum, centurionem humili timore recessisse, ambos autem initio peccatis miseros, ut ait sanctus Augustinus, ambos misericordiam consecutos diversis et quasi contrariis rationibus; porro et pastorem et alios concionatores in posterum fore unius labii et sermonum eorumdem, sicut eorum cor erat unum et anima una, eadem scilicet charitas, qua ardebant, et ad Dei gloriam, et ad proximi salutem promovendas. Hac oratione, Sanctissime Pater, compressi sunt animorum aestus et impetus. Cum autem existimassem e re esse publicae quietis et ecclesiae Cortracensis tranquillitatis, ut tum pastor, tum Jesuitae pollicitationibus ac promissis, quibus me eorum nomine populo obligaveram, adstipularentur, ipsis utrimque scripto reliqui, quae singuli palam testari tenerentur, cum primum conciones essent habituri. Cum vero animo perpendissem hoc posse eis occasionem praebere latius, quam par erat, excurrendi, et aliquid subobscurius ingerendi, quod ignes nondum forte omnino sopitos exsuscitaret, ipsis potius super ea re silentium injunxi, scripsique ad illos communem epistolam, cujus hic transscriptum adjungo. Rescripsit porro rector collegii Cortracensis; ejusque etiam epistolae exemplar mitto ad Vestram Sanctitatem. Cum vero rectoris epistola me videretur urgere et impellere ad meam mentem ipsi super gravissimi momenti quaestione aperiendam, ne veritatem in injustitia detinerem, prolixiorem ad eum misi responsionem, quam omnino Vestrae Beatitudinis judicio submitto, paratus scilicet (quamvis me spiritum Dei habuisse existimem ad eos, qui meae fidei crediti sunt, christiane instituendos) sententiam mutare, si me in aliquo hallucinatum esse docuerit paterna charitas sanctissimaque Vestra Beatitudo.

Oppida Harlebecae, Comminii, Seclinii, sua etiam habent canonicorum collegia, quae subsunt visitationi et omnimodae jurisdictioni episcopi.

Harlebecensis capituli caput est praepositus; secundas partes obtinet decanus. Sunt in eo collegio tredecim canonici, quorum praebendae, cum vacant, a Sanctitate Vestra conferuntur octo mensibus, quatuor vero aliis mensibus a praeposito. Ex illis tredecim praebendis una est annexa mensae episcopali, altera praeposituræ, adeo ut undecim tantum restent a Vestra Sanctitate et a praeposito conferendae. Sunt duodecim capellani, qui ecclesiae continuo tenentur inservire. In eo oppido habetur xenodochium episcopo subjectum, quod tenetur a monialibus ordinis sancti Augustini.

Comminii sunt dumtaxat septem canonici, e quorum numero decanus est. Hujus capituli praepositus est ipsemet episcopus; a quo decanatus et praebendae pleno et ordinario jure conferuntur, et ipsius mensae, praeter septem canonicorum praebendas, quatuor portiones annexae sunt. In eo oppido jacet xenodochium, quod episcopum agnoscit superiorem. Hoc autem curant ordinis sancti Augustini religiosae. Ibidem est monasterium Grisiarum, ut vocant, Sororum, quae Franciscanis Recollectis obediunt.

Secliniensis demum capituli sunt novemdecim canonici. Prima vel dignitas vel persona est praepositi, secunda decani, tertia scholastri, quarta cantoris. Ad Vestrae Sanctitatis octo mensibus, quatuor ad praepositi collationem pertinent praebendae et dignitates, seu personatus, exceptis praepositura, quae ex indulto apostolico ad regem spectat, et decanatu, qui est penes canonicos eligentes, sicut et duae praebendae ex novemdecim. Episcopus debet gaudere fructibus unius praebendae. In istius capituli ecclesia asservatur corpus sancti Piati, de quo superius mentio facta est. Ad canonicorum sedes in choro admittuntur pastores in tribus his collegiatis ecclesiis.

Prope Seclinium est praeclarum nosocomium religiosarum sancti Augustini, quae episcopi jurisdictionem detrectant, sicut et moniales alterius etiam nosocomii, quod vocatur *Theomolinum*, ejusdem ordinis. Suntque ambo nosocomii Insulen-

sis, quod *Comitissae* nuncupatur, examina, atque adeo eadem ratione suam praetexunt exemptionem.

Turcondii, quod est oppidum duodecim hominum millibus refertum, sunt sorores tertii ordinis sancti Francisci, quae curam habent hospitalis, et parent episcopo. Ibi existit Recollectorum monasterium, ut pastori suppetias veniant.

Orchiae, quae est civitatula, sui sunt Capucini, suae Sorores Grisiae sub Recollectorum regimine.

Isenghemii sunt sorores etiam a Recollectis gubernatae.

Robaci et Viroviaci (sunt duo latissima et amplissima oppida) existunt xenodochia, quae episcopo subsunt, et eorum curam gerunt moniales sancti Augustini. Viroviaci autem praeter istas moniales sunt et Sorores Grisiae, Franciscanis religiosis subditae.

In urbicula de Lannoy est monasterium Cruciatorum satis exiguum, et sororum tertii ordinis sancti Francisci hospitalariarum, quae episcopum habent superiorem. Ipsae sunt ad magnas egestatis angustias redactae, adeo ut, si fieri posset, delendum esset omnino istud monasteriolum prorsus inutile, imo noxium, et quod vertitur quodammodo in religionis opprobrium.

Tandem Menenis (erat urbs satis celebris et munita, sed cujus ante aliquot annos diruta sunt propugnacula) sunt Capucini, et xenodochium monialium sancti Augustini.

Praeter ista monasteria tum virorum, tum mulierum, extra civitates praecipuas sita, partim episcopo subdita, partim ab ejus authoritate subducta, sunt et alia amplissima, et quae ceteris omnibus longe praecellunt, abbatiae scilicet Sancti Amandi, Cysoniensis, Phanopinensis, Laudensis.

Prima est sancti Benedicti monachorum, quae tam magnificis aedificiis splendet, ut regia potius quam abbatia esse videatur. Ditissima olim fuit; sed deplorandis contentionibus et discordiis adeo concussa est, ut cum per diversa partium studia varii subinde superiores depositi, suffecti, restituti, iterum

destituti, ut suam quique tuerentur authoritatem, ingentibus donis magnatum benevolentiam conciliarent, aere alieno ita bona monasterii obstrinxerunt, et sylvas, quarum maximus erat proventus, adeo depopulati sunt, ut vix supersint necessaria ad alendam quinquaginta monachorum familiam, ceteraque monasterii onera sufferenda, praesertim hoc belli tempore, quo fere nemo suis facultatibus gaudet[1]. Istud monasterium, postquam diu defunctus abbas per summam ambitionem, subjectionis, ut ait sanctus Bernardus, impatientem, diu cum superioribus episcopis de jurisdictione luctatus esset, tandem legitimam et ordinariam episcopi authoritatem agnovit, atque novus abbas suorum monachorum consilio, consensu et assensu fretus, ab episcopo electionis et nominationis suae confirmationem, nec non benedictionis gratiam petiit et adeptus est; ac suorum antecessorum more nostrae ecclesiae tributum ultro praestitit, ratus se nonnisi injustissime diutius litigaturum, cum nec titulo nec possessione se tueri posset. Si monachi non arctiorem quidem regulae rationem profitentur, attamen non solum extra scandalum, sed et pie religioseque vivunt. Inter eos plures eximie docti sunt; nullus, qui non aliqua litterarum laude dignus sit. Porro, Beatissime Pater, dum nondum istud monasterium tantopere aere alieno esset obstrictum, defunctus abbas monasterium seu abbatiam monalium sui ordinis olim fundavit et erexit, in quo degunt sanctissimae religiosissimaeque virgines, arctioris regulae studiosae. Episcopo subditae sunt, sitae prope monachorum monasterium. Sed, cum ipsae claustro inclusae sint et raro monasterio egrediantur monachi, nulla cum ipsis familiaritas intercedit.

Quamvis, Beatissime Pater, Sanctitati Vestrae jamjam testatus sim Sancti Amandi monachos pie religioseque vivere, ex iis tamen quosdam defecisse lugeo, et cum animi moerore Beatitudini Vestrae cogor aperire. Domnus siquidem Casimirus Graiewski, presbyter, qui defuncto quondam abbati fuit a

[1]) Voyez sur ces différends *Analectes*, II, p. 361 et sv.

secretis, cum liberiori vivendi rationi assuetus esset, ob frequentiam tum negotiorum, tum peregrinorum et hospitum, quibus varia officia exhibendi identidem provinciam abbas demandabat, ita, vivente abbate, monachalem animum exuerat, ut vix ullis, ipso mortuo, monasterii legibus astringi se passus sit. Unde in varias violentasque praevaricationis vitiorumque suspiciones incidit; quod mihi monasterium ex officio visitanti alii monachi declararunt. A me et a novo ejus abbate correptus, nostra monita semper aspernatus est, ac, ruptis tandem obedientiae verecundiaeque repagulis, fugit e monasterio. Accepimus autem eum jam satis a longo tempore Romae degere. Utrum ab Apostolica Sede suae defectionis veniam obtinuerit, et Romae commorandi ipsi facultas indulta sit, ignoro. Hoc vero Sanctitatem Vestram magna cum animi demissione monendam esse existimavi, ne ipsi per hypocrisim obrepat, et decretum aliquod subripiat, quo suum crimen speret praetexere.

Alius ejusdem monasterii monachus (hunc vocant domnum Martinum Morel) cum diu Madritti et Romae vixisset, dum scilicet defunctus abbas cum suis monachis, et simul cum antecessoribus meis disceptaret, ac post abbatis sui mortem ad monasterium redire coactus esset, nec vellet tamen amplius sese monachali jugo submittere, tamdiu suum abbatem fatigavit, ut ad Cortracensem praeposituram ipsum dimiteret. Sed cum aegre ferret sibi superiorem anteferri, ambiretque ipse praeposituram, adeo despexit praepositum, ut ejus non solum detrectaret disciplinam et praeceptiones, sed ipsum plane derideret; quod, cum dissimulare non posset praepositus, eumque poenitentiae subjiceret, monasterium ultro deseruit; quo accepto, ejus abbas a me facultatem petiit, ut ab uno ex curiae nostrae episcopalis apparitoribus ad suum monasterium duceretur. Captus ipse, et in carcerem detrusus, occulta machinatione carcerem fregit, viam fugiendi sibi aperuit, ac tandem erupit. Ignoramus, ubinam gentium impraesentiarum sit.

Ceterum, cum diu Romae manserit, forte ad Urbem revertetur. Quaeso autem etiam atque etiam Sanctissimam Paternitatem Vestram, ut, si Romam adveniat, ad suum abbatem authoritate apostolica redire compellatur.

Monasterium Cysoniense et Phanopinense sunt canonicorum regularium, qui abbatibus perpetuis subsunt. Phanopinensis abbas cum suis canonicis omnino episcopo subditus est. Cysoniensis detrectat dioecesani episcopi authoritatem, et se subdit archiepiscopo Cameracensi; quod utrum canonicum sit, judicabit Sanctitas Vestra, aequitatis atque ordinis ecclesiastici amantissima.

Parebat olim archiepiscopo Remensi Cysoniensis abbas cum suis canonicis, quia, cum primus hujus monasterii abbas ad Remensem archiepiscopatum evectus fuisset, potitus archiepiscopatu abbatiam non dimiserat; ac propterea ejus canonici regulares nullum agnovere alium superiorem. Quod cum dissimularent episcopi Tornacenses, et potius dormirent, ut verbo utar evangelico, paulatim archiepiscopi Remenses sibi hanc authoritatem, spretis Tornacensibus praesulibus, arrogarunt. Inveni tamen, Sanctissime Pater, quaedam acta, quibus, cum suam jurisdictionem repetiissent Tornacenses, ipsis etiam vindicata est. Adversus autem hoc privilegium a multis retro seculis perpetuo reclamatum est. Nolunt tamen Cysonienses ad pristinum et nativum statum redire. Archiepiscopi, cum hoc monasterium in alia dioecesi situm sit, raro de ipso cogitarunt, adeo ut non minima indigeat reformatione. Ut ut sit, Beatissime Pater, si vere et canonice olim Remensi archiepiscopo subditum sit, non video, quo quaesito colore, subdatur Cameracensi. Poterat propter sedis Remensis dignitatem, sanctitatem, antiquitatem ipsi subesse. Cum autem Cameracensis episcopus nuper, elapso seculo, pallio auctus sit, quid juris inde in abbatem Cysoniensem ejusque canonicos adeptus est? In bulla, cujus virtute episcopalis ecclesia in archiepiscopalem erecta est, ne verbum quidem reperire est de Cysonio. At pri-

vilegia sunt stricti juris, nec quisquam ea ratiocinationibus, aut consecutionibus assequitur. Non video igitur, cur Cysoniensis abbas detrectet obedire suo dioecesano episcopo, et alienum quaerat contra canonum disciplinam? Quod si forte dicatur praescribi per centum annos jurisdictionem, ut hoc verum sit, certe necesse est, ut sit pacifica ejus possessio. At perpetuo reclamarunt episcopi Tornacenses. Quamvis ergo nihil adversus hanc injustae et malae fidei praescriptionis regulam opponeretur, profecto nulla censeri potest praescriptio, ubi perpetua est adversus illam reluctatio.

Laudensis demum abbatia Cisterciensis est, et Claraevallensi archimandritae subjecta; praeclarissima vero abbatia, augustissimum templum, magnifica aedificia, amoenissima viridaria, casti religiosique monachorum mores, quamvis non ad severioris regulae normam.

Venio jam, Beatissime Pater, ad rusticanas vicanasque ecclesias.

Tota dioecesis in septem decanatus, quos christianitatis vocant, distributa est. Hi autem ducentas parochiales ecclesias complectuntur. In plerisque parochiis frequentissima est populi multitudo, adeo ut dioecesim lustrans ducenta circiter hominum millia sacro chrismate perunxerim.

Meam porro hujus sacramenti administrandi rationem Sanctitati Vestrae aperiendam esse existimo. Non solum adultos, Beatissime Pater, sed etiam infantes confirmare soleo. Hoc autem ideo facio, Sanctissime Pater, primo, quia certum est olim hoc sacramentum collatum esse statim atque infantes sacro baptismatis lavacro renati fuerant. Nihil ergo repugnat ex parte sacramenti, quominus in infantes tantum beneficium conferatur. Secundo, liber pontificalis, authoritate pontificia editus, et quo passim utimur ad nostra episcopalia munia obeunda, indicat infantes etiam esse confirmandos, dum caeremonias praescribit alias ad puerorum et infantium, alias ad adultorum confirmationem. Nihil ergo obstat,

etiam ex mente praesentis Ecclesiae. Tertio, hanc consuetudinem in hisce regionibus reperi. Nihil ergo scandali hanc praxim parituram esse existimem. Quarto, quamvis pastoribus disertissime praecipiam, ut catechismo et exomologesi obviam eant istius sacramenti violationi, et sacrilegiis, quae circa illud passim admittuntur, quia tamen magna nihilominus fit ipsi saepissime injuria, et in indignos confertur, ut saltem certior sim etiam me illud ipsum in dignos collaturum, libenter ungo infantes, quia, cum per gratiam baptismalem sint Deo acceptissimi, tantum abest, ut ipsi sacramento faciant injuriam, ut potius ab ipsis debitus ei honor exhibeatur. Quinto demum, cum hic versemur in perpetuo bellorum periculo, non existimo negligendam esse hujus sacramenti suscipiendi occasionem. Quis scit enim, num bello brevi devastanda sint ea loca, in quibus libere illo jam munere officioque defungor? Istae me rationes commoverunt, Beatissime Pater, ad confirmandos etiam infantes recens baptizatos aeque ac adultos. Ea tamen utor cautione, ut confirmatorum simul et baptizatorum catalogus in commentariis ecclesiae asservetur, ne quis bis illud sacramentum recipiendi periculo obnoxius sit.

Nunc operae pretium esse existimo, Beatissime Pater, Sanctitati Vestrae exponere, quid ut plurimum populus, moniales, religiosi, peccent, quaenam remedia ipsis coner adhibere, quaenam demum sint meae agendi sentiendique rationes.

Sane, Beatissime Pater, cum *fides* sit, ex Apostolo, *sperandarum substantia rerum*, totiusque salutis fundamentum; cumque, ut docet idem Apostolus, *sine fide impossibile sit placere Deo*, deprehenderemque ab episcopatus mei primordiis ex neglecta diuque interrupta catechismi traditione plebem passim rudimenta fidei ignorare, statim atque ad hanc dioecesim accessi, decreto publico sanxi, ut singulis diebus dominicis festivisque pastores, eorumve vicarii, doctrina christiana

populum instruerent, paterna pastoralique severitate minatus, ni facerent, censuras ecclesiasticas. Paruere felicissimo omnino successu; lustrando quippe deinde dioecesim, multis in locis inveni rudiores fidei principia edoctos, et spero fore, ut melius in posterum instruantur.

Commessationibus et compotationibus ita addicti sunt hujus septentrionalis tractus populi, ut citra miraculum vix sperem eos ab illo vitio omnino abstenturos. Certe viris ecclesiasticis hujus peccati horrorem, quantum in me est, incutio, ut ipsi non modo sobrietati studeant, sed et populos suae fidei creditos abstrahant ab ebrietate. Cum vero in prima generali, quam habui, synodo pastores conquesti essent, passim puellas a viris adolescentibus ad popinas abduci, in quibus non sobrietas modo, sed et pudicitia periclitaretur, cavi sanctione publica, ne puellae cum viris adirent ista loca; ni parerent, ipsis ingressu ecclesiae interdictum iri declaravi. Abstinuere multis in locis, ac praesertim ubi pastores sui officii suorumque salutis fuere studiosi. Multis equidem displicuit ista praeceptio. Sed cum clamet Apostolus : *Si hominibus placerem, Christi servus non essem*, satius esse duxi incidere in manus hominum, quam legem Dei derelinquere.

Ut Belgium continuo bello agitatur, ita et vix usquam Ecclesiae legibus satis continetur, ut ejus populi diebus dominicis ac festivis a servilibus operibus abstineant. Causantur equidem ut plurimum, ea esse omnino necessaria; sed saepe necessitatis specie sibimet indulget cupiditas. Ut autem ista tolleretur, vel certe minueretur peccandi occasio, etiam saepe nobis suggessere nostrae dioecesis synodi, ut plura festa tolleremus, imprimisque dedicationum solemnitates ad unum pro tota dioecesi diem redigerentur, cum iis diebus non tam servilibus operibus, quam compotationibus, choreis, lusibus scandalosis, jocationibus, ac omnino genio indulgeant.

Certe mensium julii, augusti, septembris vix ac ne vix

quidem, ulli dies feriati sunt, quantumvis eos sanctificare et celebrare praecipiat Ecclesia, populo vel suis laboribus occupato, vel religioni minus intento quam cupiditati; adeo ut operae pretium existiment universi, omnia ista festa liberae uniuscujusque pietati relinquere, vel praecipua, ut apostolorum, ad proximam dominicam transferre. Difficile tolleretur festum S. Laurentii propter vigiliae jejunium; videreturque propterea ad diem dominicum transferendum. Porro, cum nostrae civitatis Tornacensis pars, quae est ultra Scaldim, pareat archiepiscopo Cameracensi, tribus paschalibus et pentecostes feriis opera servilia ipsis sunt prohibita, cum apud nos non prohibeantur, quod valde populum conturbat.

Quamvis autem ista festorum abolitio atque suppressio mihi ad Dei gloriam animarumque salutem utilissima esse videatur, ea tamen, inconsulta Vestra Beatitudine, hactenus exequi nolui, Sanctissime Pater; sed precor, ut mihi suam super ea re mentem aperiat.

Quod pertinet ad moniales, Beatissime Pater, hoc unum me valde sollicitum tenet, quod, quantumvis ceteroqui piae, religiosae, sanctae, vix ullam unquam ad suos conventus, suasque familias admittant, nisi facta dotis conventione; quod secundum canones et melioris notae scriptores ecclesiasticos non eximitur a simoniae labe. Fateor equidem, nec credo, quemquam diffiteri posse, quando non sufficiunt monasteriorum redditus, posse aliquid moderatum accipi ad legitima professurae alimenta. Nec enim licet Deum tentare miraculorum expectatione. Sed quando pinguia sunt monasteria, et certum possunt religiosarum numerum alere, non video, quibus conscientiae regulis inniti possint, ut dotes exigant. Hoc fit nihilominus frequentissime, Beatissime Pater, et saepius, quo ditiora sunt monasteria, eo majores dotes postulantur, adeo ut eo certior existimari videatur vocatio, quo per ampliora munera habitus professioque religiosa ambiuntur. Sane moniales, quae meae jurisdictioni subsunt, aliis

documentis conor imbuere. Sed, quae exemptae sunt et superioribus regularibus parent, vix eam, quam modo exposui, regulam audire volunt, nedum sequi. Cum enim apud ipsos regulares cujuscumque ordinis raro quisquam sine dote admittatur, nec etiam improbant id fieri apud moniales sibi subditas. Non dubito porro, Sanctissime Pater, quin hoc Sanctitati Vestrae valde displiceat. Cum vero non in Belgium tantum, sed in totam ferme Ecclesiam hic error irrepserit, si aliquo publico et generali decreto suam mentem vellet aperire, hoc religioni maxime profuturum sperarem.

Est quidem et alius non minimi momenti error apud plerasque moniales, quem vix cum paupertatis voto cohaerere crediderim. Animadverti quippe, Beatissime Pater, eas apud se nihil proprii retinere, sed cum vel a suis familiis, vel aliquando ab amicis pensiones habeant, eas quidem videntur dimittere; sed tamen revera retinent ut suas. Eae enim apud priorissam deponuntur. Cum autem vel edulia, vel aliqua alia, quae ipsis placuerint, comparare in animum induxerint, petunt a priorissa pecunias, quae nunquam denegantur ipsis, donec exhausta fuerit ista summa, quam singularum nomine accepit, adeo ut, ficta paupertatis specie, revera indulgeatur proprietati, quam sanctus Benedictus nequissimum vitium in sua regula nuncupavit. Equidem in pluribus episcopali sollicitudini creditis monasteriis hanc, ut ita loquar, paupertatis larvam et hypocrisim reperi. Sed cum in visitationibus veritatem sanctimonialibus aperuerim, fere omnes ultro suo voto satisfacere se velle responderunt. Quaedam paulo duriores authoritate compulsae sunt. Ceterum Ursulinae, Coelestinae, Capucinae, Benedictinae, nonnullae etiam sancti Augustini canonicae regulares, quae nostrae authoritati ordinariae subjectae sunt, nunquam a suo paupertatis voto deflexerunt, sicut et Carmelitissae Discalceatae, Pauperes Clarissae, atque, ut opinor, Urbanistae, quae parent Recollectis. Ceterae autem cum et superiores habeant, qui et ista peculia permittant iis,

quos habent in propriis monasteriis inferiores et subditos, neque etiam aliam viam sequuntur. Nullum vero efficacius remedium huic malo adhibendum animadverto, Sanctissime Pater, quam si eodem decreto, quo de dotibus tum monialibus, tum ipsis monachis et religiosis, sive mendicantibus sive non mendicantibus, persolvendis, suam mentem suamque doctrinam explicaret Vestra Beatitudo, ipsa etiam peculia ita improbaret, ut pronunciaret securam nullius esse conscientiam post paupertatis votum, cui aliunde quam ex communibus sine fuco monasterii bonis et facultatibus quidquam suppeditaretur.

Non me etiam mediocriter angit, Sanctissime Pater, illa libera facultas extra monasterium evagandi, et intra monasterium laicos excipiendi, qua plurimae moniales potiuntur. Verum quidem est eas, quae hospitalitati addictae sunt, vix posse claustro astringi, quamvis et quaedam in Gallia inclusae sint. Sed, cum plures aliae aegrotis non inserviant, quibus tamen egredi et extra septa monasterii obambulare liberum est, nescio qua ratione, post concilii Tridentini apud Belgas recepti decretum, possint tuta conscientia ea uti libertate, ut jam superius insinuavi Sanctitati Vestrae. Verum cum istae non pareant episcopis, etsi clausurae cura ipsis a synodo Tridentina demandetur, sua tamen se possessione tuentur, et superiorum suorum regularium authoritate. Certe, Beatissime Pater, fere jam ab anno jure belli capta est abbatissa de Marquetta, cum iter faceret sine salvo conductu, et ab Hispanis ducta est Ipras, ubi captiva etiamnum detinetur. Et, dum haec scribo, accipio non sine moerore quoddam in alio monasterio scandalum, ad quod tollendum instanter evocor, adeo ut intelligam, Sanctissime Pater, libera ista religiosarum monasteria nunquam vacare periculo.

Ut etiam aliqua de monachis religiosisque viris delibemus, abbates, qui meo subduntur regimini, jam sine dotibus admittunt religiosos, et paulatim a suis subditis amandant pe-

culia. De iis autem, praeter ea, quae jam Sanctitati Vestrae significavi, nihil ultra habeo, quod referam. Certe mendicantes, saltem eorum plurimi, suis, ut supra dixi, permittunt peculia. Omnes, Capucinis exceptis et forte Recollectis, dotes accipiunt. Ceterum extra scandalum vivunt.

Jam agam de clero nostro, Sanctissime Pater. Ne autem veritatem in injustitia detineam, sincere dicam unum me non mediocriter angere, quod tamen hic vix ab ullo hactenus etiam perspicaci et cordato viro malum creditum fuerat; tanta vis est consuetudinis! Sed cum nulla consuetudine, quod per se malum est, malitiam exuat, aperiam, Sanctissime Pater, quod me sollicitum tenet. Expecto autem a Vestra Sanctitate solatium. Cum primum ad hunc episcopatum nominatus sum, monuit me rex noster christianissimus, ut sedulo praeviderem, qua ratione in hac dioecesi de beneficiis ageretur; dixitque mihi se accepisse, circa ea quoddam commercium exerceri, quod ipsi simoniam valde redolere videretur. Jussit, ut ea de re interrogarem ejus confessarium (is erat tunc temporis pater Annatus, Societatis Jesu), qui totius rei gnarus erat. Retulit pater Annatus se revera regem hac de re certiorem fecisse, quod existimaret eum teneri pro authoritate sua omni simoniae suspicioni obviam ire, praesertim cum in pluribus Belgii ecclesiis beneficia ad ipsum pleno jure pertinerent ex fundatione, in aliis jure regaliae, vacante sede episcopali. Significavit mihi pater Annatus se audivisse non solum in dioecesi Tornacensi, sed per totum Belgium fere in omnibus capitulis statuto cautum esse, ut nullus canonicus admitteretur, nisi praestito prius juramento praebendam suam nulla pensione oneratam esse; plurimas tamen identidem onerari; ut autem se a perjurio eximerent, et tamen resignantes suis commodis non privarentur, pensiones quidem obtineri a Sancta Sede (cui ejusmodi statutum penitus esset ignotum); sed eas redimi, antequam ii, qui praebendas obtinuissent, se recipiendos sisterent capitulis.

Cum autem illa pensionis extinctio libera non esset, se non videre aiebat pater Annatus, qua ratione differret ab emptione, atque adeo simoniaca non esset praebendarum adeptio, etsi quodam quaesito colore larvata. Subjungebatur ab iis, qui patrem Annatum, et per eum regem, monuerant, in diversis ecclesiis sive collegiatis, sive aliis, in quibus forte non habebatur tale statutum, et in quibus poterant solvi pensiones sine ulla redemptionis necessitate, alia quadam machinatione solere eam extorqueri, cum obligarentur resignatarii, qui sub onere pensionis beneficium adipiscebantur, ad cautionem, quam vocant bancariam, suppeditandam; et ne periclitaretur bancarius, sive publicanus, qui se vadem praestiterat, vi quadam adigerentur ad deponendam apud eum summam, quae par esset solvendae decem annorum pensioni; et rursum adjiciebatur eos, qui publicanis talia deposita crediderant, satius existimare ipsa dimittere pensionariis ad pensionum extinctionem, quam solvendo interea annuatim pensiones illa inutilia et sine fructu relinquere; adeo ut, qua tandem ratione volveretur iste beneficiorum obtinendorum modus, excusari non posset. Sane, Beatissime Pater, primo monitus a rege, et ab ejus confessario, tum experientia doctus, in iis ecclesiis, quarum ego beneficia confero, suspectum istud commercium impedivi, quia sive in permutationibus admittendis, sive cum bullae ad officialem nostrum remittuntur, tam praecisis juramenti formulis adstringuntur ad beneficia admittendi, ut aequivocatione nulla possint nobis imponere. Cum autem circa juramenta magna sit apud Belgas religio, beneficia deserunt potius quam pejerent. Eas vero ecclesias, quarum praebendae aut alia beneficia ad me non spectant, nondum potui hac negotiatione omnino expurgare. Quaeso autem, Sanctissime Pater, et supplex rogo Sanctitatem Vestram, ne moleste accipiat, si ipsi aperiam eos praesertim hanc mercaturam exercere, qui Romae commorantes, ut vacatura beneficia ad Sanctitatis Vestrae collationem pertinentia, aucupentur. Cum au-

tem semel obtinuerunt, nihil aliud cogitant, quam ut resignent, retentis cum ista bancaria cautione pensionibus; hoc est, ut earum extinctionibus revera emantur beneficia. Hoc autem apud omnes probos hic non mediocre scandalum parit. Sciunt equidem universi, Sanctissime Pater, hoc penitus latere Sanctitatem Vestram, et eos, qui ab ea providendis rebus ecclesiasticis praeficiuntur; nihilque hujusmodi nisi per subreptionem obtineri. Sed vobis hoc aperire me debere arbitratus sum, ne in tremendo Dei judicio mihi silentium meum exprobret religiosissima Vestra Beatitudo, et cogar dicere : Vae mihi, quia tacui. Ceterum, Beatissime Pater, cum huic veluti nundinationi assueti essent hujus dioeceseos, sicut et totius Belgii, totiusque, ut accepi, Germaniae ecclesiae clerici, non mediocriter molesta ipsis visa est super ea re mea doctrina. Sed, cum prima hac de re monitio a rege, quem et prius pater Annatus Jesuita monuerat, profecta sit, multorum ora obstructa sunt. Porro, si Vestra Beatitudo decreto publico et generali declarare vellet se accepisse plures vel consuetudine vel consiliis persuasos dimisisse aut adeptos esse beneficia cum pensionis extinctione, vel pecunias aut munera etiam titulo gratitudinis ob data vel accepta beneficia recepisse vel dedisse, quae omnia simoniaca sunt, vel certe non vacant gravi simoniae suspicione; quia tamen plerique in hunc errorem non mala fide impulsi sunt, sed decepti et incauti, eos etiam, in quantum opus est, Vestram Sanctitatem se de novo beneficiis donare sine restitutionis onere, et cum ipsis super canonum decretorumque pontificiorum rigore dispensare, ipsos dumtaxat ad poenitentiam adhortando, ipsisque ac omnibus aliis declarando, quod, si iterum hoc admittatur, non parcet, clare statuendo neminem unquam debere ullum beneficium obtinere ea mente, ut pensionem extinguat, aut aliquid quocumque nomine aut quaesito colore det aut accipiat pro ullius beneficii adeptione, resignatione, permutatione, collatione, et quidquid aliud Vestrae Beatitudini adjicere

visum fuerit; certe multorum conscientias sublevaret Vestra Beatitudo, saluti plurimorum consuleret, et in posterum corruptissimae obviam iret consuetudini, quae certissime ea ratione foret abolenda. Veniam precor, Sanctissime Pater, quod tam libere meam mentem aperiam. Sed, ut vere loquar, charitas Christi urget me.

Si a canonicis aliisque simplicioribus beneficiatis ad pastores transeam, quae circa eos geruntur relaturus, dicam, Beatissime Pater, cum pastoratus seu parochiarum curae non nisi per concursum in hac dioecesi obtineantur, pastores et vicarios aliosque presbyteros pastoratus oppetientes ut plurimum habemus et scientia et virtute praeditos. Duos tamen aut tres habuimus sacerdotes, proh dolor! ab eo tempore, quo hujusce ecclesiae factus sum episcopus, qui carnis desideria secuti, cum sui sceleris poenas luere pertimescerent, ad Batavos, vae nobis miseris! nimium vicinos, cum suis pellicibus defecerunt. Hi suam quidem expleverunt libidinem; non tamen circa fidem naufragaverunt. Duo jam ad poenitentiam redierunt; tertium expecto, quippe qui illustrissimi reverendissimique archiepiscopi nostri Cameracensis opem imploravit, ut mihi significaret se delicti sui poenitere. Duos primos diu abstentos monasterio inclusos detinui, donec, acta justo tempore poenitentia, ecclesiasticae communioni ex congregationis nostrae dioecesanae consilio restituendos esse judicaverim.

Mihi, Sanctissime Pater, non mediocrem gratiam exhiberet Vestra Beatitudo, si doceret me, qua severitate, qua indulgentia utendum sit adversus ejusmodi presbyteros clericosve, qui labuntur in ista gravissima peccata. Cum enim tot canones ipsos a ministerio perpetuo amoveant, cum et ipse Gregorius Magnus iis omnem restitutionis spem auferat, haereo sane, quid agere debeam. Scio equidem, si olim Innocentius I jam ab aureis istis seculis haec verba pronunciaverit, cum de poenitentia ageret : « Observatio prior durior; postea, interve-

„ niente misericordia, inclinatior, „ in hac novissimorum temporum faece, in qua totus disciplinae vigor extinctus est, cogi nos ad utendum multo majori indulgentia, timeo tamen, Sanctissime Pater, ne ista indulgentia coram Deo in me vertatur ad negligentiae et ignaviae argumentum, Christique sacerdotio faciam injuriam; audacter autem agam, si a patre meo sapientissimo, sanctissimo, securissimo, edocear.

Sicut populus potationibus addictus est et assuetus, sic sacerdotes paulo facilius ad istud etiam vitium propendebant, moniti vero et suavibus adhortationibus ac praeceptionibus decretisque correpti, paucissimis exceptis, jam ab illo vitio temperarunt.

Verum enimvero vix quidquam hic difficilius inveni, Sanctissime Pater, quam ut clericos presbyterosque nostros, tam urbicos quam vicanos, adigerem ad habitum clericalem. Ante duos annos super ea re decretum edidi, cui et totam Tridentinae synodi constitutionem inserui; nec tamen res ad exitum perducta est. Multi paruere, susceptis talaribus vestibus, plurimis adhuc reluctantibus. Cumque continuis bellorum motibus Belgium quatiatur, haec assidua commotio mirum in modum nocet ecclesiasticae regulae, et clericis indisciplinatis favet.

Isti tamen bellorum tumultus meme non potuerunt impedire, quominus seminarium instituerim, Beatissime Pater, in quo duobus saltem ante sacerdotium annis ordinandi sua officia rite edocentur, eorum examinatur vocatio, omnibusque pietatis ac disciplinae ecclesiasticae documentis imbuuntur. Egressi autem e seminario presbyteri, parochiarum curas suscipiunt, vel tanquam pastores, vel sub antiquorum pastorum regimine et authoritate plebem instruunt, sacramentaque administrant, aut capitula implent suae virtutis odore, aut denique privati ecclesiam aedificant.

(*La fin à la prochaine livraison*).

RECORDS ECCLÉSIASTIQUES DE LA BELGIQUE[1].

I.

RECORD DU DOYENNÉ D'ANDENNE[2].

22 juin 1423.

Ex dubiorum discussionibus, statutis et ordinationibus concilii Andanensis, archidiaconatus Hannoniae, in ecclesia Leodiensi, in Andenna, in loco praetacti concilii solito et consueto, anno Domini 1423, mensis junii die martis ante festum sancti Joannis Baptistae, summa dubiorum et ordinationum dicti concilii, ut multis querelis remedium adhibeatur, dicimus et declaramus juxta antiquissimas consuetudines nostri concilii Andanensis, majorem seu grossam decimam teneri et obligari, primo ad lapidem summi altaris de novo ponendum aut reparandum, etiamsi culpa alicujus fractus fuerit; item ad omnia, sine quibus sacerdos celebrare non potest, saltem quotidiana, videlicet, ad calicem, patenam, corporale, ad eorum saccos, mappas, cortinas, amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam, casulam, ad duas candelas ardentes in summo altari cum eorum candelabris, ad duas ampullas, bustum[3] vel pixidem pro panibus seu hostiis conservandis, ad duo manutergia pro presbitero celebraturo missam, ad pallium ante altare, ad missale juxta ordinarium ecclesiae Leodiensis cum musica et cantu, ad graduale juxta ecclesiae Leodiensis ordinarium bene notatum, etiam ad matutinale seu breviarium bonum, ad psalterium cum suis requisitis bene notatis, ad scrinium seu arcam

[1]) Suite. — Voyez *Analectes*, I, p. 337 et 430; II, p. 213 et 282.

[2]) M. l'abbé J. Barbier, qui a bien voulu nous envoyer tous les *Records* que nous publions, nous a communiqué trois copies du *Record* d'Andenne : la première est faite sur un registre de *Records* conservé aux Archives de l'Etat à Namur, la seconde est extraite du cartulaire du chapitre de Notre-Dame, de Namur, et la troisième est empruntée à un document faisant partie des archives de l'église de Moustier-sur-Sambre.

[3]) *Bustum*, boite.

pro ornamentis et libris custodiendis. Si vero parochiani alia ornamenta quam quotidiana aut quaecumque praeter praenotata pro decenti celebratione in sanctorum festivitatibus habere voluerint, ipsi parochiani ea fieri procurent.

Declaramus etiam majorem decimam teneri ad extructionem et detentionem navis ecclesiae in omnibus suis partibus scilicet a primo lapide fundamenti usque ad ipsius summum, in muris et fenestris vitreis, ad tabulatum et tectum, ad januam navis ecclesiae, ad serraturam, ad campanam banalem, quae debet esse tanti ponderis, quod in sonando per totam parochiam seu decimationem possit audiri, et ad omnia campanae illi incumbentia, cum suo aedificio ligneo, ad principaliorem fenestram in choro partemque ipsius orientalem, ad tauros et apros juxta ipsius decimationis situationem, pariterque consuetudines hucusque conservatas inconcusse sufficientes; item ad obsonium et cathedraticum.

Item declaramus detentores seu receptores decimarum teneri ad sumptus, qui fiunt in visitationibus ecclesiarum per archidiaconum vel decanum, et ad officiatos, et ad jura procurationum consueta, quando personaliter visitant; ratione quorum sumptuum et jurium poterunt ipsi detentores libere et de nostro consensu propter intemperiem aeris tempore messis seu alias grana et similia prae ceteris diebus festivis vehere, petita imprimis venia ac pastoris licentia. Idem judicium erit de molitoribus, piscatoribus et de fabris ferrariis.

Declaramus autem minutam decimam ad detentionem chori teneri; in illis tamen locis, in quibus investiti seu rectores loco minutae decimae in decimis aliis majoribus congruam portionem habent, ratione cujus portionis antiquitus hucusque chorum detinuerunt[1].

De campanili autem seu turri declaramus, si ipsum campanile per se a terra de lapidibus aut lignis constructum fuerit,

[1]) Il faut suppléer quelques mots en cet endroit, par exemple *tenentur investiti seu rectores*.

parochiam ad id teneri; si vero supra navim ecclesiae consistat, quia major decima ad ipsius navis detentionem in omnibus suis partibus tenetur, sicque et tunc ad ipsius campanilis reparationem et detentionem teneri declaramus; parochianos autem ad benedictionem ipsius fontis baptismalis, extremae unctionis, processionale, animarum commendationes, ad locum sermocinandi, ad tapetum ante crucifixum, ad tapetum funerale, ad clausuram chori, ad sedem in choro pro presbitero in summo altari celebrante, ad lampades et ciborium, ad pixidem pro conservatione Corporis Christi, ad clavem ipsius, ad vasa sacri chrismatis, ad vexilla cum eorum crucibus, ad thuribulum, patellam ferream pro igne conservando, ad lucernam et nolam in sacrosanctae Eucharistiae sacramenti levatione sonandam.

Similiter declaramus parochianos teneri ad fundum liberum, in quo extruatur expensis eorumdem domus pastoralis cum suis requisitis juxta commoditatem pastoris; si vero fabrica seu luminare tenue et exiguum fuerit in redditibus, quare ea praemissa servare non possit, ex tunc ad omnia praenotata per eosdem servanda, etiam quoad detentionem candelarum aliarum ultra duas in summo altari ardentes, prout fore feruntur, parochianos teneri et de eorum propriis comparari debere.

Praetactae dubiorum discussiones et ordinationes publicatae sunt per nos notarios subscriptos in praesentia domini nostri Egidii de Sare, canonici sancti Dionisii in Leodio et archidiaconi Hannoniae, et venerabilis domini Walteri[1] de Moumalle, canonici Leodiensis et archidiaconi Hannoniae, in concilio Andanensi anno 1423, mensis junii die martis ante festum sancti Joannis Baptistae, praesentibus vicedecano et investitis seu confratribus praetacti concilii, et aliis interesse habentibus, de mandato venerabilium dominorum pastorum, magistri Joannes le Pety, et Walteri Collison, clerici et notarii ad praemissa vocati; etiam praesentibus pastoribus dicti concilii post

[1]) Une autre copie porte *Ubati*.

haec nominatis. Haec omnia recordantes et concedentes et ratificantes, videlicet dominus Joannes Helmont, vicedecanus et pastor in Haltinne, magister Guillelmus de Roncourt, pastor in Cuttewain, dominus Stephanus de Brabant, investitus de Mouha, dominus Egidius, investitus de Villers ante Annutum, dominus Judocus, investitus d'Amsineau, dominus Joannes, investitus de Haillot, dominus Oliverius Meurez, investitus de Stat, dominus Petrus, investitus de Reppe, dominus Michaël, investitus d'Oha.

Lettre de Gérard de Moircy, doyen d'Andenne, dans laquelle il signale plusieurs réparations faites à des églises en vertu du précédent record.

20 juillet 1641.

Reverendissime Domine,

Juxta reverendissimae dominationis vestrae mandatum de recordii nostri observatione cuique notorius est a tempore immemoriali usus in omnibus ecclesiis dicti concilii receptus, ac inviolabiliter observatus. E multis pauca producam exempla, quibus constabit decimatores ecclesias principales, sub quarum limitibus decimas percipiunt, juxta tenorem supradicti recordii plenarie curasse, et quotidie curare, suis expensis reparari.

In primis ecclesia principalis de Hingeon ab annis circiter quadraginta inimicorum furore totaliter combusta et in cineres redacta fuit; quam reverendus abbas Floreffiensis ex integro curavit reparari; et anno 1617 campanam decimalem dedit.

Monasterium Stabulense a duobus annis curavit refundi campanam decimalem de Haltinnes; et praestat omnia necessaria secundum recordium ratione mediae partis decimae, quam ibidem percipit.

Idem prestat monasterium Vallis divae Virginis ecclesiae de Fumal. Idem abbatissa de Solier ecclesiae de Bins; et

idem capitulum sancti Lamberti ecclesiae de Hanesse; cujus campanam decimalem refundi curavit anno 1623, et praesenti anno ornamenta exhibuit, et turrim et navim ejusdem ecclesiae reparari mandavit.

Capitulum Andanense in nullo defuit ecclesiae Burdiniensi et ecclesiae principali Andanensi, ad quae ex recordio decimatores obligantur; quin imo capitulum Scladiniense et Sua Majestas Catholica ratione decimarum, quas mediatim percipiunt sub parochia Scladiniensi, ejus ecclesiam principalem fere ex integro curarunt a quinquaginta annis reparari, collatis in eum effectum per dictam Suam Majestatem ducentis florenis, et per dictum capitulum aliis ducentis. Idem capitulum Scladiniense ab antiquo suppeditat omnia necessaria ecclesiae de Seilles, et novissime campanam decimalem curavit refundi, et contribuit diversa ornamenta, et libros juxta recordium.

Quae omnia ex certa notitia refero, paratus solemni juramento coram quolibet, prout opus fuerit, confirmare. In quorum fidem subscripsi hac vigesima julii anno 1641.

Gerardus de Moircy,
decanus concilii christianitatis Andanensis.

II.

RECORD DU DOYENNÉ DE CINEY OU D'ASSESSE.

Les *Records* du doyenné de Ciney sont souvent appelés *Records* d'Assesse, parce que la plupart des paroisses dont le décanat d'Assesse fut formé après l'érection des nouveaux évêchés au milieu du XVI[e] siècle, avaient appartenu auparavant à celui de Ciney.

5 mai 1556.

Universis et singulis praesentes litteras inspecturis, visuris, lecturis, pariter et legi audituris archidiaconus Condrosii, in

ecclesia Leodiensi, necnon Henricus Verius, uti administrator decanatus christianitatis concilii oppidi Cinnacensis, Leodiensis diocesis, litigiosi, per reverendissimum dominum Georgium ab Austria, episcopum Leodiensem rite datus et deputatus, singulique presbiteri et confratres concilii praedicti, salutem in Domino sempiternam, et infrascriptorum agnoscere veritatem. Noveritis, quod die et hora infrascriptis constitutus atque comparens personaliter Cinnaci, in loco solito nostri concilii, providus et discretus vir Joannes de Malisoux, uti et tamquam mamburnus et provisor parochialis ecclesiae villae de Scy, in Condrosio, dictorum diocesis et concilii nostri, totam communitatem et universitatem praetactae villae de Scy repraesentans, ac pro eadem ad infrascripta se fortem et partem principalem faciens et constituens, eoque nomine exposuit et dixit jam noviter per et inter ipsum, quo supra nomine, provisorem, atque communitatem antetactam ex una, nec non comitem seu vicecomitem Namurcensem ex secunda, et investitum sive rectorem parochialis ecclesiae villae de Scy antedictae ex tertia, partibus, certas differentias et discordias ortas fuisse et esse occasione et ad causam tam onerum intertentionis et reparationis praedictis provisori, comiti et investito, ratione et ad causam majoris decimae dictae villae de Scy, ac communitati antedictae circa reparationem et intertentionem navis, cancelli, turris, altarium, campanilis, cum singulis eorum pertinentiis, ac etiam calicis, missalium, librorum, ac aliorum ad divinum officium in eadem ecclesia de Scy peragendum et celebrandum necessariorum et requisitorum, quam etiam jurium matrimonialium, funeralium ac aliorum sacramentalium, de antiquissima et laudabili consuetudine et observantia praetacti concilii, in ea parte usitata et observata, respective incumbentium et debitorum, ac solvi consuetorum. Quas siquidem discordias et differentias sedare, ac illis finem imponere cupientes, et ad finem ut futuris praecavere valeant, uti praefatus Joannes, nomine etiam quo supra,

asseruit, declarationem et designationem praetactorum onerum, ac reparationis et intertentionis, majori ac grossae decimae dictae villae de Scy, illam habenti et colligenti, ac etiam investito et communitati antedictis circa praetactam eorum ecclesiam respective incumbentium et debitorum, praetactorumque jurium funeralium, matrimonialium et aliorum per dictam communitatem ac incolas, sive inhabitatores villae de Scy, eorum pro tempore investito et ecclesiae eorundem rectori, seu illius deservitori, in casibus occurrentibus, juxta praetacti nostri concilii antiquam et laudabiliter diu observatam consuetudinem debitorum et exsolvi consuetorum, sibi Joanni, nomine quo supra, antedictae communitati, juribus nobis in ea parte competentibus et exsolvi consuetis salvis, fieri, atque illam in forma juris authentica ac solita et consueta, in scriptis redigi et conscribi, atque per notarium per nos ob hoc assumptum subscribi et subsignari, nec non nostro, vel quovis alio, quo in talibus uti consuevimus sigillo, communiri petivit instanter et postulavit.

Nos archidiaconus Condrosii, ac administrator decanatus christianitatis concilii oppidi Cinnacensis litigiosi praetacti attendentes petitionem et requisitionem hujusmodi fore justam et rationi consonam, quodque justa petentibus non venit, neque est denegandus assensus, volentesque praetactis discordiis, quantum possumus, obviare, et ad finem ut praedicti comes seu vicecomes Namurcensis, investitus et communitas dictae villae de Scy, aliique praenominati sciant quomodo et qualiter se in casibus suprascriptis invicem habere et regere debeant, matura deliberatione per nos et inter nos desuper habita, de nostrorum omnium consensu pariter et assensu, praetacta onera et jura superius a nobis declarari et designari petita, declaramus et designamus, dicimus et declaramus juxta praetacti nostri concilii antiquam consuetudinem, ac prout ab antecessoribus nostris illa didicimus, ac passim in dicto nostro concilio observari videmus et scimus, in hunc, qui sequitur modum :

Primo, quoad pixidem pro conservatione Corporis Christi faciendam vel reparandam tenentur parochiani; similiter ad clavem et spinolam illius[1].

Item, ad calicem, patenam et vas sive custodiam, in qua conservantur, faciendum, et etiam, quando opus est, reparationem, tenetur grossa sive major decima.

Item, ad vas, in quo sacrum chrisma et oleum infirmorum conservantur et reponuntur, tenentur parochiani.

Item, ad mappas summi altaris quotidianas, ac etiam alia ornamenta quotidiana, ad divinum officium celebrandum necescaria, tenetur grossa sive major decima.

Item, ad mappas et alia ornamenta pro diebus festis et aliis solemnitatibus, si alias vel alia habere voluerint quam quotidiana, tenentur parochiani.

Item, ad reparationem et intertentionem navis, murorum, tecti, et fenestrarum vitrearum ecclesiae, tenetur major sive grossa decima.

Item, ad reparationem et intertentionem turris et tecti ejusdem, ac juncturae inter turrim et ecclesiam existentis cum ceteris suis pertinentiis, tenentur parochiani.

Item, ad traditionem et deliberationem unius tauri pro communitate, et in usum ejusdem, tenetur grossa sive major decima.

Item, ad reparationem et intertentionem cancelli, sive chori, murorum ac tecti ejusdem, et fenestrae vitreae supra sive retro summum altare existentis, tenetur investitus.

Item, ad fenestras vitreas, scilicet in sinistro vel dextro latere chori sive cancelli existentes conficiendum et intertinendum tenetur dominus temporalis loci, vel alii nobiles inibi tempore divinorum suas sedes habentes.

Item, ad crucem et vexilla tenentur parochiani.

Item, ad locum sive ciborium, in quo Corpus Christi reponitur et conservatur, tenentur parochiani.

[1]) Une autre copie porte : *Similiter ad clavem spinotarii illius.*

Item, ad locum sive clausuram, ubi ornamenta reponuntur, tenentur parochiani.

Item, ad imaginem patroni, tabulam, crucem et alias imagines super altare faciendas vel de novo reparandas, tenentur parochiani.

Item, ad pannum sive tabulam ante altare tenentur parochiani.

Item, ad lapidem altaris de novo ponendum vel reparandum, etiamsi alicujus culpa fractus fuerit, tenetur grossa decima.

Item, ad graduale seu alios libros, tam baptismi quam extremae unctionis, et aliorum necessariorum tenentur parochiani.

Item, ad cellarium sive tabulationem sub tecto tenentur parochiani.

Item, ad crucifixum et alias duas imagines juxta crucifixum tenentur parochiani.

Item, ad lapidem fontium et coopertorium, ac clausuram eorumdem, tenentur parochiani.

Item, ad appendicia et parvesium construendum tenentur parochiani.

Item, ad ostium sive januam navis ecclesiae cum illius seratura tenetur grossa decima.

Item, ad majorem campanam cum illius corda ad pulsandum et ceteris ad illam requisitis tenetur grossa decima.

Item, ad alias campanas cum illarum pertinentiis tenentur parochiani.

Item, ecclesiarum dicti nostri concilii matricularii, si perpetui existant, debent praesentari archidiacono; si vero annales, loci investito. Si vero perpetui sive annales existant, possunt per archidiaconum amoveri, et alii loco eorum institui.

Item, ad competentiam matriculario dandam, ubi ob tenuitatem fructuum non vult residere, ex quo illis se sustentari

non valet, tenentur parochiani et grossa decima simul.

Item, ad primam candelam tenetur grossa decima.

Item, ad muros, tecta, fenestras vitreas, ornamenta, luminare, libros, et cetera necessaria capellarum seu filiarum, tenentur illi, qui hujusmodi capellis et filiabus utuntur, exceptis tamen locis illis, in quibus illi, qui habent grossam decimam sub talibus capellis seu filiabus et villagiis illarum, consueverunt antiquitus omnia onera et necessaria suppeditare, ac in quibus grossa decima, uti praemittitur, tenetur et obligatur intertinere et reparare. Quam consuetudinem in talibus observamus, et tamquam laudabilem observandam declaramus; ad residuum vero in talibus supplendum tenentur parochiani et illis utentes.

Item, ad reparationem et intertentionem aliarum necessitatum matricis ecclesiae tenentur tam bene parochiani commorantes sub capellis et filiabus, sicuti alii commorantes sub matrice ecclesia et juxta eamdem.

Item, ad reparationem omnium onerũm et intertentionem eorumdem, majori seu grossae decimae incumbentium, et illorum praestationem tenentur omnes et singuli in grossa decima participantes, quilibet juxta ratam et quantitatem suae portionis, excepto in his curato sive investito loci, qui ultra id, in quo circa chorum sive cancellum et illius reparationem et intertentionem pro sua quota et portione, uti praemisimus, tenetur, est in nullo obligatus; residuum vero eidem pro suis laboribus remittitur.

Item, quoad jura matrimonialia et funeralia, aliave ecclesiastica superius designari petita, dicimus et declaramus, quod pro exequiis et juribus funeralibus alicujus conjugati defuncti sive decedentis solventur et debentur investito sive curato plena jura, hoc est unus modius speltae mensura loci, vel illius valor, et cum illo una libra cerae dicta *ung clat de cire*[1].

[1]) Une autre copie porte : *Un cloux de cire.*

Item, adhuc mamburnis ecclesiae nomine ejusdem pro luminari totidem cerae.

Item, pro vigiliis mortuorum celebrandis habebit investitus sive deservitor unum grossum veterem, aut illius verum valorem.

Item, pro exequiis funeralibus solutorum seu minime conjugatorum, cujuscumque aetatis existant, dummodo tamen ad aetatem discretionis pervenerint, et venerabile Eucharistiae sacramentum receperint, habebit investitus sive deservitor dimidia jura; hoc est dimidium modium speltae et mediam libram cerae, et mamburni nomine ecclesiae consimilem dimidiam libram cerae pro luminari.

Item, pro exequiis et funeralibus minorennium, qui nunquam sacramentum aliquod praeter baptismatis receperunt, habebit rector sive deservitor praefatus unum grossum veterem, vel illius verum valorem, et parvas candelas cereas tempore missae et exequiarum hujusmodi circa feretrum defuncti ponendas, si quae apponantur.

Item, si contingeret aliquem orphanum morientem, bona hereditaria suorum parentum habentem et possidentem, decedere, habebunt investitus et mamburni plena jura funeralia, uti supra declarata existunt.

Item, quicumque matrimonium in ecclesia contraxerit, tenetur investito suo sive ecclesiae parochialis deservitori, pro suis juribus matrimonialibus quindecim stuferos bonae monetae Brabantiae solvere, sive vir, sive mulier.

Hae sunt consuetudines et dubiorum supratactorum discussiones, onerumque declarationes, et jurium tam funeralium quam etiam matrimonialium, superius designari petitorum, designationes, per nos archidiaconum Condrosii et Henricum Verium, decanatus christianitatis concilii oppidi Cinnacensis litigiosi administratorem et vicedecanum, presbiterosque dicti nostri concilii confratres, et nostros in ea parte pro tempore praedecessores a tempore hominum memoriam longe excedente

in dicto nostro concilio observatae, tentae et continuatae; in diesque in consimilibus occurrentibus casibus tenentur et observantur, et in viridi observantia existunt. Quae omnia et singula nos archidiaconus et vicedecanus, seu administrator decanatus litigiosi praedicti, presbiterique et confratres supra nominati attestamur.

In quorum fidem, robur et testimonium praesentes nostras litteras declaratorias exinde fieri et per notarium infrascriptum, per nos in ea parte assumptum, subscribi et subsignari mandavimus, sigillumque nostrum archidiaconalis dignitatis ad causas appendimus. Nos vero Henricus Verius, vicedecanus et administrator suprafatus, sigillum Thomae de Verio, fratris nostri, ob proprii sigilli carentiam praesentibus litteris respective duximus appendendum.

Acta fuerunt haec Cinnaci, in collegiata ecclesia beatae Mariae virginis oppidi Cinnacensis, loco siquidem dicti nostri concilii solito et consueto, nobis et dictis presbiteris, confratribusque capitulariter congregatis, sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, mensis maii die quinta, quae fuit feria tertia post dominicam, qua die in ecclesia pro summae missae introitu cantatum fuit *Cantate*, hora dicti nostri eo tunc inibi celebrati concilii consueta, praesentibus ibidem providis discretisque viris Petro Mathie, fructuum reverendissimi domini Leodiensis episcopi per archidiaconatum Condrosii collectore, ac Castore Nollens, curiae nostrae archidiaconalis fisco, et Joanne de Waremia, venerabilis curiae Leodiensis procuratore, testibus ad praemissa fieri videndum et audiendum vocatis specialiter atque rogatis.

De mandato venerabilium virorum dominorum archidiaconi Condrosii, vicedecani seu administratoris, et presbiterorum confratrum christianitatis concilii Cinnacensis praelibatorum.

Thomas de Verio, notarius assumptus.

Document relatif au record précédent[1].

Premièrement, ce que les parochiens sont tenus, à sçavoir pourvoir à leurs églises le ciboir et ampulles pour y mettre le Saint-Sacrement de l'autel et la sainte huile, et à sa maisonette avec la serature d'icelle.

Encor, sont tenus à faire et entretenir la sacristie pour guarder les ornements de l'église.

Encor, sont tenus au tapis qui pend devant le grand autel, et faire l'image du crucifix et du patron desseur le grand autel.

Item, sont tenus les paroichiens de faire le plancher deseur le chanceau, et faire la croix avec le gofanon pour aller à la procession.

Item, sont tenus au vin, et hosties pour communier les paroichiens à Pasque et autres solemnités, quand ils veullent aller à Nostre-Seigneur.

Item, sont tenus encor les paroichiens aux seratures du chanceau et aux livres pour baptiser et administrer la sainte huile.

Item, sont tenus au graduel, et au crucifix avec l'image de Nostre-Dame et de saint Jean l'Evangéliste devant l'entrée du chanceau.

Item, sont tenus aux fonts et à toute appartenance auxdits fonts.

Item, sont tenus encor aux manocqs et au parvi de l'église avec toute appartenance.

Encor, sont tenus à la tourre et entretenance d'icelle, tout à l'entour avec les jonctures entre la tourre et la nefe de l'église, et à toutes les cloches, excepté la grosse.

Item, doivent encor donner au marlier compétence pour leur parte contre la grosse disme.

[1]) Il porte le titre suivant : *Extrait tiré hors d'un registre et papiers touchant les usages et décrets du concil paravant de Cinez, et à présent d'Assesse, et résolus ès ans* 1556 *et* 1560.

Item, quand le curé veut maisonner sur le douaire[1], les paroichiens sont tenus charier la matière à ce requise; comme le droit le contient et quand le curé n'at point de maison propre, les paroichiens sont tenus luy faire une maison graigne, contenant trente-trois pieds en largeur et de septante pieds en longueur; laquele maison doit avoir un plancher ayant une cheminée, pour dormir et lire ses heures, et deux chambres par terre, sçavoir une pour son serviteur et l'autre pour sa servante, avec ce une étable, pour quatre ou cincq vaches, un estable de cheval; et doit ladite maison être bachée de planches tout allentour et doit être prest de l'église ou sur le douaire.

Secondement, le curé est tenu édifier et entretenir le chanceau avec la couverture et y mettre la grande vairière deseur l'autel; et quant sa cotte de la grosse disme il est tenu livrer le verra; si donc il n'est usité du contraire, comme quand il y aurait prescription d'usance.

Tiercement, ce que la grosse disme doit livrer à la paroiche, sçavoir elle est tenue à édifier et entretenir la nef de l'église entièrement avec trois vairières.

Item, encor elle est tenue à la pierre du grand autel et à la bénédiction d'icelle, toutes fois et quand il serat besoin de rebénir; encor est tenue aux ornements fériaux du grand autel et au calice avec la platte, la custode et toute appartenance.

Item, elle est encore tenue à la grande chandelle sur le grand autel que l'on dit le premier feu.

Encor, est tenue à la grosse cloche avec tout à ce requis pour donner suffisamment, qu'elle soit ouye par toute la paroiche, si loing que le dismage s'extend.

[1]) Le mot *douaire* est employé ici dans une signification peu usitée. Il doit s'entendre du fonds ou terrain fourni pour bâtir la cure. On appelait quelquefois *douaire* les biens, propriétés ou fonds donnés pour établir une église; et par suite aussi le terrain environnant l'église.

Item, est tenue encor donner compétence au marly contre les paroichiens.

Item, est encore tenue la dite grosse disme livrer le taureau, et quand la grosse disme est départie à plusieurs personnes, chacun selon sa cotte également.

Jacques Blaseus, évêque de Namur, approuve et confirme le record de Ciney de l'année 1556.

2 janvier 1602.

Jacobus Blasaeus, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Namurcensis, universis et singulis praesentes litteras visuris, lecturis, pariter et legi audituris, salutem in Domino.

Pro parte nobis in Christo dilectorum vicedecani et pastorum concilii christianitatis d'Assesse, nostrae diocesis, instanter et debite requisiti, quatenus recordium concilii christianitatis Cynacensis de anno 1556, die quinta mensis maji in ecclesia collegiata Cynacensi factum, nec non diversas et plures clausulas per providum dominum Paulum Poncet, dum viveret, dicti concilii Assessiani decanum subsignatas, hisce annexas, approbare et confirmare, et recordium et litteras hujusmodi, omniaque et singula in eis contenta sub concilio praedicto d'Assesse observanda esse decernere vellemus et dignaremur; nos, attendendo petitionem hujusmodi fore justam et rationi consonam, perpendentesque, quod, licet praefatum concilium Assessianum a praetacto concilio Cynacensi per erectionem episcopatus nostri sit dismembratum, quod per comprobationem eandem jus per jam dictum recordium et praetactas clausulas praefatis pastoribus quaesitum non sit ablatum illis, aliisque rationabilibus causis animum nostrum moventibus attentis, recordium hujusmodi et clausulas praetactas sub eodem concilio Assessiano locum habere decernimus, illudque et illas observari

mandamus, et, quantum opus est, authoritate nostra confirmamus et approbamus. In cujus rei testimonium has litteras fieri exinde, et per notarium publicum curiae nostrae scribam infrascriptum subscribi, sigillique nostri jussimus et fecimus subimpressione communiri. Datum Namurci, die secunda mensis januarii anno 1601.

LEONARDUS DE HACURIA, notarius.

Archives de l'église de Moustier.

III.

RECORDS DU DOYENNÉ DE HANRET.

20 avril 1547.

Universis praesentes litteras inspecturis seu audituris BALDUINUS DE WINGES, decanus christianitatis concilii de Hanrech, Leodiensis dioecesis, Joannes de Branchon, investitus de Jandraculo, Walterus Bosquet, personatus de Novilia Francorum Hominum, Arnoldus de Wasegia, investitus ejusdem loci, Balduinus Lize, investitus de Ramyee, Nicolaus de Ryon, investitus de Tavier, Everardus de Palude, investitus de Hanrez, ac Joannes Fabri, investitus de Tillier, ecclesiarum parochialium ejusdem concilii presbiteri, curati, salutem in Christo sempiternam cum agnitione veritatis. Noveritis, quod, comparente personaliter coram fratribus praetacti concilii de Hanrech, in ecclesia parochiali de Meffia, procuratore seu partem faciente, prout asserebat, pro partibus religiosi domini abbatis Dei patientia monasterii sancti Laurentii prope et extra muros Leodienses, ordinis sancti Benedicti, ac religiosarum dominarum abbatissae de Aywiria et de Boneffia, dictae dioecesis, nosque requirente, quatenus eisdem domino abbati et abbatissis pronunciare et declarare vellemus usus et consuetudines dicti nostri concilii seu capituli super omnibus refectionibus, reparationibus ac deten-

tionibus ecclesiae parochialis de Boneffia, nostri praetacti concilii, videlicet quoad et in quibus praedicti domini abbas et abbatissae vigore omnium suarum decimarum, infra metas ipsius parochiae situatarum, pro praemissis reparationibus tenentur et obligantur, in praesentia honestorum virorum Egidii dicti Wirion, Joannis Fabri, Joannis Burcal, Petri dicti Bietemel, et ad hoc citatorum jussu reverendi in Christo patris et domini domini archidiaconi Condrosii in ecclesia Leodiensi, ad requaestam praedicti prioris de Meffia, nomine quo supra, partemque facientis, prout asserebat, pro tota universitate ejusdem villae de Boneffia. Quibus per decanum nostri praedicti concilii fuit expresse petitum, utrum contra ea, quae praefatus dominus Egidius, prior, proposuerat aut ibidem exponebat, volebant aliquid proponere vel allegare, quandoquidem parochiani, nomine quo supra, maturo super hoc habito inter ipsos consilio, dixerant ac responderant, quod non, et quod nullibi volebant respondere, aut stare juri alibi quam coram reverendo patre et domino nostro archidiacono Condrosii in ecclesia Leodiensi; coram quo satis notum erat inter ipsas partes mota lis et quaestio, quae adhuc pro nunc pendebat ac vertitur indecisa, et nondum sopita. Quibus sic praetactis, nos decanus et confratres praetacti pro illa die aliis arduis praeoccupati negotiis, quaestionem et declarationem praescriptam cum omnibus suis emergentibus et annexis prorogamus ad feriam quintam post dominicam, qua cantatur pro introitu summae missae in ecclesia Leodiensi *Quasi modo*. Ad quam feriam quintam praefatus dominus Egidius, prior, nomine quo supra, rursus comparuit coram nobis decano et confratribus praedictis in ecclesia de Meffia, ac instanter petivit sibi per nos suam declarationem, per eum, nomine quo supra, fieri petitam, declarari et decerni. Et quia nos decanus et confratres praetacti, volentes jus uniuscujusque servare illaesum, ad rationabilem requaestam praelibati domini prioris de Meffia

inclinati, praemissa quaestione ac petitione de consensu et consilio confratrum nostrorum, per dominos Joannem, Walterum, Balduinum et praenominatos commisimus declarandum. Et nos Joannes, Walterus, Balduinus, Everardus et praelibati, usi consilio confratrum nostrorum, circumspectique hujus esse meriti quaestionem praetactam declarandam determinavimus et declaravimus in hunc modum :

Videlicet quod de usu et consuetudinibus dicti nostri concilii a nobis et nostris praedecessoribus ab antiquissimis temporibus huc usque firmiter observatis ratione et ex causa perceptionum apud locum praestitum totius decimae, tam grossae quam minutae, quod praedicti abbas et abbatissae tenentur et obligantur ad omnia ornamenta simplicia, pro presbitero ad divina celebranda, prout decet, requisita, ad calicem, patenam, corporale, panem, vinum, ignem unicum cum candelabro, duos pottulos stanneos pro vino et aqua reponendis, mappas, lavatorium cum manutergio pro manibus presbiteri tergendis, vas honestum ad SS. Sacramentum recondendum, unum missale notatum cum camisia linea, et uno manutergio pendente, vel saltem graduale notatum, unum breviarium notatum cum calendario, psalterio feriali ad ordinarium sancti Lamberti, unum hymnarium notatum, in quibus horae canonicae, quoties opus fuerit, valeant debite cantari, libros baptismi et extremae unctionis, commendatorium animarum et processionarium; navem ecclesiae et chorum a fundo usque ad summum inclusive, fenestras vitreas, trabem sub crucifixo. Adhuc tenentur iidem ratione qua supra ad fontem baptismalem cum cooperculo et coopertorio, ostia chori et navis cum suis seris, nec non ad campanam unam tam grossi et alti toni, quod pulsando per totum decimationis confinium, vento cessante, commode possit audiri; ad campanile, in quo ponitur dicta campana, ad scalas facientes aditus ad eandem, ad cordam, de qua pulsatur, ad solarium ipsius campanilis. Et si contingat, quod campana seu campanae incolarum pensae sint

in eodem campanili, tunc decimae tenentur ad refectionem et reparationem ac detentionem campanilis de fundo usque ad novem pedes superascendentes altitudinem navis ecclesiae, et ultra non. Et ad aedificii detentionem, reparationem ac coopertu̥ram cappae seu illius, quod superaedificatum fuerit, tenentur incolae. Et ad medietatem scalarum, ad unum taurum, ad unum aprum, vulgariter *verreau* nuncupatum. Et praedicti abbas et abbatissae tenentur et obligantur ad matricularium sufficientem et idoneum; celetum cum pavimento, prout sui praedecessores fecerunt, et in quantum incolae sufficienter et laudabiliter poterunt de jure docere.

Et hac sunt consuetudines dicti nostri concilii inconcussae, ab antiquissimis temporibus per nos nostrosque praedecessores confratres ejusdem concilii a tempore, de cujus contrario hominum memoria non existit, observatae. In cujus testimonium nos decanus et fratres ejusdem, videlicet Joannes, Walterus, Everardus ceterique praetacti ad requaestam dicti prioris de consensu confratrum nostrorum prius saepe nominatorum, ac requaesta nobis in dicto loco capitulari facta, praesentibus sigilla nostra pro nobis et ipsis duximus apponenda. Datum anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, mensis aprilis die vigesima.

29 avril 1566.

A tous ceux qui ces présentes lettres verront, liront ou oyront, nous le doyen de la christianité du concile de Hanret, diocèse de Namur, et les autres investis et curez des églises parochiales dudit concil, salut. Sçavoir faisons que le jour date de ceste étant assemblés et célébrant le saint concil après que la messe du Saint-Esprit fut chantée en l'église parochiale du village de Noville-sur-Mehaigne de laditte diocèse, sont comparus le curé, aussi les mambours de laditte église, avec plusieurs paroissiens et inhabitans dudit village, tant pour eux

propres, que eux faisans forts et principaux pour les autres parochiens absens, certifians la préditte église et thour d'icelle avoir grande nécessité de réparation, aussi de livres et ornements, et afin que, pour faire faire lesdittes réparations et le délivrement desdits livres et ornements, ne se meuts ou sortit question ou dissension par ci-après, ains plustot que l'on sceuts pour certain, lesquels sont tenus et chargez de faire lesdittes réparations, ensemble le livrement de ce que dit est, nous ont humblement supplié sur ce vouloir donner et interposer notre décret, et de notre dit record et déclaration eulx accorder et faire expédier lettres de notre dit concil en forme, sy est que nous lesdits doyen, investis ou curez dudit concil, entendant que laditte supplication étoit juste et raisonable, et aiant pour icelle, par ensemble entre nous, par meure déliberation advisé, avons déclaré, comme par la teneure de cette, déclarons en la manière que s'ensuit :

Sçavoir que, selon l'usance et coustume de notre dit concil, de toutte ancienneté jusqu'à présent par nous et nos prédécesseurs fermement observez, la grosse ou grande disme est obligée au livrement de tous les ornements simples requis deuëment pour le prêtre pouvoir célébrer l'office divin, au livrement du calice, de la platine, corporal, pain, vin, un seul feu avec le chandelier, deux pottineaux d'estain pour y mettre le vin et l'eau, des mappes, un wassevouw avec le suereau[1] pour nettoyer les mains du prêtre, d'un vaisseau ou ciboire honeste pour y remettre le Saint-Sacrement, un messel avec ses nottes, couvert d'un blanc linge et un petit suereau y pendant, ou du moins un graduel avec nottes, et un bréviair aussy nottulé avec son calengier, et psaultier férial à l'ordinaire de Saint-Lambert, un hymnaire notulé, en lesquels on peut chanter les heures canonicales touttes fois qu'il serat requis, des livres de baptême et d'extrême unction, avec les recomandations des âmes, et processionaire; à l'édifice et entretene-

[1]) Dérivé du latin *sudarium*.

ment de la nave de l'église et chœur depuis le fondement jusqu'au bout inclus, aux fenestres de veire ou veireries, à la pente ou arbre dessoubs le crucifix. Encor sont tenus au fond de baptême avec son couvertoir et couverture, aux huisses[1] de la nève et du chœur avec leurs serrures, et à une cloche de si gros et si haut son ou raisonnance, que on la puisse aisément ouyr en sonnant (cessant le vent) par tous les limites du dismage; au clocher sur quel on pendrat laditte cloche, aux échelles pour monter à laditte cloche, à la corde pour sonner icelle, au planchier dudit clochier; et se advient que la cloche ou cloches des inhabitans ou parochiens soient pendues en un même clochier, lors les dismes sont tenues auz réparations, réfections et detentions dudit clochier depuis le fondement jusqu'à neuf pieds surmontant la hauteur de la nève de l'église, et non plus haut. Et à l'édifice, détention, réparation et couverture de la flesche ou cape que serat édifiée sur laditte thour ou clochier, sont tenus les inhabitans, et à la moitié des eschelles. Au livrement d'un torreau et d'un verreau est tenue la grosse et grande disme, et par dessus ce d'un clercq ou coustre[2] de l'église suffisant et idoine; et à une autre partie appellée en latin *scoletum*, avec ses pavements, comme par ci devant a été observé.

Et cestes sont les coustumes dudit notre concil enthières, et de toute ancienneté par nous et nos prédécesseurs, confrères dudit concil, observées. En tesmoing de vérité, avons nous les doyen et confrères dudit concil fait faire les présentes, et les subsigner par le notaire soubescript, et icelles fait munir du seel dudit doyenné.

Donné et fait en la préditte église de Noville-sur-la-Mehaigne, diocèse dudit Namur, soub l'an de la Nativité de Notre-Seigneur mil cincq cent soixante six, indiction neuf, du mois

1) *Huisses*, portes.

2) *Coustre*, dérivé du flamand *koster*, sacristain.

d'avril le vingt neufvième jour, pontification de notre saint père en Dieu, monsieur Pius par la Divine Providence pape cincquième en son premier an; présens illecq honnestes hommes maîtres Iehan Samteliere, chanoine de l'église Saint-Pierre-au-Château de Namur, et Henry Hannon, licentié ès droits, tesmoings dignes de foy, pour témoigner aux choses prédittes appellés et spéciallement requis. Ainsi soubescrit du mandement des prédits sieurs doyen et confrères du concil prédit : Quintinus Macquet.

Plus bas est écrit : Cette copie est translatée de latin en françois, collationnée et trouvée en substance accorder avec les originales lettres deuëment seellées par moy Marcq Vaes, notaire publique par le conseil du Roy, notre Sire, ordonné en Brabant admis.

Archives de l'église de Moustiers.

Extrait de l'original du record précédent.

De usu et consuetudine longissima, grossa sive major decima tenetur et obligatur ad omnia ornamenta simplicia, presbitero ad divina celebranda, prout decet, requisita; ad calicem, patenam, corporale, pannum ante altare pendentem, et unum desuper idem altare, casulam, cappam, crucem cum vexillo processionali, panem, vinum, ignem unicum cum candelabro, duos pottulos stanneos pro vino et aqua reponendis, mappas, lavatorium cum manutergio pro manibus tergendis, vas honestum ad sanctissimum Sacramentum recondendum, unum missale notatum cum camisia linea, et p vum manutergium pendens. Item ad graduale notatum, unum breviarium notatum cum kalendario, psalterioque feriali ad ordinarium sancti Lamberti, unum hymnarium notatum, in quibus horae canonicae, quoties opus fuerit, valeant debite cantari; libros baptismi et extremae unctionis, recommendationesque animarum, et processionale; navim ecclesiae et

chorum, a fundo usque ad summum inclusive, fenestras vitreas, trabem sub crucifixo. Adhuc tenetur ad fontem baptismalem cum cooperculo ac coopertorio, ad ostium chori et navis cum suis seris, nec non ad unam campanam tam grossi et alti soni, quod pulsando per totum decimationis confinium, vento cessante, possit audiri; ad campanile, in quo dicta campana pendet, ad scalas facientes aditus ad eandem, ad cordam, de qua pulsatur, ad solarium ipsius campanilis; et, si contingat, quod campana seu campanae incolarum pensae sint in eodem campanili, tunc decimae tenentur ad refectionem et reparationem, ac intertentionem campanalis de fundo usque ad novem pedes superascendentes navim ecclesiae, et ultra non. Et ad aedificii intertentionem, reparationem et coopertaram cappae, seu illius, quod superaedificatum est, tenentur incolae. Et ad medietatem scalarum, ad unum taurum et unum aprum, vulgariter nuncupatum *le verrau*, tenetur dicta grossa sive major decima; insuper ad matricularium sufficientem et idoneum, ad scholas cum pavimento, prout hactenus observatum fuit.

Et hae sunt consuetudines concilii Hanreschensis celebrati anno 1566, in ecclesia de Novilia supra Mehaniam, praesentibus pastoribus plurimis et aliis deputatis.

Archives de l'église de Moustier.

Lettre de Liévin Bourgeois, doyen de Hanret et curé de Saint-Germain, relative aux records précédents.

28 janvier 1636.

Ego Livinus Bourgeois, pastor Sancti Germani et concilii Henreschensis decanus in dioecesi et comitatu Namurcensi, testor et in animam depono, quod inviolabiliter per spatium triginta duorum annorum continuorum vidi punctim ubique observari praesens recordium in nostro districtu, et vigore ejusdem decimatores de Sancto Germano, nempe monasterium

de Salzinnes, monasterium d'Argenton et capellanum arcis de Sampson condemnatos fuisse die prima octobris anni 1610 ad integram turris, quae recenter ruerat, reparationem, prout iidem repararunt tecta navis et chori integre cum campana decimali et campanili vulgo *Belfroy*, et ad omnia, quae praesens sonat recordium, se senserunt obligatos, et in singulis annis provident de necessariis.

Venerabile capitulum ecclesiae cathedralis Namurcensis pro reparatione turris et ecclesiae de Dhuy ratione decimae, quam ibidem possidet, sequitur in omnibus praesens recordium, prout et in aliis oneribus.

Reverendus dominus abbas sancti Jacobi Leodiensis vigore hujus recordii a paucis annis ratione decimae, quam habet in Henrech, praebuit novam campanam decimalem, reparavit integre celetum et tectum navis, et integre observavit, quae in hoc recordio notantur.

Venerabile capitulum sancti Dionisii Leodiensis nunquam negare potuit reparationem turris et ecclesiae de Leuze, cujus est patronus, prout et subit cetera onera, prout habet praesens recordium.

Praelatus Maloniensis et monasterium Salziniense virtute recordii praesentis muros campanilis, et a paucis annis muros navis, ratione decimae, quam ibi possident, reparari curarunt, et sequuntur in aliis praesens recordium[1].

Reverendissimus dominus Namurcensis ratione decimae, quam possidet in Namesche, quoad reparationem ecclesiae parochialis et cetera onera sequitur praesens recordium.

Monasterium de Salzinnes, Cisterciensis ordinis, a paucis mensibus virtute hujus recordii turrim de Novilia Francorum Hominum, totius concilii praecipuam, quae minabatur ruinam, magno sumptu per sententiam reparari curavit, et in ceteris oneribus sequitur praesens recordium.

Monasterium de Ramea, Cisterciensis ordinis, nuper con-

[1]) Le nom de l'endroit est omis.

demnatum fuit juridice ad vectionem omnium materialium pro reparatione turris et ecclesiae loci de Novilia supra Mehaniam ratione decimae, quam ibi habet, virtute hujus recordii; et in aliis sequitur hoc recordium.

Reverendus et generosus dominus de Montmorency, ecclesiae sancti Lamberti decanus, ante viginti quinque annos suo sumptu reparari curavit turrim de Aschia in Refail ratione decimae, quam ibi possidebat, prout et in ceteris oneribus est secutus praesens recordium.

Reverendus et generosus dominus a Wachtendonck, ibidem decanus, pro reparatione chori et navis ibidem, ab hoc recordio discedere non potuit[1].

Capitulum Nivellense, monasterium Heilissemense, Praemonstratensis ordinis, capitulum sanctae Mariae Namurcensis et monasterium de Ramea, pro reparatione loci de Perwez, in Brabantia, sequuntur in omnibus praesens recordium, et in singulos annos graves patiuntur sumptus.

Joannes Marotte, dominus temporalis d'Enee, ratione decimae, quam percipiebat in Upigni, virtute hujus recordii cum pastore de Mehania ad ratam, ad turris, chori et navis reparationem, et cetera omnia condemnatus fuit, et paruit.

Monasterium Boneffiense, Cisterciensis ordinis, monasterium de Ewiria et monasterium sancti Laurentii Leodiensis ratione decimae, quam possident in pago Boneffiensi, quod ad reparationem ecclesiae parochialis ibidem attinet, et omnibus adamussim sequuntur praesens recordium.

Capitulum sancti Bartholomaei Leodiensis vigore hujus recordii reparavit olim turrim de Geest-Gerompont, in Brabantia, et sequitur in omnibus aliis.

Illustrissimus admodum ac reverendissimus archiepiscopus Mechliniensis ratione decimae, quam percipit in Francqnee prope Boneffe, in omnibus sequitur hoc recordium, et providet de omnibus necessariis in hoc recordio specificatis.

[1]) Le nom de la paroisse manque.

Monasterium de Ewiria a paucis annis vigore hujus recordii reparavit a fundamentis turrim pagi de Hemptinne, et sequitur illud in omnibus aliis.

Capitulum Nivellense pro reparatione ecclesiae de Harlue et de Hegezée sequitur praesens recordium.

Monasterium Villariense, Cisterciensis ordinis, in reparatione ecclesiae et turris de Ramilies, et ceteris omnibus sequitur recordium praesens.

Capitulum sancti Bartholomaei pro reparatione ecclesiae de Marchovelette, et in ceteris omnibus sequitur hoc recordium.

Monasterium Walchiodorense, ordinis sancti Benedicti, in reparatione turris et ecclesiae de Rosaria Magna ratione decimae, quam ibi percipit, sequitur concilii Henreschensis recordium, prout et in ceteris oneribus.

Monasterium Boneffiense et capitulum sancti Bartholomaei pro reparatione ecclesiae Tavierensis ratione decimae, quam ibi possident, et in ceteris omnibus sequuntur praesens recordium.

Monasterium Marchiae Dominarum et Salziniense reparant ecclesiam de Tillier, et subeunt cetera onera ratione decimae, quam possident, prout praesens sonat recordium.

Abbas Gemblacensis et monasterium Salziniense pro reparatione ecclesiae de Waret la Chaussée et ceteris oneribus sequuntur hoc recordium.

Reverendus dominus abbas sancti Laurentii Leodiensis in reparatione turris et ecclesiae de Wasegia ratione decimae, quam ibidem percipit, sequitur hoc recordium, prout et in aliis omnibus.

Archives de l'église de Moustier.

IV.

RECORD DU DOYENNÉ DE BIESME[1].

17 avril 1564.

Universis et singulis praesentes litteras visuris, lecturis et audituris Joannes Brugius a Jarpinia, decanus christianitatis concilii Benenensis, et ceteri parochialium ecclesiarum concilii ejusdem investiti sive curati, salutem in Eo, qui est omnium salus.

Noveritis, quod nos die datae praesentium in concilio nostro Benenensi congregati, pro parte curati et mamburnorum ecclesiae parochalis de Anthey, diocesis et decanatus praescriptorum, ut recordium concilii ejusdem ipsis super ea, in quibus patroni teneantur ecclesiis baptismalibus, qui percipiunt majorem decimam vel partem ejus, aliisque infrascriptis decernere, litterasque desuper oportunas dare et concedere vellemus et dignaremur, instanter requisiti declaravimus, et praesentium tenore declaramus, quod ex consuetudine generali hactenus observata et obtenta, patroni, qui dictam decimam percipiunt, ut dictum est, tenentur ad omnia, quae sunt necessaria sacerdoti celebrari volenti, verbi gratia ad candelam pro missa cantanda et omnibus horis tam diurnis quam nocturnis; item ad unum clericum sive matricularium; item ad omnia indumenta sacerdotalia; ad calicem argenteum et corporale; ad mappam, manutergium et pallium, sive pannum cooperiendo altari propter honestatem; item ad aliud pallium sive pannum de serico vel de tela extentum alte et desuper al-

[1]) Ce record a une grande analogie avec celui de Florennes que nous avons déjà publié (*Analectes*, II, p. 213 et suiv.). Les paroisses du doyenné de Biesme avaient presque toutes fait partie du décanat de Florennes avant l'érection et l'organisation des nouveaux évêchés en Belgique, au milieu du XVI[e] siècle.

tare propter araneas et earum telas et alias spurcitias; ad sudarium pro digitis tergendis post ablutionem piscinae; item in thuribulo et thure pro missis et festis duplicibus et omnibus solemnitatibus; ad missale camisia linea involutum cum manutergio dependenti; ad graduale, breviarium cum notula et antiphonarium; item ad hymnarium cum psalterio feriali cum notula; et ad haec omnia reficienda. Et tenentur assignare locum, in quo haec omnia sub suo periculo reserventur.

Item tenentur ad cancellum reficiendum cum navi templi tam in coopertura quam aliis necessariis, in fenestris vitreis, in piscina et in omnibus aliis, quacumque ratione et in pavimento censeantur.

Item tenentur ad cortinas altaris lateribus utrimque appensas, et ad cortinam convenienter extensam sursum super altare, quae protegat et defendat ab immunditiis supervenientibus.

Postea tenentur ad ampullas vini et aquae, et ad alias pro chrismate et oleo sacro et infirmorum; et ad illos sex denarios, qui solvuntur decano pro expensis suis; et ad ollam aeream vel stanneam pro aqua deferenda; item ad taurum et verrem, quibus licitum est discurrere per campos et fructus camporum; sed, si quis inveniat eos in damno suo, potest eos ejicere, dum tamen ipsos non laedat, vulneret vel occidat. Et, si hoc faciat, magistro eorum seu domino satisfacere tenetur de iisdem.

Item tenentur ad magnam campanam, quae possit audiri infra terminos decimae seu parochiae; et praedictam magnam campanam in turrim templi reponere securam, quae excedat galeam templi sive navim altitudinis septem pedum. Et ipsam turrim et campanam intertinere debent tam in cordis quam aliis necessariis.

Item tenentur etiam ad obsonium, cathedraticum, et ad sumptus, qui fiunt in synodo pro decano et clerico; sed si

excessus inveniantur, et in pecunias commutentur, debent restitui de eadem. Et forte tenentur ad aliqua alia, quae ad praesens memoriae nostrae non occurrunt.

Dicimus etiam, quod curatus pro parte suae decimae in nullo praemissorum tenetur; nec tenetur solvere decimamde domicilio cum suis appendiciis, in quo commoratur, sive ad dotem suae ecclesiae pertineat, sive aliud ab aliquo conducat.

Nec non ex praemissis colligi potest, quicumque decimam recipiat infra parochiam, excepto curato, pro majori decima computatur.

Item de his, quae ad ecclesiam deferuntur et ibi coram quacumque causa offeruntur imagini seu reliquiis, cedunt investito.

Item dicimus, quod quilibet paterfamilias vel mater familias tenetur annuatim ad septem oblationes voluntarias, dum tamen quatuor non fuerint irrisoriae, videlicet in die Assumptionis beatae Mariae Virginis, Omnium Sanctorum patroni ecclesiae, et dedicationis; et tres integras, scilicet die Nativitatis Domini, Pascae, et Pentecostes.

Item de terris ad decimam curarum sive capellaniarum spectantibus dicimus, quod rectores earumdem possunt per sex annos dare ad colendum; et si successor velit eas ad se retrahere, potest, dum tamen reddiderit poenas colono ad arbitrium proborum, alias non. Et si dicti rectores dictas terras sumptibus suis excoluerint, partem carucae recipient, vel eorum executores seu successores, qualicumque tempore moriantur.

De decima vellerum dicimus, quod, si nutritores ovium habeant plura domicilia, et deducant de uno ad aliud, quilibet perceptor decimae recipiat pro rata sua. Incipit ista rata in festo beati Remigii, et durat usque ad decimationem vellerum.

De herbis venditis vel conductis dicimus, quod, si fructus veniant ad maturitatem, tenentur decimam de omnibus solvere;

sin autem venditor vel locator solvet decimam de pecunia super his recepta. Simile judicium fiat de aliis fructibus vel venditis vel conductis.

De decimis pullorum dicimus, quod decima non solvatur, donec pulli voluntarie matrem relinquant. Decima anserulorum debet solvi post Assumptionem beatae Mariae Virginis, nisi vendantur. Et si pulli vel anseruli parvi vendantur in una et eadem decima vel alia, de incremento sive lucro decima debet solvi. Item decima similiter suscularum, id est parvulorum porcorum, solvatur post ablactationem.

Item pro quolibet pullo jumentorum duos denarios et vaccarum unum solvere est consuetum.

De apibus non solvatur decima, nisi vendantur, vel compilentur, vel numerus compleatur.

De lino non solvatur decima, donec positum fuerit ad perticam.

De personis, quae mutant suum locum, dicimus, quod, si veniant ad aliquem locum causa morandi, nox sola facit parochianum. Et si postmodum lepram patiantur, quantocumque tempore moram ibidem fecerint, debent reverti ad propriam ecclesiam baptismalem; et ibi debent eisdem, si sint pauperes, loca et domus a parochianis assignari. Et notandum est, quod ultimus conjugum superstes, quocumque ierit, parochianus remanet quoad matrimonium contrahendum, ubi primus decesserit. Et si postea locum saepe mutaverit, et ad alium venerit pro matrimonio dumtaxat contrahendo, et non pro aliis sacramentis, revertetur etiam ad ecclesiam baptismalem.

De capellanis perpetuis et residentiis beneficii competentis non obstantibus, dicimus, quod tenentur diebus dominicis et festivis cum habitu decenti nocturnis horis et diurnis interesse, et extremae unctioni, quae quolibet anno debet renovari[1]. Et si curatus sit citatus, vel absens ex legitima causa, tenentur ei subvenire; et si infirmus per quindenam, subve-

[1]) Voyez la note que nous avons donnée *Analectes*, II, p. 217.

nient eidem et non amplius, nisi sumptibus curati. Item tenentur per quindenam ante Pasca et ante Pentecosten, nec non Nativitatem Domini confessiones audire. Et ad haec omnia tenentur suis propriis sumptibus, nisi ab investito gratis largiatur.

De exequiis etiam sciendum est, quod decanus exequias sacerdotis, clericorum beneficiatorum seu ordinatorum, ac nobilium et leprosorum, cum omnibus mobilibus leprosorum praedictorum, habere consuevit; de aliis non.

De oblationibus dicimus, quod quidquid ad altare et ad crucem adorandam et coram aliqua imagine ponitur, vel in die Parasceves offertur, oblatio nuncupatur.

Item, mamburni ecclesiarum et mensae pauperum per curatos debent de consilio parochianorum institui; et per eosdem curatos et parochianos de bonis ad ipsum luminare et mensam pauperum pertinentibus debent semel in anno in computibus audiri.

Item, si aliquis legaverit simpliciter patrono seu sanctae ecclesiae, cedit investito ipsius ecclesiae; et, si sit piis locis vel personis legatum, et non investito, potest ipse investitus repetere ratione curae tantam pecuniam, quantum majus legatum aliis factum ascendit.

Item, decanus noster concilia et capitula debet tenere, et eadem authoritate superiorum suorum et sua debet inbannire, et poenam pecuniariam potest de consilio fratrum absentibus imponere. Quae pecunia debet converti cum illis decem solidis, qui ab investitis novis recipiuntur, in communes usus confratrum. Item, solus decanus excusationem pro absentia habet acceptare, et praesentes licentiare, et, ubi convenire tenentur, de superiorum nostrorum mandato speciali convocare.

Item dominus noster archidiaconus semel in anno juxta formam statutorum potest nos et ecclesias nostras, et in propria persona, et pro ipso nullus, visitare, et corrigere delinquentes secundum formam declarationis.

Item, de infantibus inventis dicimus, quod communitas villae seu parochiae debet eos facere nutriri, ita quod nullum periculum eveniat de eisdem.

Item, de exequiis mortuorum dicimus, quod quidquid fiat ad honorem corporis sepeliendi seu animae, id, quod ponitur super illud, sive deferatur ad ecclesiam, sive non, cedere debet investito, excepto panno pauperum communi.

Item est sciendum, quod in pluribus locis seu ecclesiis nostri concilii sunt quaedam consuetudines speciales obtentae et ab antiquo observatae, quae derogant isti generalitati, de qua superius fecimus mentionem; et teneri debent istae consuetudines speciales in locis suis, nisi fuerint expresse juri contrariae, vel tales, quae potius dici debeant corruptelae quam consuetudines, vel abusus quam usus.

Item, si foenum, vel linum, vel semen, de quo conficitur oleum, sunt matura ante festum Joannis Baptistae, tunc sunt de anno venturo; quia nemo debet bis in anno metere.

In cujus rei testimonium nos decanus et confratres concilii supradicti praesentes literas exinde fieri, et per notarium publicum infrascriptum subscribi, sigillique dicti decani fecimus communiri.

Datum et actum in parochiali ecclesia de Benena supradicta, sub anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, mensis vero aprilis die decima septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providentia papae quarti anno quinto, praesentibus ibidem discretis viris magistris Joanne Taintelier, canonico ecclesiae sancti Petri Namurcensis, et Henrico Hannon, juris utriusque licentiato, testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis.

De mandato praefatorum dominorum decani et confratrum concilii Benenensis supratactorum.

Quintinus Macquet, notarius.

Cartulaire du chapitre de Notre-Dame à Namur, du XVII[e] siècle, fol. 33 v[o], aux Archives de l'Etat, à Namur.

V.

RECORD DU DOYENNÉ DE FLEURUS[1].

1312.

Universis has literas inspecturis JACOBUS, decanus concilii Flerucensis, et magister ALBERTUS DE NIVELLA, presbiter, clericus venerabilis viri Matthei De Lougis, Leodiensis archidiaconi, salutem et agnoscere veritatem. Noverint universi et singuli, quod dominus Joannes, investitus ecclesie sancti Simphoriani in Jameda, concilii predicti, et Nicolaus de Jameda, clericus, dominũs Joannes, investitus, nomine ecclesie de Fally, et dictus Nicolaus, nomine dicte parochie de Jameda, coram nobis et fratribus dicti concilii querimoniam deposuerunt, super quam pluribus defectibus supplendis in ecclesia predicta, quis ad ipsos defectus supplendos teneretur de antiqua et approbata et legitime prescripta consuetudine in concilio Flerucensi predicto; et ista questione commissa viris discretis magistro Godefrido de Oigneez et Nicolao de Heppegnees, investitis et fratribus predicti concilii, ipsi fratres Nicolaus et Godefridus, habita diligenti consideratione, ac tractatu habito, in concilio cum aliis fratribus investitis dicti concilii coram nobis et fratribus predictis retulerunt et recordaverunt.

I. Quod major decima tenetur ecclesie parochiali de consuetudine predicta hactenus obtenta et observata ad omnia, que sunt necessaria sacerdoti celebrare volenti; ad candelam pro missa cantanda et omnibus horis tam diurnis quam nocturnis.

II. Ad unum clericum seu matricularium, item ad omnia indumenta sacerdotalia, ad calicem argenteum et corporale, ad mappas, manutergia et pallia pro altari cooperiendo propter honestatem, ad sudarium pro tergendis digitis post ablutionem piscine.

[1]) Nous avons déjà publié trois records de ce doyenné (*Analectes*, II, p. 282 et suiv.). Celui-ci est le plus ancien qui soit venu à notre connaissance.

III. Item in thuribulo et thure pro missa et festis duplicibus et omnibus solemnitatibus, ad missale camisia linea involutum cum manutergio dependente; ad graduale, breviarium cum notula et antiphonario.

IV. Item ad himnarium cum psalterio feriali cum notula. Et ad hec omnia reficienda et conservanda tenetur major decima assignare locum, in quo hec omnia sub suo periculo reserventur.

V. Item tenetur ad cancellum reficiendum cum navi templi tam in coopertura, fenestris vitreis et in piscina, quam omnibus aliis necessariis, quocumque nomine censeantur.

VI. Item tenetur ad cortinas altaris lateribus utrisque appensas; et ad cortinam convenientem extensam sursum super altare, que protegat altare ab immunditiis supervenientibus.

VII. Preterea tenetur major decima ad ampullas vini et aquae, et alias pro chrismate et oleo sacro, et infirmorum; et ad illos sex denarios, qui solvuntur decano pro expensis suis, et ad ollam terream vel stanneam pro aqua deferenda.

VIII. Item ad taurum et verrem, quibus licitum est discurrere per campos et fructus camporum; et si quis invenerit eos in damno suo, poterit eos ejicere, dum tamen non ledat, vulneret, vel occidat. Et si hoc fecerit, magistro eorum seu domino satisfacere tenetur de eisdem.

IX. Item tenetur dicta major decima ad magnam campanam, que possit audiri infra terminos decime, sive parochie; et predictam campanam in turri templi reponere securam, que excedit galeam templi sive navim altudine septem pedum; et ipsam turrim seu campanam detinere debet, tam in cordis quam in aliis necessariis.

X. Tenetur etiam ad obsonium seu cathedraticum, et ad sumptus, qui fiunt in sinodis pro decano, clerico et archidiacono dicti loci. Sed si excessus inveniantur, in pecunias commutentur. Et forte tenetur ad alia, que jam ad presens non memorie commendavit concilium predictum.

XI. Retulerunt etiam dicti fratres Nicolaus et Godefridus, quod curatus pro parte decime sue nulli premissorum tenetur solvere decimam de domicilio, in quo commoratur, nec de appenditiis ejusdem, sive ad dotem sue ecclesie pertineat, sive illud ab aliquo conducat. Et per hoc colligitur ex premissis, quod quicumque decimas recipit infra parochiam, excepto curato, pro majori decima reputatur.

Et his usu et consuetudine usi sunt et utuntur dicti fratres investiti concilii predicti.

In cujus rei testimonium presentibus literis sigilla nostra una cum sigillis Godefridi et Nicolai duximus apponenda, nos decanus predicti nostri concilii, etc. Actum anno 1312[1].

Archives de l'église de Moustier.

VI.

RECORD DU DOYENNÉ DE CHIMAI.

Extrait du record de 1643[2].

Servitutes et onera decimarum :

I. Grossa decima cujuslibet pagi districtus dicti concilii tenetur ad aedificium chori et ejus intertentionem, quoad

[1]) Une note ajoutée au record nous apprend que la consultation fut adressée au concile de Fleurus par le curé et les habitants de Jambes à l'insu du chapitre de Notre-Dame de Namur. Elle est conçue dans les termes suivants : *Et ad latus in registro dicto* le grand papier *habetur : Absente et ignorante capitulo beate Marie.* Aussi le chapitre refusa-t-il tout d'abord de reconnaître la décision. *Nota,* est-il encore dit en note, *hoc recordium capitulum beate Marie Virginis Namurcensis in principio admittere noluisse; sed tandem propter sententiam ea de re a decano Sancte Crucis Leodiensis, tamquam ab arbitro electo, latam laudaverunt prepositus, decanus et canonici dicti capituli, ut videre est in eorum archivis sub anno* 1350.

[2]) Ce document est intitulé : *Statuta et consuetudines ab omni antiquitate inter dominos pastores concilii Cimacensis, in ecclesia Leodiensi, archidiaconatus Famennae, usu receptae, ex variis resolutionibus et decretis latis in multis conciliis et synodis dictorum dominorum pastorum*

muros, tectum, cancellos cum seris, quibus chorus a navi templi separatur.

II. Obligatur ad campanam banalem, funes, axes et instrumenta, quibus pulsatur; et ad tectum campanilis supra dictam campanam, quando duo signorum paria extenduntur.

III. Ad altare summum, ejus lapidem et suppedaneum, sic dispositum, ut in eo commode et honeste sacrosanctum Missae sacrificium celebrari possit.

IV. Ad ornamenta omnia, quibus debet instructus sacerdos esse ad celebrandum, nempe ad albam, amictum, mappas altaris, mantilia, eo numero, ut commode suis temporibus mutari possint; item ad casulam, stolam, manipulum, missale, ampullas vini et aquae.

V. Ad calicem, cujus cuppa ut minimum cum platina sit argentea, valentem triginta florenos Brabantiae.

VI. Ad panem et vinum, primum et ultimum ignem pro missis pastoralibus.

VII. Ad graduale et breviarium, ad fontes baptismales ab episcopo benedictos, vel alio ejus nomine deputato, eorum cooperculum, cancellos et seras, quibus includantur.

VIII. Ad taurum et verrem in quolibet pago.

IX. Non sufficit haec omnia per decimatores deliberata esse et tradita, sed debent etiam eorum expensis intertineri, resarciri et renovari, cum opus fuerit.

X. Ubi grossa decima inter plures dominos dividitur unusquisque eorum tenetur dictis oneribus satisfacere, et contribuere ad ratam partis, quam habet in decima, excepto pastore, qui, cum partem in decima habeat, ad nihil obligatur, praeter ad officium. Secus, cum totam decimam percipit; tunc enim ad omnia onera obligatur.

Archives de l'église de Moustier.

collectae, auctoritate illustrissimi ac reverendissimi domini Christophori a Blocquerie, archidiaconi Famennae, cum mandato ut inviolabiliter per districtum concilii observentur.

Sentence arbitrale, prononcée en 1463, relativement a la dotation de l'église et de la cure d'Oordam.

Oordam, situé au nord d'Oorderen dans la direction de Lillo, dépendait, avant l'année 1463, de la paroisse d'Oorderen. Jean Pot[1], qui habitait le château de Couwensteyn à Lillo, fit bâtir une église à Oordam, après avoir préalablement obtenu le consentement du pape Pie II. La bulle pontificale lui imposait l'obligation de doter convenablement l'église et la cure de la nouvelle paroisse. Des difficultés ne tardèrent pas à surgir entre le fondateur et le curé d'Oorderen relativement à la dotation prescrite. Pour les terminer amicalement les parties intéressées résolurent de s'en référer à l'arbitrage de Jean Fierkens, abbé de Saint-Michel d'Anvers, et de Paul de Rota, trésorier de la cathédrale de Cambrai. C'est la sentence prononcée par ces arbitres que nous publions d'après l'original. Diercxsens, dans son *Antverpia Christo nascens et crescens* (III, p. 23 et suiv.), a déjà donné quelques extraits de ce document.

Le savant historien d'Anvers semble révoquer en doute que la paroisse d'Oordam ait jamais existé de

[1]) Jean Pot était le fils aîné de Pierre Pot, le fondateur de la célèbre abbaye de Saint-Sauveur, de l'ordre de Cîteaux, à Anvers. Il fut bourgmestre d'Anvers, en 1465 et 1467. Il avait marié Marguerite De Coninck, dame de Couwensteyn, et mourut le 14 mai 1468. L'église d'Oordam fut consacrée sous le vocable de Saint-Jacques, patron du fils aîné de Jean Pot, et qui succéda à son père dans la seigneurie de Couwensteyn. Cette seigneurie devint l'apanage de la famille de T'Seraerts par le mariage de Marguerite Pot, sœur de Jean, avec Antoine T'Seraerts qui mourut en 1540.

fait. Nous pouvons affirmer avec certitude qu'elle a existé pendant tout un siècle. Des documents d'une authenticité incontestable établissent que le 21 mai 1468 Jean Van Coyenbrouwer y était curé; et que Bernard Dillis, curé de Berchem et doyen de la chrétienté d'Anvers, fit, en 1562, la visite de l'église d'Oordam à l'époque où Martin Willems desservait la cure[1]. L'église d'Oordam avait le rang de *quarta capella*.

Oordam eut beaucoup à souffrir des guerres dont notre pays fut le théâtre dans la dernière moitié du XVI[e] siècle. En 1585, les digues de l'Escaut furent percées, et Oordam complètement inondé et détruit. Aujourd'hui il ne nous reste de cette localité que le souvenir. Le poldre qui se trouve à l'endroit où s'élevait autrefois le village porte encore le nom de poldre d'Oordam.

Voyez sur *Oorderen* et *Oordam*, Le Roy, *Notitia Marchionatus*, p. 387; Diercxsens, *Antverpia*, III, p. 23 et suiv.; et Torfs, *Fastes des calamités publiques*, p. 301.

Universis presentes literas seu presens publicum instrumentum inspecturis Johannes, permissione divina abbas monasterii sancti Michaëlis Antverpiensis, ordinis Praemonstratensis, Cameracensis diocesis, et Paulus de Rota, in utroque jure licentiatus, canonicus et thezaurarius ecclesie Cameracensis, arbitri a venerabilibus et circumspectis viris, dominis,

[1]) Voici l'extrait de la relation du doyen, faite à l'évêque de Cambrai : *Oerdamme, patronus S. Jacobus; collator Jacobus Couwensteyn alias Zeraerts, jure patronatus; curatus residens dominus Martinus Guilelmi, Cameracensis diocesis.*

capitulo insignis ecclesie Antwerpiensis, dicte diocesis, Petro Fabri, curato ecclesie parochialis de Oerderen, ejusdem diocesis, actoribus ex una, ac strennuo viro magistro Johanne Pot, armigero, fundatore principali novelle ecclesie parochialis de Ordamme, infra limites dicte ecclesie de Oerderen noviter extructe, reo seu defensore ex alia, partibus, de et super ejusdem novelle ecclesie erectione, dotatione, ac controversia hujusmodi occasione inter partes ipsas existente et exorta, aliisque suis incidentiis, dependentiis et connexis, per ipsarum partium literas patentes infrascripti tenoris nobis arbritris presentatas, et per nos receptas, concorditer electi et assumpti, salutem in Domino, et bonam pacem sectari. Notum facimus, quod nos considerantes tantum esse pacis bonum, ut nichil sine pace bonum sit, atque ob id bonum pacis, amicicie et tranquillitatis inter partes predictas, quantum in nobis fuit et est, confovere summopere cupientes, onus compromissi hujusmodi et totius cause presentis statum nostro arbitrio terminandum in nos gratiose suscipientes, receptis prius per nos et diligenter masticatis tam certis scripturis realiter, quam aliis propositionibus et allegationibus verbotenus nomine dictarum partium coram nobis exhibitis et factis, tandem die, hora et loco infrascriptis, dictis partibus ad hoc assignatis et coram nobis sufficienter comparentibus, nostram sententiam arbitralem sive laudum juxta formam certi memorialis articulati, cujus tenor inferius etiam est insertus, articulatim conceptam seu conceptum, matura super hoc deliberatione cum jurisperitis habita, et cause meritis provide recensitis, in scriptis pronunciandum duximus et promulgandum, pronunciavimusque et promulgavimus in modum post dicti compromissi et prefati memoralis articulati presentibus nostris literis per ordinem insertorum subjunctum.

Tenores quidem primo literarum compromissi, deinde memorialis articulati, unde supra fit mentio, ac demum dicte nostre sententie arbitralis seu laudi sequuntur successive et sunt tales :

Noverint universi presentium tenores inspecturi, quod nos Petrus Streekaert, presidens, Johannes Nool, cantor, Gieselbertus de Werve, Johannes Braxatoris, thezaurarius, Arnoldus Reysenaldi, Egidius de Vinea, Jacobus de Vinea, plebanus, Christianus filius Adriani, Andreas Petri, Arnoldus Lyns, Franco Keddekin et Nicolaus de Valkenisse, archidiaconus Antwerpiensis, in ecclesia Cameracensi, canonici prebendati ecclesie collegiate beate Marie Antwerpiensis, Cameracensis diocesis, in nostro loco capitulari solito more consueto capitulariter congregati, et capitulum illius ecclesie inibi representantes ex una, ac magister Johannes Pot, opidanus opidi Antwerpiensis, tam proprio quam universorum inhabitatorum loci seu vicinii vulgariter nuncupati *Ghehoechte de Oerdamme,* dicte diocesis, nominibus ex altera, partibus, attendentes et diligenter considerantes lites et dissentiones inter nos vicedecanum, et capitulum, nostrosque confratres dicte ecclesie beate Marie Antwerpiensis canonicos, et Petrum Fabri tamquam rectorem parochialis ecclesie de Oerderen, ejusdem diocesis, nobis vicedecano et capitulo in hac parte pro suo interesse adherentem, occasione cujusdam rescripti apostolici per dictum magistrum Johannem Pot super erectione et fundatione nove parochialis ecclesie in prefato loco de Oerdamme, quod infra limites parochie supradicte parochialis ecclesie de Oerderen extat, fienda, impetratum, aliquamdiu subortas, utrique nostrum partium supradictarum noxias fore atque molestas, cupientesque propterea et affectuose desiderantes litium et dissentionum hujusmodi evitare distractus, ac pacem et tranquillitatem inter nos peramplius confoveri, sane de nostrum communi voluntate, consilio et deliberatione super hujusmodi lites et dissentiones, nec non causa desuper primo coram venerabili domino officiali Cameracensi in Bruxella, et deinde in Romana curia, ubi ipsa de presenti pendet indiscussa, per et inter nos partes predictas mota et intentata

suisque emergentiis, incidentiis, dependentiis et annexis, ac etiam tam super questione juris presentandi personam ydoneam ad hujuscemodi novam ecclesiam, dum pro tempore vacaverit, quam etiam subtractione juris et dampnificatione dicte parochialis ecclesie de Oerderen, reverendum patrem dominum abbatem monasterii sancti Michaëlis, dicti opidi Antwerpiensis, ac egregium virum magistrum Paulum de Rota, in utroque jure licentiatum, canonicum et thezaurarium majoris ecclesie Cameracensis, in nostros arbitros, arbitratores et amicabiles compositores elegimus, constituimus et deputavimus, eligimus, constituimus et deputamus, ac in eos compromittimus nos ipsos et negotium hujuscemodi ipsis, et eorum dictamini desuper unanimiter ferendo de alto et basso submittendo per presentes, eos, quatenus omnes lites et dissentiones, nec non causam desuper, ut premittitur, motam et pendentem, una cum suis emergentiis, incidentiis, dependentiis et connexis, aliisque differentiis predictis decidendi, sedandi et terminandi, prout eis videbitur convenire, ac rationi et equitati consonum fore, intercipere dignenter rogantes et humiliter deprecantes, et nichilominus ipsis auctoritatem plenariam et omnimodam potestatem dantes et attribuentes quascumque scripturas et informationes per nos et alterum nostrum verbo vel scriptis dandas recipiendi, nobisque auditis, ad eorum laudum sive arbitrium omni tempore et quocumque loco, nobis ad hoc vocatis et auditis, procedendi, illudque scriptis vel verbo infra hinc per totas proximas nundinas Antwerpienses penthecostales inclusive, aut interim quandocumque pronunciandi, laudandi et arbitrandi, prout eis melius videbitur juxta equitatem negotii expedire. Et insuper si predicti domini arbitri in eorum laudo sive arbitrio pronunciando, nobis auditis et scripturis atque informationibus nostris, que voluerimus coram eis exhibere, debite recensitis, discordaverint seu differentes fuerint, tunc causas differentie et discordie ipsorum reverendo patri, domino

et magistro Anthonio Haneron, preposito ecclesie sancti Servatii Trajectensis[1], Leodiensis diocesis, tamquam superarbitro, et quem nos in illum eventum in nostrum superarbitrum elegimus et assumptimus, eligimusque et assumimus, significare habebunt. Qui, auditis differentiis hujuscemodi, suum laudum sive arbitrium juxta modificationem et equitatem rei ac alias, prout sibi et sue conscientie videbitur expedire, omni tempore et omni hora, cum sibi placuerit, nobis ad hoc vocatis et auditis, verbo vel scripto, infra hinc ad festum Bavonis ex tunc immediate subsequens, modo simili pronunciare poterunt et promulgare. Quod quidem laudum sive arbitrium per dictos dominos arbitros, aut in eventum differentie superarbitrum, dum et prout pronuntiatum fuerit, nos conjunctim et divisim ratum, gratum, firmum, stabile, perpetuo inviolabiliter observare, tenere et habere, ac numquam contra id venire, aut dicere, seu veniri, aut dici, procurare, tollerare autque permittere quoquomodo, etiam non umquam ab eo provocare, appellare, seu ad arbitrium boni viri recurrere promittimus fide media et pollicemur, sub pena, et nomine pene centum nobilium monete Anglicane, pro una reverendo in Christo patri et domino domino episcopo Cameracensi ad opus elemosinarie sue, pro alia illustrissimo principi et domino domino duci Burgundie, Brabantie, etc., et pro tercia partibus parti premissa observanti per partem contravenientem et rebellem, si committatur, applicanda, prefato laudo, sic ut premittitur, ferendo rato remanente. Renunciarunt propterea dicte partes, et earum

[1]) Antoine Haneron, né à Arras, était maître-ès-arts et docteur en droit canonique (*decretorum doctor*) de l'Université de Paris. Lors de l'érection de l'Université de Louvain, il fut appelé dans cette ville pour y enseigner la philosophie, et élu recteur de l'Université en 1434. Il devint plus tard prévôt de Saint-Donatien à Bruges, et conseiller de Charles-le-Téméraire et de l'empereur Maximilien. En 1488, il fonda à Louvain un collége auquel il donna le nom de Saint-Donatien. Voyez Valerius Andreas, *Fasti academici*, ed. 1650, p. 298.

quelibet, liti et cause, ut prefertur, indiscusse, pendenti, totique desuper habito processui, atque omnibus et singulis exceptionibus, indultis, gratiis, juribus, privilegiis, et aliis quibusvis, mediantibus quibus nos, aut alter nostrum, possemus seu posset contra premissa in aliquo juvari vel tueri, et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi precesserit specialis. In quorum omnium premissorum testimonium et munimen sigilla capituli beate Marie Antwerpiensis ac magistri Johannis Pot, nostrorum predictorum, presentibus duximus apponenda.

Datum et actum Antwerpie, in prefato loco capitulari, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, indictione undecima, die vero quarta mensis martii, de mane hora tertiarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii, divina providentia pape secundi, anno quinto; presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris domino Hermanno de Scipdonck, presbitero, perpetuo capellano dicte ecclesie beate Marie Antwerpiensis, et Gerardo Boist, virgifero dicti capituli, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Subsequenter eisdem anno, indictione, mense et pontificatu, die vero nona dicti mensis martii, hora vesperarum vel quasi, constitutus Bruxelle, dicte diocesis, juxta ecclesiam collegiatam sancte Gudile, in mei notarii publici et testium subscriptorum presentia honorabilis vir dominus Petrus Fabri, rector dicte parochialis ecclesie de Oerderen principalis, principaliter seipso, in et circa premissa omnia et illorum quodlibet prelibatis dominis vicedecano et capitulo pro suo interesse adherendo nomine et ex parte sui ipsius suprascriptum compromissum, sic, ut premittitur, stipulatum, et eidem domino Petro, presenti et audienti, de verbo ad verbum per me, subscriptum notarium, prelectum, juxta omnem ipsius efficaciam, formam et tenorem melius, quo potuit ac de jure debuit, atque quantum in eo fuit, acceptavit, laudavit et ratificavit,

nec non sic sub similibus modo, forma et pena inibi contentis, debite compromisit cum simili renunciatione predeclarata.

In cujus rei testimonium idem dominus Petrus sigillum dicte sue cure de Oerderen una cum aliis prioribus sigillis voluit presentibus appendi, presentibus ibidem providis et honestis viris domino magistro Johanne de Leemputte, Henrico Marsys, presbyteris, et Matthia de Venne, clerico custode parochialis ecclesie sancti Nicolai Bruxellensis, prefate Cameracensis diocesis, testibus ad hoc vocatis pariter et rogatis.

Et ego Nicolaus de Tefelen, clericus Cameracensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia suprascriptorum arbitrorum electioni et assumptioni, compromissioni et renunciationi, ceterisque premissis omnibus et singulis, que dum sic, ut premittitur, successive fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus sic succinctis, vocatis, presens interfui, eaque omnia sic fieri vidi, scivi et audivi, ideo presentes literas, sive presens publicum instrumentum, per alium fideliter scriptum, exinde confeci, in notam sumpsi, et hic manu mea ipsa subscribendo in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi cum appensione sigillorum prescriptorum in robur et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Pro summaria informatione ad causam erectionis nove parochialis ecclesie in Oerdamme pridem subortam per et inter partes infranominatas, jamque submissam in vos reverendum patrem ac dominum dominum Johannem, abbatem monasterii sancti Michaëlis Antwerpiensis, nec non egregium utriusque juris licentiatum, dominum et magistrum Paulum de Rota, thezaurarium et canonicum Cameracensem, tamquam arbitros, arbitratores et amicabiles compositores, ad presentem causam nuper assumptos pro parte venerabilium et circumspectorum virorum, dominorum vicedecani et capituli ecclesie beate Marie Antwerpiensis, nec non honorabilis viri, domini Petri Fabri, curati moderni parochialis ecclesie de

Oerderen, ipsis dominis capitularibus in hac parte adherentis, ac pro illorum intentione, jurisdictionisque, jurium atque juramentorum conservatione ponuntur et exhibentur puncta subsequentia :

Primo namque pro fundamento juris et interesse prefatorum dominorum capitularium et curati de Oerderen ad hanc causam premittendum est, quod dictus locus de Oerdamme est locus vicinus, vulgariter nuncupatus *Ghehuechte*, situs infra limites parochie de Oirderen, continens in se solum decem et octo domos, et non ultra; paucos habens homines utriusque sexus, parum divites, sed artem piscarie communiter exercentes. Qui homines de Ordamme longe ultra memoriam hominum tamquam veri parochiani dicte parochialis ecclesie de Oerderen, que immediate tamquam filia subest dicte ecclesie beate Marie Antwerpiensis, tamquam matrici ecclesie, inibi sua sacramenta ac alia jura ecclesiastica recipere consueverunt; quodque illorum locorum de Oerderen et Oerdamme prefati domini de capitulo fuerunt, prout adhuc sunt, domini, et veri atque indubitati patroni spirituales fundi; nec illa unquam habuerunt, prout nec habent, alium dominum temporalem, preterquam solum illustrissimum principem, dominum dominum ducem Brabantie, etc. Que omnia sic consistunt in veritate.

Item, premissis omnibus subticitis, magister Johannes Pot, verus et indubitatus parochianus parochialis ecclesie de Lilloe, nullam jurisdictionem seu dominium habens seu exercens infra dictum locum de Oerdamme, tam suo nomine quam incolarum et inhabitatorum ejusdem loci de Ordamme, tale quale procuravit impetrari mandatum apostolicum de fundando dictam novam ecclesiam in Oerdamme, cum clausulis tamen, videlicet quod, si et postquam judici delegato deputato de narratis in eodem mandato apostolico legitime constiterit, etiam jure matricis ecclesie in omnibus semper salvo; que clausule minime saltem juridice, prout debuissent, fuerunt servate, cujuslibet reve-

rentia in hoc semper salva, cum prefati domini capitulares et et curatus ad inquestam desuper taliter qualiter factam pro dicto eorum interesse minime fuerunt vocati, neque jus dicte matricis ecclesie in aliquo extitit salvatum, prout nec est; que atque plura alia utique in deductione cause, si sic amicabiliter non tractaretur, latius deducerentur. Hiis tamen omnibus sic premissis, pro notitia veritatis sic deductis, nihilominus prefati domini capitulares et curatus eis adherens affectantes potius amplecti viam pacis, equitatis et rationis quam viam rigoris juris, jurisdictione eorum et dicte matricis ecclesie, nec non honore et juramentis semper salvis, innitendo compromisso, alias per eos desuper consigillato, de alto et basso submittunt se ordinationi et arbitrio virorum dominorum arbitrorum suprascriptorum, petentes et instantissime requirentes per vestras circumspectiones mature et diligenter perspici merita presentis cause in omni equitate, ratione et justitia, juxta supra et infra enarrata, que relinquuntur vestris circumspectionibus discutienda, prout decebit.

Item, posito et non concesso, quod dicta nova parochialis ecclesia in Oerdamme sit et remaneat ecclesia sic noviter fundata, ymo ante illius fundationem necessaria fuisset sufficiens dotatio ejusdem ecclesie cum certis bonis, fructibus et redditibus absque alicujus alterius prejudicio pro illius ecclesie novorum rectoris atque custodis instituendorum status et vite sustentatione, etiam pro oneribus episcopalibus, visitationibus, expensis Remigii, capitulis servandis, aliisque impositionibus, subsidiis ac aliis similibus oneribus supportandis, de quibus in dicta fundatione nulla extitit facta mentio; que dotatio, si competens fiat, debeat sufficienter ad et supra congruentia bona firmari et ypothecari annue et hereditarie ad summam sive valorem duodecim librarum grossorum monete Brabantie, saltem pro curato pro tempore instituendo, nec non dicto custode similiter ad valorem duarum similium librarum, preter et absque dampnificatione aliqua dictarum matricis et parochialis de Oerderen ecclesiarum.

Item, similiter propter talem qualem satis derogatoriam subtractionem dicti loci de Oirdamme a prefata parochia de Oirderen primitus et ante omnia provisum fuisset, seu aliqua recompensa merito extitisset facta tam fabrice quam curato et custodi dicte parochialis ecclesie de Oerderen, quibus in ea parte permaxime extitit prejudicatum propter amissionem cotidiani subsidii, et tot suorum parochianôrum, qui merito recompensari deberent ad summam seu valorem duarum librarum grossorum monete predicte, respective distribuendarum dictis fabrice, curato et custodi ejusdem ecclesie de Oerderen, prout ordinabitur.

Item, quia prefati domini de capitulo Antwerpiensi fuerunt et sunt veri patroni et domini fundi dictorum locorum de Oirderen et de Oerdamme, ut prefertur, eapropter, non obstante clausula reservationis juris patronatus presentandi personam ydoneam in curatum dicte nove ecclesie in Oerdamme pro dicto magistro Johanne Pot suisque successoribus in dicto mandato apostolico expressa, iidem domini de capitulo sunt contenti de mensibus ipsis et quorumlibet locorum ordinariis per papam ordinatis et ordinandis, sic quod ipse magister Johannes Pot suique successores pro tempore inantea, etiam in quacumque vacatione ejusdem ecclesie de Ordamme, solum utetur mensibus papalibus, et non aliis, absque ipsorum dominorum prejudicio, conditione tamen tali adjecta, quod quicumque talis curatus in Oirdamme, sic nominandus illis mensibus papalibus, semper presentabitur antedictis dominis de capitulo Antwerpiensi, qui ex hujuscemodi presentatione dicti magistri Johannis Pot, aut suorum successorum, tenebuntur talem presentatum admittere juxta eorum laudabilem consuetudinem in aliis similibus fieri solitam.

Item, volunt ipsi domini de capitulo, quod ad instar aliarum ecclesiarum ipsis subjectarum et circumjacentium, custos pro tempore jam dicte nove ecclesie singulis annis, prout

moris est, se presentabit antedictis dominis de capitulo Antwerpiensi, capitulariter in eorum loco capitulari congregatis, loco et tempore congruis et ad hoc solitis.

Item, pre ceteris ad tollendum omne dubium in profuturis, necessarium est ad ordinationes vestrarum dominationum convenire dictas partes, seu verius earum procuratores aut deputatos, in certis loco et tempore ad hoc statuendis, presertim circa dictum locum de Oirdamme, pro limitando inibi palos circum circa pro dicta nova parochia de Oirdamme ab aliis circumjacentibus parochiis designandos et distinguendos, prout commodosius videbitur expedire.

Et, quia prefati domini capitulares pro deductione presentis materie prius inter partes prescriptas in utraque curia, tam ordinarii quam Romana, preter et absque speciali eorum commodo desuper reportando, nisi solum pro confirmatione eorum jurisdictionis per varias appellationes, protestationes aliasque prosecutiones, provide diversas et graves expensas, atque dampna sustinuerunt et supportarunt, que longe infra exposita estimant ad summam centum coronarum aurearum monete Francie; quas petunt ipsis refundi et restitui, prout decet.

Premissis igitur omnibus per vestras reverentias mature recensitis, iterum petunt dicti domini capitulares et curatus, sibi invicem adherentes super premissis, summarie procedi juxta formam dicti compromissi, nec non desuper arbitrari, sententiari, laudari et diffiniri, prout eisdem vestris circumspectionibus videbitur juxta omnem equitatem, conscientiam et rationem expedire, in ceteris restantibus supplendis defectibus, si qui sint, aut intervenire possent in eisdem.

In causa, que coram nobis Johanne, permissione divina monasterii sancti Michaëlis Antwerpiensis, ordinis Premonstratensis, Cameracensis diocesis, abbate, et Paulo de Rota, in utroque jure licentiato, canonico et thezaurario ecclesie Cameracensis, arbitris a venerabilibus et circumspectis viris

dominis capitulo insignis ecclesie Antwerpiensis, dicte diocesis, Petro Fabri, curato ecclesie parochialis de Oirderen, ejusdem diocesis, actoribus ex una, ac strennuo viro, magistro Johanne Pot, armigero, fundatore principali novelle ecclesie parochialis de Oirdamme, infra limites dicte ecclesie de Oirderen noviter extructe, reo seu defensore ex alia, partibus, de et super ejusdem novelle ecclesie erectione, dotatione, ac controversia hujuscemodi occasione inter partes ipsas existente et exorta, aliisque suis incidentiis, dependentiis et connexis concorditer per suas patentes literas nobis presentatas, et per nos receptas, electis et assumptis, matura deliberatione prehabita, ac cause ipsius meritis provide recensitis, communicato nobis jurisperitorum maturo consilio, Christique nomine invocato, in vim sententie arbitralis seu laudi, quam seu quod ferimus in hiis scriptis, dicimus, arbitramur, et pronunciamus.

Primo, quod magister Johannes Pot prefatus juxta tenorem bulle apostolice, per eumdem impetrate et obtente, tenebitur pro dote dicte novelle ecclesie emere, seu cum effectu assignare hereditarios redditus, consistentes in terris, pratis, pascuis aut aliis rebus seu fundis immobilibus, ascendentes libere, singulis deductis oneribus, ad minus ad verum valorem sex librarum grossorum Brabantie. Item ultra dictas sex libras grossorum, quia dictus magister Johannes devotum habet propositum fundandi tres missas in domo sua sub parochia de Lilloe, contigua dicte novelle ecclesie constituta[1], unam die lune, aliam die mercurii et terciam die veneris; illud insequendo propositum tenebitur assignare ad illarum missarum dotem et dotationem, redditus, ut supra, sufficientes, ad verum valorem trium librarum grossorum, habebitque curatus dicte novelle ecclesie optionem, si illis missis deservire et dictas tres libras grossorum sibi lucrifacere velit; ita quod, si illas dicen-

[1]) Le château de Couwensteyn, que Jean Pot habitait, se trouvait à proximité d'Oordam, et près de la digue dite *Couwensteynsche dyk*.

das dicere et optare velit per se aut alium, dictus curatus poterit et ipse; et tenebitur prefatus magister Johannes et ejus successores, remoto omni impedimento, ipsum curatum, aut alium ab eo missum, ad hoc recipere et admittere, nisi tamen illis diebus in ecclesia fuerit dies celebris et festiva; quo casu aliis diebus seu temporibus poterit et debebit recompensare.

Item, tenebitur dictus magister Johannes de emptione seu effectuali assignatione dictarum novem librarum grossorum ad usus, quos supra, sic ut premittitur, facto nos arbitros prefatos intra mensem julii proxime futuri certificari, nec non infra eumdem terminum curatum nomine dicte novelle ecclesie et pro succesoribus suis imperpetuum per justitiam seu justitias locorum, sub qua aut quibus erunt constituta, in illis debite inheredare et inheredari facere seu procurare, remanente nobis Johanni abbati, judici apostolico ad hoc delegato, facultate de modo servitii divini in ipsa novella ecclesia faciendi.

Item, et tenebitur dictus magister Johannes Pot infra medium annum dictum mensem julii proxime sequentem, prefatos redditus seu bona, per eum, ut premittitur, nomine dotis emptos et assignatos, ammortisari et ammortisatos esse procurare suis expensis; ac deinde literas expeditas levare et levari facere, easque curato loci tradere in archivis ipsius ecclesie, aut alio loco congruo, diligenter et secure conservandas.

Item, quantum ad articulum concernentem recompensam jurium parochialium fiendam prefate ecclesie de Oirderen a prefata novella ecclesia, declaramus, quod prefati domini capitulum et curatus de Oirderen levabunt et percipient decimas omnes, quocumque nomine censeantur, in methis et limitibus tam ipsius de Oirderen quam novelle ecclesiarum, per omnia, sicut ante tempora hujus novelle erectionis facere consueverunt.

Arbitrantes insuper, quod pro recompensa aliorum jurium parochialium dicta novella ecclesia seu curatus et successores ejus pro tempore singulis annis perpetuis futuris temporibus

dicte ecclesie de Oirderen, seu illius pro tempore curato, ad solutionem novem grossorum veterum in festo Nativitatis Domini, unde terminus prime solutionis in festo Nativitatis Domini proximo cadet, tenebuntur et erunt efficaciter obligati.

Preterea dicimus et arbitramur, quod custos, qui postmodum huic novelle ecclesie et inantea preficietur, tenebitur se presentare prefatis dominis capitulo dicte ecclesie Antwerpiensis, capitulariter in eorum loco capitulari congregatis, adinstar custodum aliarum ecclesiarum sui patronatus.

Item dicimus et ordinamus, ut omnis occasio litium futurarum et jurgiorum prescindatur, utque distinctio limitum hujus novelle ecclesie a prefata de Oirderen et aliis contiguis ecclesiis sue parochiis cognoscatur, si circa territorium hujus novelle ecclesie nove domus extruantur et edificentur, quod per duos commissarios per nos instituendos erunt designandi certi limites, quibus ipsa novella ecclesia ab aliis parochiis vicinis et maxime ab illa de Oirderen secernatur.

Quantum autem ad articulum concernentem collationem seu patronatum dicte ecclesie novelle dicimus, certis rationabilibus respectibus nos ad hoc moventibus, et maturo jurisperitorum, ut in aliis, velut premittitur, freti consilio, attenta premissa, que per dictum magistrum Johannem Pot fieri debet, dotatione ac etiam continentia bulle apostolice per eum, ut etiam prefertur, obtente, ad eumdem magistrum Johannem et suos successores imperpetuum pertinere debere jus presentandi personam ydoneam ad dictam ecclesiam. Quam presentationem facere debebit et tenebitur prefatis dominis capitulo; qui presentatum per eum admittent, et admittere ac ulterius, juxta morem solitum et observatum in diocesi Cameracensi, pro institutione et possessione habendis, venerabili viro, domino archidiacono loci, remittere debebunt.


A ceteris vero pro parte prefatorum dominorum capituli et curati de Oirderen petitis dictum magistrum Johannem Pot absolvimus, reservamusque nobis interpretationem et declaratio-

nem omnium et singulorum dubiorum, si que inter partes predictas ex dicta nostra sententia emerserint. Expensas in hac causa hinc inde, tam coram nobis, quam pridem ubilibet factas, ex causis nos ad id moventibus compensando sententialiter arbitrando in hiis scriptis.

Qua quidem sententia arbitrali seu laudo sic, ut prefertur, lata et promulgata, seu lato et promulgato, prefati domini capitulum pro se et curato de Oirderen, suo litis consorte, et magister Johannes Pot petierunt, ac quilibet eorum petiit, eis et eorum cuilibet super premissis literas nostras patentes decerni, ac per notarium publicum infrascriptum confici, et in formam publicam redigi mandare.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas seu presens publicum instrumentum per providum et discretum virum Wilhelmum Tswinnen, clericum, sacris apostolica et imperiali auctoritatibus, ac venerabilis curie Cameracensis notarium, per nos in hac parte assumptum, exinde fieri, confici et publicari, ac nostrorum sigillorum appensione communiri, partibus predictis instantibus, ut premittitur, et petentibus, jussimus et mandavimus.

Acta fuerunt hec in vestiario dicte ecclesie beate Marie Antwerpiensis, prefate Cameracensis diocesis, in presentia deputatorum capituli et magistri Johannis Pot predictorum, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, indictione undecima, die vero nona mensis junii, post decantationem summe Misse, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii, divina providentia pape secundi, anno quinto, presentibus ibidem nobili et circumspectis viris, magistris Conrardo de Mera, milite, utriusque juris, Johanne Gronselt, legum doctoribus, Arnoldo de Beka, clerico Cameracensis diocesis, in utroque jure licentiato, et Nicolao Tefelen, artium magistro, pluribusque aliis testibus fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.



Et ego Guilielmus Tswinnen, clericus Cameracensis, publicus sacris apostolica et imperiali auctoritatibus, venerabilisque curie Cameracensis notarius, et ejusdem curie auditor juratus, quia predicte sententie arbitralis seu laudi pronuntiationi, ceterisque premissis, dum sic, veluti prescribuntur, per prefatos reverendum in Christo patrem et dominum dominum Johannem abbatem sancti Michaëlis Antwerpiensis, ac egregium virum magistrum Paulum de Rota, canonicum et thezaurarium ecclesie Cameracensis, arbitros, ac alios agerentur et fierent, una cum prenominatis dominis testibus interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ac in notam sumpsi; ex qua hoc presens publicum instrumentum manu alterius, me aliis prepedito negotiis, fideliter scriptum exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis, una cum prefatorum dominorum arbitrorum sigillorum appensione signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Original sur parchemin avec des fragments de deux sceaux en cire rouge et verte. — Archives particulières.

La vie de sainte Waudru, patronne de la ville de Mons, d'après un manuscrit du XIe siècle.

Sainte Waudru vivait au septième siècle. La plus ancienne vie de cette sainte que nous connaissions jusqu'ici fut rédigée au VIIIe ou au IXe siècle. Elle a été publiée successivement par les Bollandistes, Mabillon et Ghesquière; mais, au témoignage de M. Arndt de Berlin, collaborateur de M. Pertz pour les *Monumenta Germaniae*, toutes ces vies ont été plus ou moins interpolées. Le même savant a rencontré dans ses explorations scientifiques cinq différents manuscrits de cette même vie, savoir une dans la belle collection du baronnet de Sussex à Middlehill, une deuxième à la bibliothèque impériale de Paris, une troisième à celle de la ville d'Arras, et deux autres à la bibliothèque royale de Bruxelles. Le plus ancien de tous ces manuscrits est sans contredit celui qui est conservé à la bibliothèque royale de Bruxelles, et qui porte le n° 14982, *section des manuscrits*. Il date du XIe siècle. C'est d'après ce manuscrit que nous publions la vie de sainte Waudru. M. Arndt a bien voulu nous en communiquer la copie.

Sur l'auteur de la vie de sainte Waudru, sur l'époque où il a écrit et sur son style, on peut consulter la dissertation du P. Corneille Smet, publiée dans les *Acta sanctorum Belgii*, IV, p. 420 et suiv.

Incipit prologus super vita sanctae Waldedrudis. — De vita et conversatione sanctae Waldedrudis aliqua scripturi, ipsius poscimus habitatorem, Spiritum scilicet sanctum, quo mundet cor fecibus scelerum pollutum, praebeat rectum loquendi sen-

sum, stilumque scribendi dirigat sensificum. Neque illius deifica conabimur ex toto comprehendere opera; quoniam nec agnosci queunt universa, prae nimia antiquitate remota ab hominum memoria, nec studiosis lectoribus commodare cupimus fastidia. Brevitas enim lectionis taedium tollit ab animo lectoris. Strictam itaque et angustam nostri Redemptoris viam veneranda Waldedrudis ire cupiens, non mediocriter viam seculi latam et spatiosam, quae ducit ad mortem, deseruit; verum perfecte et absque tegna suo Salvatori obsequi coepit. Divino denique amore afflata cito retraxit pedem a mundi via, posuitque illum in viam realem, de qua ait Psalmista: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Igitur, auxiliante gratia Christi, de hujus beata conversione atque miraculis, quae nostris gesta sunt haud procul temporibus, juxta quod veracium testium relatio certa vulgavit, ad laudem ejusdem Domini nostri Jhesu Christi et aedificationem proximorum aliqua, licet pauca, de multis curabimus scribendo patefacere. Precamur etiam prudentem lectorem, ne penitus hanc nostram abhorreat dictationem propter vitiorum foeditatem, quam artigrafi vocant barbarismos ac solecismos. *Explicit prologus.*

Incipit vita ejusdem. — Gloriosa igitur Waldedrudis, temporibus Dagoberti, incliti regis Francorum[1], clarissimis orta parentibus, ex regis prosapia edita fuit. Cujus pater Walbertus, mater vero Bertilia dicebatur. Erat autem et illi soror, virgo scilicet sacratissima, nomine Aldegundis, quae vitam multis plenam virtutibus ducens, seque in continentiae arce custodiens, pluribus annis Melbodiensi praefuit monasterio. Extat quidem libellus de vita et conversatione illius editus, in quo, si quis nosse desiderat, quam grata Deo et angelis extiterit, quamque cara hominibus fuerit, quantas ac quales per eam virtutes Dominus ostendere dignatus sit, facile poterit reppe-

[1] D'après les auteurs de l'*Art de vérifier les dates* le roi Dagobert I régna depuis l'année 628 jusqu'au 19 janvier 638.

rire. Sed nos ad hoc, quod proposuimus, calamum revocemus[1].

Beata autem Waldedrudis adhuc adolescentula; cum in paterna domo nutriretur, et nimium a suis diligeretur, visum est parentibus ejus, ut eam secundum antiquam Dei ordinationem et patriarcharum exemplum ad nuptias viro tradere debuissent. Erat vero pulchra facie decoraque aspectu, sed pulchrior fide, pudicitia et sanctitate. Sed Dei occultam dispositionem, quae eam fidei suae anulo subarraverat, et sociam ac coheredem supradictae germanae suae Aldegundis virginis in aeterni regni gloria fieri praedestinaverat, nec ipsa carnis copula potuit immutare. Nam omnipotens Deus hanc ab ingressu mundi gratuito pietatis suae munere citius retraxit, et amoris sui igne cor illius accendens, ab omnibus carnalibus illecebris et ab immoderato terrenarum rerum appetitu facile temperavit.

Mutato namque animo, coeperunt subito vilescere, quae placebant, et quae prius delectabant animum, postmodum fieri vehementer onerosa. Studebat autem inter haec curas mundi paulatim postponere, et solis desideriis aeternis inhiare, substantiam suam pauperibus, orphanis ac viduis, cum omni hilaritate erogare, captivos redimere, hospites et peregrinos colligere, vitia quoque non solum ab actu corporis, sed etiam a cogitatione cordis funditus exstirpare. Interea sua tantum salute minime contenta, etiam jugalem suum, nobilem scilicet virum Maldegarium, ad amorem Dei et coelestis patriae desiderium, ac castimoniam conservandam, blandis cottidie ac salutiferis sermonibus excitare curabat, et igne caritatis, quo ipsa suaviter flagrabat, illius mentem accendere satagebat[2].

[1]) Voyez la vie et le testament de sainte Aldegonde que nous avons publiés *Analectes*, II, p. 36-52 ; et Ghesquière, *Acta sanctorum Belgii*, IV, p. 324 et suiv.

[2]) Saint Madelgaire ou Mauger, époux de sainte Waudru, est plus connu sous le nom de Vincent de Soignies. Lorsque sainte Waudru se retira à Mons, saint Madelgaire alla fonder l'abbaye de Hautmont, de l'ordre de Saint-Benoît, située à une lieue de Maubeuge, y prit lui-même l'habit religieux, et changea son nom en celui de Vincent. Saint Vincent et sainte Waudru

Denique, quia carnalis affectus intentionem mentis multum deverberare ejusque aciem obscurare solet, coepit ipsam carnis copulam valde perhorrescere ; non quod Dei munus ad propagandam sobolem hominibus concessum, sed quia scriptum noverat, docente Apostolo : *Mulier innupta et virgo cogitat, quae Dei sunt, ut sit sancta corpore et spiritu ; quae autem nupta est, cogitat, quae sunt mundi, quomodo placeat viro.* Ideoque soli Deo vacare desiderans, veluti quoddam impedimentum, carnale conjugium pertimescebat, atque ut nutu Dei solveretur, et in se Domini voluntas fieret, cottidie cum gemitu et lacrymis exorabat. Sed omnipotens Deus, qui haec occulta dispositione in corde ancillae suae misericórditer suggerebat, etiam, ut fieret, potenter adjuvit. Nam praedictus vir ejus Maldegarius, divina inspiratione compunctus, et intimi amoris facibus accensus, solutis vinculis conjugalibus, manente autem caritate, ad monasterium, cujus vocabulum est Altus Mons[1], concite perrexit; ibique, monastico habitu suscepto, in sanctis actibus temporalem hujus vitae cursum peregit.

eurent quatre enfants : Saint Landric, évêque de Meaux et abbé de Hautmont après la mort de son père (voyez Ghesquière, *Acta SS. Belgii,* V, p. 205) ; saintes Adeltrude et Madelberte, religieuses à Maubeuge, où elles succédèrent, dans l'administration du monastère, à leur tante sainte Aldegonde (voyez Ghesquière, *Acta,* V, p. 156 et 490); enfin saint Dentlin ou Dendelin, mort très-jeune (voyez Ghesquière, *Acta,* IV, p. 34). Saint Vincent est honoré comme patron à Hever-lez-Bruxelles, et saint Landric est vénéré d'une manière particulière à Nederheembeek. On croit que ces saints ont résidé dans ces environs. Le château de Crayenhoven est désigné comme ayant servi de demeure à saint Landric. Ce château avec des propriétés considérables situées dans le voisinage appartenait de temps immémorial à l'abbaye de Cornelismunster, près d'Aix-la-Chapelle ; il fut vendu au XIIIe siècle aux religieux de l'abbaye de Jette. L'abbaye de Cornelismunster, comme celle de Hautmont, suivait la règle de Saint-Benoît. Anciennement les échanges de possessions entre deux abbayes du même ordre étaient assez fréquentes. Il est donc permis de conjecturer que les propriétés de Heembeek, qui appartenaient primitivement à saint Vincent et à saint Landric, et après leur mort à l'abbaye de Hautmont, furent cédées dans la suite des temps à l'abbaye de Cornelismunster, qui avait encore d'autres possessions considérables en Brabant.

[1]) Hautmont.

Religiosissima autem Christi famula Waldedrudis adhuc in seculari habitu posita, vigorem tamen animi in nullo relaxans propriae domus curam gerebat. Erat namque misericordiae operibus dedita, bonis operibus intenta, hospitalitati studens, jejuniis et obsecrationibus Deo serviens nocte ac die. Igitur omnipotens Deus, qui novit omnem palmitem afferentem fructum excolere, ut fructum plus afferat, famulam suam, de acceptis muneribus fideliter ministrantem, ad majora sanctitatis lucra coelesti visione provocare dignatus est. Nam quadam nocte, cum, post laborem fessa, ad refocillandum corpus lectulo membra dedisset, mox sopore depressa, vidit in somnis, quasi introiret basilicam, quae sita est in villa, quam vulgus Buxutum[1] nominat. Et ecce apparuit illi sanctissimus Gaugericus episcopus, nimio decore refulgens; eamque summo honore et reverentia suscepit, deditque illi per visionem etiam calicem vino plenum. Quem cum bibisset, sereno et hilari vultu dixit ad eam : „ Age quod agis; placent enim mihi, quae facis. „

Hac itaque visione roborata, et, ut dicam, divinae gratiae vino debriata, terrena fastidire, et ad amorem coelestis patriae vehementius flagrare coepit; et quasi degustatam paululum aeternae vitae dulcedinem avidius appetere. Sed antiquus hostis, unde bonos proficere dolet, inde malos ad deteriora rapere nequitiae suae artibus conatur. Omnipotentis Dei famula, cum hanc visionem quibusdam suis confamulabus humiliter retulisset, atque ab eis, ut assolet, ad aures ignobilis vulgi perlata fuisset, statim humani generis inimicus, sancto proposito in ipso sui initio resistere cupiens, hujus visione quorundam corda reproborum invidiae facibus accendit, atque ad inferendas illi detractiones, cavillationes, falsaque obprobria excitavit; et, ut ita dicam, contra Christi famulam pugnaturus, eorum se venenosis linguis armavit. Unde scriptum est : *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae; et lingua eorum gladius acutus.*

Sed omnipotens Deus famulae suae, inter diabolicas insidias

[1]) Boussu en Hainaut.

titubanti, velociter succurrit. Nam cum animus illius, utpote adhuc rudis, hujusmodi irrisionibus ac derogationibus fatigatus nimium turbaretur, ipsaque gravi moerore depressa in lectulo decidisset, subito in virili specie angelus coelitus missus, nimio decore refulgens, apparuit. Qui comminus assistens, eamque familiariter alloquens, causas tanti moeroris inquisivit : „ Cur, inquiens, tanti moeroris pondere gravaris? Quare hilaritatem tuae mentis tristitiae nubilo inordinate confundis? „ Cui cum illa respondisset, quantas a civibus suis derogationes, irrisiones ac cavillationes, antiquo adversario instigante, pateretur, subjunxit angelus dicens : „ Confortare et esto robusta contra obloquentes et calumniantes te, quoniam scriptum est : *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* Non ergo magnopere curandum est de vanis verborum favillis, quae citius accensae facile exstinguuntur. Haec etenim patiebantur prophetae, apostoli et martyres, qui fuerunt ante te. Unde et Dominus in Evangelio dicit : *Non est discipulus super magistrum.* Et paullo post : *Si patremfamilias Belzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus.* Hinc et alia Scriptura ammonet dicens : *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore, et praepara animam tuam ad temptationem.* Oportet ergo te hujusmodi temptationes, quae ad probationem fiunt, fortiter tolerare, ut, cum probata fueris, accipias coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. „

His et hujusmodi sermocinationibus et scripturarum testimoniis confortata inutilem tristati cordis moerorem, quem diabolica fraus suggerebat, spirituali gaudio superveniente, statim repressit. Interea erat quidam sacerdos, Gislanus nomine, habitans in locis desertis circa fluvium, cujus vocabulum est Hagna; qui habitum monachi, quem praetendebat specie, moribus demonstrabat, quique pro sanctitatis suae merito a cunctis, qui hunc nosse poterant, valde colebatur. Hic itaque, divina monitus jussione, ad praedictam Christi famulam Waldedrudem exhortationis gratia crebro venire consueverat, et

verbi Dei pabulo illius mentem reficere curabat. Quam cum vir Domini ab hujus mundi illecebris frigescere, et coelesti desiderio accensam, sanctae conversationis habitum ardenter quaerere agnovisset, montem illi quendam, qui nunc Castrilocus[1] dicitur, designavit, et ut, sacro velamine accepto, in eo sibi cellulam ad omnipotentem Dominum serviendum construi faceret, sollicita ammonitione persuasit. Qui mons videlicet a praedicti viri Dei Gislani cellula quatuor fere milibus distans, in superiori parte deserti situs erat; a secularium quidem habitaculis procul remotus, spinarum et veprium densitate nemorosus atque incultus, sed sanctae et religiosae conversationi aptissimus videbatur.

Beata autem Waldedrudis ammonitionem viri Dei libenter gratanterque suscipiens, non distulit opere perficere, quod sibi per famulum suum omnipotens Deus dignatus est imperare; sed statim misit ad quendam illustrem virum, Hildulfum nomine, qui per idem tempus valde inclitus ac nobilis, et secundum temporalem hujus seculi dignitatem potentissimus erat, et per conjugem suam eidem Christi famulae propinquus extiterat. Hunc ergo sollicite postulavit, ut supradictum locum, quem sibi divina clementia per suum famulum designaverat, a suis possessoribus, dato precio, emere debuisset, illicque habitaculum ad serviendum Domino praeparare non negaret. Cujus precibus mox ille libenter adquiescens, locum, quem Christi famula poposcerat, emere curavit, eique in vertice montis ipsius, arbustis et vepribus radicitus abscissis, domum ad habitandum magna praeparavit sollertia.

Nec silentio praeterire debemus miraculum, quod omnipotens Deus ad ostendendum, quantam famulae suae curam gereret, in ipso sancti propositi tyrocinio exhibuit. Nam, cum religiosissima Christi tiruncula ad domum sibi praeparatam accessisset, hanc latam et spatiosam atque sublimem intuens abhorruit, et ex ipsa sui magnitudine oculis ejus valde displi-

[1]) La ville de Mons en Hainaut.

cuit; humili scilicet mente humile atque remotum ab aspectibus humanis quaerens habitaculum in terris, ut celsum atque sublime inter frequentias angelorum mereretur habere in coelis. Mira res et vehementer stupenda mox secuta est. Nam, recedente Christi famula, nocte subito totius domus fabrica a fundamentis eversa est, ac divinitus longe projecta. Tunc praedictus vir Hildulfus in ejusdem montis latere, ei parvum et sanctae religioni congruum habitaculum, simul et oratorium in honore sancti Petri apostoli dedicatum, ubi ipsa illi designaverat, restruxit.

Interea dilectissima Christi famula Waldedrudis, fervens spiritu et magis magisque coelesti desiderio anhelans, juxta viri Dei Gislani, cujus superius mentionem fecimus, ammonitionem ad beatissimum virum Autbertum episcopum accessit, et, ut sacrum velamen accipere mereretur, petiit, et citius impetravit. Acceptis itaque ab eo sanctimonialibus indumentis, statim se suaque omnia omnipotenti Deo tradidit, atque in cellula, quam sibi construi fecerat, se reclusit, ibique eximiae conversationis exempla circumquaque dedit. Erat enim morum gravitate, mentis sobrietate, mansuetudinis lenitate, verborum moderatione, incomparabiliter praedita; caritate autem erga Deum et proximum perfecta, curis pauperum ac peregrinorum provida, vigiliis quoque et orationibus ac jejuniis dedita. Studebat inter haec toto mentis annisu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, tumultusque hominum devitare, et cottidianis se lacrimis in ara cordis Domino libare. Quamobrem antiquus humani generis inimicus, qui ab initio bonis actibus resistere contendit, invidiae facibus accensus, contra hanc totis viribus se in temptatione erexit. Denique, quia prius publicum bellum se doluit perdidisse, ad occulta sese certamina iterum reparavit. Coepit namque de fide et spe, quae est in Christo Jhesu, temptatione subdola mentem illius improbe pulsare, cogitationes quoque varias et illicitas cordi ejus ingerere. Et primo qui-

dem immisit ei memoriam possessionum, generis nobilitatem, familiae defensationem, amorem rerum praesentium, fluxam seculi gloriam, escae variam delectationem, et reliqua vitae remissioris blandimenta; dehinc virtutis arduum finem, et maximum perveniendi laborem, nec non corporis fragilitatem et aetatis spatia prolixa. His igitur et hujuscemodi temptationibus maximam cogitationum caliginem suscitabat, temptans, si quomodo posset, hanc a sancto proposito avocare. Sed valida omnipotentis Dei manus haec pestifera diaboli molimina facile frustravit.

Respectu namque divinae gratiae ad seipsam citius rediit, et inter catervas satanae se in acie stare deprehendens, ad sua mox arma cucurrit. Nam sese protinus in lamentum dedit, cum gemitu et lacrimis Dominum exorans, ut in hujusmodi certamine ne succumberet, sibi solatium largiri dignaretur. Cumque die noctuque crebris et prolixioribus orationibus a Domino remedium flagitaret, contigit aliquando, ut hac de causa in oratione pernoctaret. Et ecce subito idem antiquus hostis in effigie hominis, quasi insultans illi, apparuit, extendensque manum suam super pectus ejus posuit. At illa, cum Christi nomen celeriter invocaret, statim hostis fugam petiit. Quem illa intrepida, angelico videlicet roborata suffragio, huc illucque fugitantem, cum vituperationibus et dignis obprobriis audacter insequebatur. „Bene, inquit, tibi contigit, miser, bene tibi contigit. Tu es ille, qui dicebas in corde tuo : *Super astra coeli exaltabo solium meum, similis ero Altissimo;* ecce propter superbiam tuam a sede coeli pulsus, et tartarea morte damnatus, ut dignus es, a femina persequeris; et locum, quem tu superbus deseris, Christus humilis de humano genere suo sanguine redempto reparavit.“ His auditis, dejectionem suam erubescens, mox quasi fumus evanuit, mentemque famulae Christi hac temptatione fatigare ulterius non praesumpsit; et cui volens certamina intulit, virtute omnipotentis Dei compulsus est occasionem victoriae invitus minis-

trare. Recedente igitur temptatione, beata Waldedrudis, spinis temptationum erutis, velut exculta terra uberius fructum dedit. Nam, cum eximiae conversationis illius fama longe lateque crebesceret, coeperunt nonnullae nobilioris generis feminae ad ejus magisterium concurrere, et Domino, dicata castitate, servire. Liberata namque a temptatione, jure facta est magistra virtutum.

Soror quoque ejus, virgo scilicet sanctissima Aldegundis, cujus superius mentionem fecimus, visitationis gratia ex monasterio suo certis diebus ad eandem venire consueverat, ut dulcia sibi invicem vitae verba transfunderent, et suavem cibum coelestis patriae, quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Quae cum loci parvitatem cerneret, paucasque adhuc moniales in obsequio sororis inesse videret, humano pulsata affectu, quasi compatiens paupertati illius, magnis precibus suadere coepit, ut parvitatem loci illius desereret, et ad suum monasterium properare debuisset. Sed omnipotentis Dei famula, plus appetens laboribus pro Deo fatigari quam transitoriis hujus vitae honoribus perfrui, nullatenus consensit. Sic quippe metuebat paupertatis suae securitatem perdere, sicut avari divites solent divitias perituras custodire. Nec praetereundum est, quod omnipotens Deus erga famulas suas ostendere dignatus est miraculi. Quadam namque die, cum ex more ad aeternae vitae colloquia perfruenda in invicem convenissent, repente causa extitit, ob quam pro utilitate monasterii paululum extra claustra procedere cogerentur. Euntes itaque, et omnibus, pro quibus ierant, rite dispositis, cum subito ad monasterium redirent, et ex more ecclesiam intrare voluissent, absente ostiaria, omnia ostia clausa et seris praemunita repperiunt. Sed mira res mox contigit; nam, ut famulae Christi ad aditum basilicae pervenerunt, statim ostia divinitus concussa ita summa celeritate patuerunt, ac si orationem earum impedire valde pertimescerent. Dehinc venerabilis Waldedrudis, famula Christi, quia, relictis mundi illecebris, coelestis Regis servituti non renuit

humiliter subdi, denuo ad contemplationem coelestium civium meruit sublimiter attolli. Nam rursus vidit in spiritu virum de coelo ad se descendere. Et cum angelicam esse potestatem per spiritum agnovisset, statim tremefacta, quid de se vel germana sua in divino examine dispositum esset, percunctari studuit, et an divini respectus gratiam aliquantulum mererentur, ab eo humiliter sciscitari curavit. Quam angelus blande confortans edocuit, quod semper super eas pietatis suae intuitu respiceret, sicut Ipse per Prophetam ait : *Ad quem respiciam, nisi ad humilem et quietum, et trementem sermones meos?* Unde Psalmista ait : *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.*

Post haec fuit ei divinitus revelatum, quod ipsa et germana sua, beata scilicet Aldegundis, unam mansionem et eandem beatitudinem in regno Dei pro merito laboris diu essent habiturae; ad quam videlicet beatitudinem perveniunt, sicut scriptum est, alii sic alii autem sic. His divinis revelationibus omnipotentis Dei famula instructa, non inani jactantia mentem in superbiam elevat, sed sese in arce humilitatis custodiens, tanto post devotior ad referendas Creatori suo gratias extitit, quanto erga se ejus beneficia majora cognovit; et facta eo instantior in bono opere, quanto certior de promissione. Interea omnipotens Deus famulam suam diutius intra se ipsam latere noluit, sed, quanti esset apud se meriti, signis ac miraculis dignatus est declarare, ut posita super candelabrum lucerna claresceret, quatenus omnibus, qui in domo Dei sunt, luceret. De qua pauca virtutum bona, quae ad memoriam redeunt, narrabimus, ut ex his paucis valeant ejus multa pensare. Igitur cum die noctuque in lege Dei meditaretur, et ardenter quaereret, qualiter sibi lucra pietatis augere potuisset, occurrit animo, ut aliquos captivos redimeret. Cogitans haec, in statera posuit, ut cognoscere posset ad hoc, quod volebat[1]. « Sed sicut scriptum est : *Omni habenti*

[1]) Cette phrase est obscure et incomplète. Nous pensons qu'il faut consi-

dabitur, et abundabit ei; et sicut diversa munera donorum, Jacobo apostolo dicente : *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est;* sed utrumque laudabile, et ille praescius futurorum scit unicuique reddere juxta opera sua. Sed eandem veritatem relaxamus, quam de duabus germanis invenimus scriptam, quae fuerunt in monasterio dominae Feranae abbatissae. Una ex his virum habuit, et castitatem suam servavit; alia autem in virginitate permansit, sed dispensator divini muneris eis in aeternitate aequale praemium tribuit. Alia quidem plura praetermittamus, ad gesta vero vel facta sanctae et domnae Waldedrudis redeamus. Quodam itaque tempore beata et gloriosa Waldedrudis habuit devotionem cum voto, pietate divina commonita, captivos redimere. Disposuit pretium, argentum ponderavit, et illud Dei nutu valde crescebat in statera. Unus tantum minister sciebat, quod illud argentum opere divino crescebat. At illa humilitate plena praecepit illi, ut nulli hoc omnino manifestaret. Sui autem pretio argenti captivi redempti, ea jubente, ad propria sunt reversi. Post dies aliquos contigit, ut aliqua puella plenum vasculum ad reficiendum sanctae Waldedrudi deportaret. Labente pede, in via cecidit, et potum vasculi in terram venit[1]. Et mox illa a terra surgens, stetit recto corpore pavens. Dum in cogitatione volveret, ut ad cellarium remearet, illudque iterum repleret, subito respexit, et per virtutem sanctae Waldedrudis in manu sua plenum invenit, sicut fuerat prius. Postero die quidam homo egritudine correptus, cum esset in mentis excessu, videbat se daemones trahere in aerem. Et, pavore concussus, vociferabatur ad beatam Aldegundem et germanam suam Waldedrudem, ut merita earum et orationes de incursione daemonum se liberarent. Subito vero vocem de coelo audivit dicentem : „ Daemones relinquite illum, quia in

dérer comme une interpolation tout ce passage depuis les mots *Igitur cum die noctuque* jusqu'à *redeamus*.

[1]) Lisez *fudit*.

personis sanctarum Deo se commendavit. " Tunc daemones dicebant : " Relinquamus illum, ne in majores oppressiones propter illum incurramus. " Tunc daemones recesserunt ab illo confusi. Deinde postea petiit suos, ut eum ad praesentiam domnae Waldedrudis portarent. Et cum impetrasset, in cathedra eum deferentes miserunt illum ante pedes ejus. Cum illa sublevasset se, et manus suas super caput illius misisset, continuo per semetipsum de terra erexit, et ambulare coepit. Eodem die sufficienter cibum et potum sumpsit, quia jam, triginta diebus exactis, nullus cibus in os ipsius introierat, sicut ipsi narraverunt, qui eum ad pedes ejusdem sanctae deportaverunt. Post diem quartum, finita praedicta virtute, femina quaedam venit ad eam cum puero jam desperante de vita, postulans, ut manus suas super illum imponeret. Et cum fecisset, eadem hora in mensa ejus manum suam misit, et de calice ejus bibit. Et cum genitrix sua eum recepisset, statim de mamilla ejus lac suxit, qui, jam quatuor diebus exactis, cibum non sumpserat. Ex illo die ereptus a languore, sanus effectus est. Porro quaedam femina venit ad sanctam cum puero elipso semivivo, et petiit eam, ut per impositionem manuum suarum ad baptismum vivus pervenire posset, signo crucis ei imposito. Et illa, pietate commota, signum crucis in capite illius fecit. Et cum haec fecisset, miro modo omne corpus ejus contremuit, et vocem emisit, oculos aperuit, quos ante clausos tenebat, baptismum recepit, et annis multis vixit, juventutem in canitiem deportavit, et in ordine sacerdotali perseveravit. Alias etiam virtutes in vita sua sanctissima Waldedrudis fecit, quas pereuntes a memoria oblivione depressas narrare nequivimus. Et post transitum ejus multo plures virtutes per illam Dominus operatus est, quas oculis nostris perspeximus et manus nostrae tractaverunt. Ad sepulcrum quoque ejus caeci illuminantur, claudi eriguntur, leprosi mundantur, daemones fugantur, paralytici curantur, surdis auditus restituitur, et omnis debilitas, sanitate recepta, proturbatur.

Obiit autem longaeva in Domino quinto iduum aprilium, tempore Dagoberti, incliti regis Francorum[1]. Suscepta est virgo haec sancta ab angelis, deducta cum sanctis agminibus, recepta in coelestibus habitaculis. Vivit cum Christo, gaudet cum sanctis apostolis, triumphat cum martyribus, socia confessoribus, aequa est virginibus, laetatur aeternaliter in angelorum curia, praestante Domino nostro Jhesu Christo, cui est honor et gloria, laus et imperium per infinita seculorum secula. Amen.

[1]) Les mots *tempore Dagoberti, incliti Francorum regis,* ont probablement été ajoutés au texte primitif. En effet, les hagiographes placent la mort de sainte Waudru en 686 ou 688 (voyez Ghesquière, *Acta SS. Belgii,* IV, p. 423). Dagobert II, roi d'Austrasie, fut assassiné en 678 ou 679.

PROMOTIONS DE LA FACULTÉ DES ARTS
DE L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN[1].

1428—1797.

19 MARS 1560.

REGENTES PAEDAGOGIORUM anno 1559—1560 : *Porci,* Henricus Verrept de Dommelen ; *Lilii,* Joannes Heems de Armenteria, medicinae doctor ; *Castri,* Joannes De Laet de Baerdwyck, S. T. B. ; *Falconis,* Petrus Morelius de Gundicuria[2]. Defuncto regenti Lilii, 2 augusti 1560 substituitur Franciscus Favillonius ex Ochia, S. T. B. F.[3].

TENTATORES LICENTIANDORUM : Franciscus Favillonius de Ochia, S. T. B., Henricus Stutius de Huybergen, S. T. B., Joannes Rubus, S. T. L., et Adrianus de Cortraco. EXAMINATORES : Jacobus Maius de Poperingis, Joannes Cappet, S. T. L., Joannes de Beveris, S. T. B., et Philippus de Helmont, S. T. B.[4].

PRIMA LINEA.

1. Andreas Cawet, Montensis. F
2. Henricus Houbraken, ex Geldrop. C

   S. Th. Lic. ; canonicus graduatus capituli Iprensis ; postea pastor et decanus Casletanus. Obiit anno 1583.
3. Nicolaus Ackermans, Brechtanus. P

   Phil. prof. in P. anno 1570 ; postea sacellanus in ecclesia cathe-

1) Suite. — Voyez *Analectes* I, p. 377; II, p. 222 et 293, et III, p. 5, 243, 348 et 446.

2) ACTA, VIII, 10 octobris 1559, fol. 121 v°.

3) ACTA, VIII, 2 augusti 1560, fol. 136 r° et v°. La nomination du successeur de Jean Heems à la régence du Lis suscita de grandes difficultés au sein de la Faculté des Arts. Il y avait trois candidats qui se présentaient : François Favillon, qui fut nommé, Nicolas Lengaigne, et enfin Maximilien de Capella. Ce dernier était présenté par Guillaume Viruli, parent de Charles Viruli, fondateur de la pédagogie du Lis.

4) ACTA, VIII, 5 januarii 1560, fol. 124 r°.

drali Antverpiensi. Obiit 29 januarii 1606. Testamento octo fundavit bursas in paedagogio Porcensi.

4. Adrianus a Thenis, Ninivita. P
5. Arnoldus Vergeest, Cuyckensis. C

Phil. prof. in C. Catalogi manuscripti erronee asserunt Arnoldum Vergeest postea fuisse decanum Mechliniensem.

6. Michaël Hatsroey, ex Brogel. P
7. Georgius Ingelwert, ex Bergis S. Winnoci. F
8. Michaël De Keyser, Casletanus. L
9. Wilhelmus Campdavain, Audomarensis. L

Canonicus graduatus in patria.

10. Joannes Symon, Athensis. P

Phil. prof. in P.

11. Petrus Vanden Hoef, ex Geldrop. F
12. Judocus Verbeeck, ex Nunen.

SECUNDA LINEA.

13. Leonardus Voeskens, Hasselensis. C
14. Franciscus Montanus, Secliniensis. F
15. Dionysius Casin, Audomarensis. L
16. Franciscus Hemeler, Tungrensis. P
17. Wilhelmus Quarcus, Lutosanus. F
18. Petrus Daems, Casletanus. L
19. Ludovicus Lesbon, ex Harsia. P
20. Philippus Davin, Boneffiensis. F
21. Joannes Naveus, Leodiensis. C

S. Th. L., postea regens Castri.

22. Bucho Zuichem, Leovardiensis. C

Viglii Zuichemi ab Aytta ex fratre nepos; primus archidiaconus Iprensis. Sanderus, *Flandria*, II, p. 327.

23. Wilhelmus Seberti, ex Berchem. P
24. Joannes Belloy, Athensis. L

POSTLINEALES.

25. Leonardus Spicimus, ex Bree. L
26. Folianus Frene, Condacenus. P
27. Joannes Romale, ex Avernis. F

20.

28. Petrus Guyrodus, Aneciensis. P
29. Jacobus Dendele, Insulensis. L
30. Heribertus Greveraedt, Buscoducensis. P
31. Simon Cock, Buscoducensis. P
Vicarius Gorcomiensis.
32. Henricus Christiani, ex Gestel. P
33. Joannes Verdonck, ex Dommelen. P
34. Cornelius filius Judoci, ex Hoevis. C
35. Joannes Portanus, ex Brania. F
36. Regnerus Joannis, ex Stryp. P
37. Henricus Van Bedaf, ex Meir.
38. Joannes Voecht, ex Hoesden. C
39. Oliverius Soen, ex Thourout. C
40. Joannes Damen, ex Mierlo. P
41. Joannes Hepscap, Vilvordiensis. C
42. Antonius Cabri, ex Templo Martio. F
43. Simon Huberti, ex Lommel. P
44. Paulus Marchiel, ex Brania. F
45. Philibertus Donetus, Aneciensis. P
46. Christianus Tendeloe, Herendaliensis. C
Pastor in patria; obiit anno 1583.
47. Joannes Wilhelmi, ex Poppel. P
48. Simon Corencooper, Haerlemensis. P
49. Gerardus De Moor, Hoochstratanus. P
50. Claudius Piscator, ex Linden. P
51. Sebutus Duretus, Aneciensis. P
52. Joannes Hugonis, Middelburgensis. C
53. Carolus Eychout, Teneramundanus.
54. Petrus De Greve, Lovaniensis. C
55. Eduardus Mertens, Teneramundanus.
56. Cornelius Mertens, Mechliniensis.
57. Cornelius Terporten, Cliviensis. P
58. Gunterus Liebaert, ex Meessenis. L
59. Jacobus Geldof, ex Exaerde. P

60. Petrus Delecourt, Athensis. P
61. Gerardus Nicolai, ex Assendelft. P
62. Joannes Segeri, ex Westerhoven. P
63. Georgius Colubrant, Trudonopolitanus. P
64. Gabriel Longarts, Antverpiensis.
65. Michaël Rochsen, Teneramundanus.
66. Joannes Mertin, Brugensis. C
67. Judocus Egidii, ex Boxtel. P
68. Joannes Broegelmans, ex Sichenis. C
69. Jacobus Bartholdi, ex Gormaria. P
70. Heymannus Voechs, ex Hoesden. C
71. Tossanus Desbarbiers, Insulensis. F
72. Joannes Dullart, Trudonopolitanus. C

Decanus ecclesiae cathedralis Leodiensis. Obiit anno 1606.

73. Petrus Bourgeois, Lovaniensis. C
74. Franciscus Wilhelmi, Amstelodamensis. P
75. Lambertus Lambot, ex Crevia. P
76. Henricus Petri, Leodiensis. P
77. Rutgerus Deus, Wesaliensis. P
78. Gerardus Van den Pantgaete, Tornacensis. F
79. Arnoldus De Veen, Haerlemensis. P
80. Fredericus Paludanus, Lovaniensis. B
81. Jacobus Delacourt, Tornacensis. P
82. Joannes Nicolai, Ostendanus. P
83. Egidius Montanus, Perwetanus. F

J. U. Lic.; S. Th. Doctor; canonicus Daventriensis, et dioecesis, sede vacante, anno 1587 vicarius generalis; inde vero ab haereticis pulsus promotus est ad decanatum Lyranum. Obiit anno 1610. Videsis De Ram, *Synopsis actorum ecclesiae Antverpiensis*, p. 168; Van Heussen, *Historia episcopatus Daventriensis*, p. 22.

84. Petrus Foullon, Cameracensis. P
85. Franciscus Vander Borch, Iprensis. P
86. Balduinus Tesquilrus, ex Binchio. F
87. Ambrosius Marienbercht, Lovaniensis. P
88. Wilhelmus Talingus, Lovaniensis. C

89. Adamus Mello, ex Brania. F
90. Egidius a Fine, Alostanus. C
91. Balthasar Suppaert, ex Lestinnes. F
92. Amandus Lethu, ex Binchio. F
93. Arnoldus Faber, Becanus. P
94. Richardus Makare, ex Valencenis. F
95. Georgius Belval, Montensis. F
96. Segelinus Kegel, Bruxellensis. C
97. Ludovicus Bultet, Bellomontanus. P
98. Nicasius de Journi, Audomarensis. L
99. Walramus Wilhelmi, ex Nestelrode. C
100. Nicasius Noeyel, Atrebatensis. P
101. Bernardus Hagendoren, ex Suchtelen. P
102. Nicolaus Hulinus, ex Houdain. P
103. Joannes Verhagen, ex Olmen. P
104. Joannes Craneanus, Montensis. P
105. Clemens Louvrier, Melbodiensis. F
106. Simon Lesdoer, Bellemontanus. P
107. Walterus Souffaerts, ex Goirle. C
108. Nicolaus Bouchout, Antverpiensis. P
109. Petrus Segart, Cameracensis. P
110. Cornelius Beckx, Helmondanus. C
111. Petrus Mertens, Leodiensis. C
112. Julianus Le Merchier, Athensis. F
113. Joannes Dienal, Atrebatensis. P
114. Wilhelmus Huberti, Groninganus. P
115. Henricus Billen, ex Hoegaerden. C
116. Nicolaus Cauwegontius, Ghelensis. P

Capellanus S. Crucis in ecclesia D. Amandi, Ghelae. Videsis Kuyl, *Gheel vermaerd*, p. 285 et sq.

117. Joannes Bastenarius, ex Gontneto. F
118. Augustinus Rogiers, Bruxellensis.
119. Quintinus Quarnus, ex Crispinio. L
120. Adrianus Cornelii, Gerardimontensis. C

121. Balduinus Le Roo, ex Bergis S. Winnoci. L
122. Petrus Coppin, Montensis. P
123. Judocus Marlaert, Audomarensis. L
124. Matthaeus Ciser, Mechliniensis. C
125. Joannes Nivellanus, Bruxellensis. F
126. Alardus Le Mutnier, ex Merbio. F
127. Joannes Simon, Montensis. F
128. Balthasar Bont, Buscoducensis. P
129. Gisbertus Joannis, Goudanus. P
130. Georgius Dufrasne, ex Walhenia. P
131. Ursmarus Mertini, Thudinensis. F
132. Joannes Vulrius, Cameracensis. P
133. Petrus La Bourse, ex Gundicuria. F
134. Augustinus Hanegrefs, ex Lommel. P
135. Petrus Baten, Gerardimontensis. L
136. Joannes De Hont, Alostanus.
137. Melchior Barlio, Antverpiensis.
138. Petrus Lindanus, Dordracenus. P
139. Arnoldus Prasseneur, Aldenardensis. F
140. Carolus Gillain, Bellomontanus. C
141. Balduinus Dorne, ex Axel. P
142. Nicolaus Mariau, ex Torinis. F
143. Joannes Goessens, ex Desschel. C
144. Petrus Ginoz, ex Rodio. P
145. Dominus Egidius Buissier, Athensis. P
146. Egidius Valle, ex Yseo. F

GRATIOSI.

147. Joannes De Merlo, ex Brania. F
148. Petrus ab Hain, Lovaniensis. P
149. Theodoricus Mulaert, Ultrajectensis. P
150. Joannes Rossen, ex Sancto Amando. F
151. Wilhelmus Sombeke, Gemblacensis. P
152. Joannes De Marbais, Camberonensis[1].

[1]) Acta VIII, fol. 129 v°. — 131 r°.

Jean de Marbais fut proclamé le dernier pour avoir manqué à un bourgeois de Louvain, comme il résulte du passage suivant, extrait des *Actes* de la Faculté : *Die sabbati decima sexta mensis martii indicta fuit deputatio Facultatis ad horam secundam post meridiem, in rubea camera domus ipsius Facultatis, ad audiendum aliqua proponi de quodam juvene tentato et examinato ad gradum licentiae in Artibus, una cum aliis jam promovendo; qui quidem juvenis ante aliquot dies grassatus esset per plateas, et postea vitra cujusdam barbitonsoris, civis Lovaniensis, fregisset, et deinde aufugisset. Posuit dominus decanus in deliberationibus dominorum, quid in hujusmodi negotio erit faciendum. Et ex deliberationibus dominorum conclusit dominus decanus, statutis Facultatis attentis, et in quantum juvenis se velit humiliare, et accipere correctionem, et satisfacere parti lesae juxta dictamen bonorum virorum, et de hoc ponere sufficientem cautionem, domini admittunt eumdem ad promotionem, salvo quod ultimo loco in sua promotione poneretur*[1].

13 FÉVRIER 1561.

REGENTES PAEDAGOGIORUM anno 1560-1561 : *Porci,* Henricus Verrept de Dommelen; *Lilii,* Franciscus Favillonius ex Ochia; *Castri,* Joannes De Laet ex Baerdwyck; *Falconis,* Petrus Morelius de Gundicuria[2].

TENTATORES LICENTIANDORUM : Balthasar de Atrebato, Henricus Stutius de Huybergen, Joannes Rubus et Adrianus Craeyennest. EXAMINATORES : Walterus de Corswaremia, Joannes Cappet, Joannes de Beveris et Philippus de Helmont[3].

PRIMA LINEA.

1. Matthaeus Sylvius, Cameracensis. P
2. Walramus Parmentier, Insulensis. L
   Anno 1563 philosophiae professor secundarius in L.

[1]) ACTA, VIII, 16 martii 1560, fol. 129 r°.
[2]) ACTA, VIII, 2 octobris 1560, fol. 141 r°.
[3]) ACTA, VIII, 23 decembris 1560, fol. 145 v°.

3. Mathias Lambrechts, ex Sancto Laurentio juxta Brugas. C

« Humili loco natus in pago S. Laurentii, agri Maldegemensis, altero a Brugis lapide, tertius in Artium schola 1561. Philosophiam hic, ubi didicerat, brevi tempore docuit, uti et theologiam in coenobio Parchensi. Fuit praeses collegii Houterleani, et S. Th. licentiatus; vir ingenio, pietate, doctrina cum praecipuis quibusque sui temporis doctoribus merito comparandus. Post Brugis canonicus graduatus, theologus 7 januarii 1569; hinc 28 martii 1571 poenitentiarius omnium primus, et anno 1588, 8 martii, archidiaconus et decanus concilii pastoralis Dammensis. Exul rebellium jussu cum antistite Remigio Driutio ab haereticis in carcerem conjecto, et sociis canonicis, anno 1578 moratur primum Duaci; ubi aliquamdiu catechisticam ac theologicam cathedram regiis auspiciis rexit. Dein Audomaropoli cum plerisque canonicis collegis in cathedrali ibi ecclesia. Redit Brugas anno 1584, rebus pacatis. Demum 28 julii 1596, Lovanii a Mathia Hovio, Machliniensi antistite, juvantibus Petro Simonis, Iprensi, et Francisco Ribeira, Minorita, Leiglinensi, in Hibernia, episcopis, Brugensis ipse episcopus inauguratur. Ecclesiae suae possessionem adiit 15 augusti subsequentis; et paulo post abbatiae Thosanae *(Ter Doest)*, ordinis Cisterciensis, episcopatui Brugensi tunc adnexae, nunc dirutae. Utrique cum laudabiliter praefuisset annis fere sex, vivere desiit, aetatis anno sexagesimo tertio. » Haec PAQUOT, *Fasti academici manuscripti*, I, p. 403. Mathias Lambrecht fuit tertius Brugensium episcopus.

4. Wilhelmus Taelboem, Brugensis. C

S. Th. Lic.; primum pastor S. Annae in patria, et sacrarum Literarum professor; postea canonicus graduatus, et dein etiam archidiaconus Audomaropolitanus. Scriptis clarus. FOPP., p. 423.

5. Egidius Baeyens, Alostanus. F

6. Honoratus de Lausnoi, ex Brusleto. P

7. Wilhelmus Estius, Gorcomiensis. F

Phil. prof. in F.; S. Th. D. Lov.; professor in Acad. Duacena, ibique praepositus ad D. Petrum, et Academiae cancellarius. Obiit 20 septembris 1613. Scriptis clarus. FOPP., p. 399; VAL. AND., p. 126; PAQUOT, *Fasti acad. mss.*, I, p. 125.

8. Joannes Coster, Alostanus. C

S. Th. Lic.; pastor Aldenardensis. Scriptis clarus. FOPP., p. 621.

9. Franciscus Rosa, *vel* Roose, Balliolanus. P

Consiliarius in supremo senatu Mechliniensi. Obiit anno 1610.

10. Simon Joannis, Leodiensis. L

11. Joannes Baet, Leodiensis. L

12. Franciscus d'Ennetières, Tornacensis. F

SECUNDA LINEA.

13. Embertus Everarts, ex Arendonck. P

« Ita nuncupatus a patre Everardo, Arendonco, in Campinia sub agro Antverpiensi, ortus. Decimus tertius in scholis Artium anno 1561. Tum lapso decennio educitur e collegio Adriani VI, fitque secundus Sabaudici collegii moderator. Verum, ut erat animarum curae quam juventutis regimini aptior, anno vix transacto, parochus ad D. Jacobum ; denique anno 1588, plebanus ad S. Petrum creatur; quam spartam eloquentia sua ornavit, una sacrae theologiae professor. Fuit idem post Joannem Molanum persona in Ghoycke (pagus est subjectus Leeuwis S. Petri, in Brabantia). Vivere desiit anno 1604, decimo kal. augusti, aetatis anno circiter 64. Laboravit in recensendo ex mss. codicibus volumine quarto operum S. Augustini, Plantinianis typis excussorum. » Haec Paquot, *Fasti acad. mss.*, I, p. 129. S. Th. Doctor renuntiatus fuit 29 augusti 1684. Val. And., p. 127.

14. Laurentius Maelcot, Lovaniensis. C

Decanus Tornacensis. Ita Acta.

15. Joannes Sutoer, ex Vellano. P

16. Laurentius Nicolai, Norwegiensis. P

17. Robertus Louchard, Andomarensis. L

18. Augustinus Canis, Iprensis. L

19. Petrus Moleners, Mechliniensis. P

20. Joannes Lew, ex Sancto Dionysio. F

21. Regnerus Schaloen, ex Borchloen. C

22. Heribertus Hosius, Bredanus. C

23. Joannes Curtius, Leodiensis. F

24. Adrianus Halart, ex Westcapelle. L

POSTLINEALES.

25. Joannes Du Molin, Athensis. P

26. Antonius Cuck, Culemburgensis. P

27. Nicolaus Petri, Becanus. P
28. Joannes Wyts, ex Segelsem. P
29. Joannes Van Aeltert, Teneramundanus. C
30. Joannes Coninck, ex Schoonhoven. P
31. Joannes Pahearius, ex Jandraco.
32. Stephanus Henrici, ex Campis. P
33. Joannes Van Ryne, Antverpiensis, P
34. Franciscus Gravius, Lovaniensis. C
35. Marcelius Nobels, ex Roosendael. C
36. Henricus Court, ex Martia. F
37. Joannes Zwinghedau, Balliolanus. F
38. Wilhelmus Petri, Antverpiensis. L
39. Antonius Bersse, Nivigellensis. P
40. Antonius Spitaels, ex Everbeek. P
41. Nicolaus Hubrechts, Antverpiensis. C
42. Joannes Isenbaert, ex Eecloo. F
43. Henricus Rochus, Amstelodamensis. C
44. Joannes Lievens, Alostanus. C
45. Egidius Loeys, ex Rommerswael. P
46. Mathias Hovius, *alias* Vanden Hove, Mechliniensis. P

S. Th. Lic.; ecclesiae metropolitanae in patria canonicus graduatus et archidiaconus, ac, sede vacante, vicarius generalis. Postquam archidioecesin per septennium pastore viduatam administrasset, ad cathedram Mechliniensem a Rege nominatus et 20 septembris 1505 literas confirmatorias a Clemente VIII adeptus, consecratur in aede metropolitana 28 februarii anni sequentis. Obiit Affleghemii 30 maji 1620. Vide Van Gestel, *Historia archiepiscopatus Mechliniensis*, p. 54.

47. Henricus Dela Tour, Namurcensis. F
48. Jacobus Vanden Ende, Bruxellensis. C
49. Joannes Van Goubergen, ex Niel. C
50. Adrianus Bolle, Teneramundanus. F
51. Egidius Wessens, ex Alcken. P
52. Nicolaus Vostinen, ex Capryke. C
53. Cornelius Joannis, Trajectensis. P

54. Henricus Vanden Bruke, Bredanus.
55. Petrus Savaige, Roterodamus. C
56. Joannes Hugarts, Lovaniensis. C
57. Gaspar Dervilliers, Montensis. P
58. Adrianus De Vaer, ex Molembeek. C
59. Petrus Vanden Hove, Mechliniensis. P
60. Judocus Overbeke, Rothnacensis. F
61. Jacobus Delattre, Audomarensis. L
62. Judocus Wellens, ex Oirschot. P
63. Jacobus de Hamedia, Rothnacensis. L
64. Joannes Petri, Amstelodamensis. P
65. Adrianus De Brul, Herendaliensis. C
66. Petrus Bastarts, Lovaniensis. C
67. Simon De Laet, Herendaliensis. L
68. Arnoldus Smolders, ex Lommel. P
69. Gerardus Schinkel, Lovaniensis. C
70. Regnerus Meys, Thenensis. C
71. Jacobus Jordaens, ex Mierde. P
72. Dominus Joannes Brums, Boviniensis. P
73. Theophilus Loenimen, Culemburgensis. C
74. Rodolphus Martini, ex Westerhoven. P
75. Petrus Gayffier, Namurcensis. P
76. Martinus Janssen, ex Saftingen. C
77. Daniel Joannis, ex Brouwershaven. C
78. Joannes Formanoir, Antverpiensis. P
79. Fredericus De Cordes, Tornacensis. P
80. Ewaldus, *alibi* Arnoldus, Cornelii, ex Hoesden. C
81. Gerardus Verdonck, ex Dommelen. P
82. Gaspar Buse, Hulstensis. C
83. Theodoricus Schagen, Amstelodamensis. P
84. Petrus De Walsche, Bruxellensis. C
85. Jacobus Comans, Trajectensis. P
86. Joannes Adriani, Gorcomiensis. C
87. Gisbertus Colen, Lovaniensis. C

88. Conrardus Ottonis, Buscoducensis. P
89. Mathias Cornelii, ex Peelt. C
90. Judocus Leeu, Antverpiensis. C
91. Joannes Potier, Atrebatensis. L
92. Gisbertus Riessebeeck, ex Horst. C
93. Bernardus Helter, Brugensis. C
94. Georgius Van Horenbeke, Teneramundanus. C
95. Arnoldus Van Heyst, Mechliniensis. C
96. Paulus Pries, ex Bets. P
97. Franciscus Joannis, ex Gormaria.
98. Leonardus Hugonis, ex Brouwershaven. C
99. Joannes Porta, Antverpiensis. C
100. Joannes Perre, Hulstensis. C
101. Franciscus Sullners, *alibi* Szulletts, ex Laren. P
102. Martinus Ernault, Sonegiensis. P
103. Philippus Coppin, ex Villa.
104. Joannes Weydt, Angiensis. P
105. Henricus Nicolai, ex Gedinne.
106. Conradus Hannart, ex Ham.
107. Franciscus Sacquespe, ex Dixmuda. F
108. Judocus Basseye, Tiletanus. C
109. Gerardus Feuhe, *vel* Fechien, ex Monte. F
110. Petrus Brabant, Lutosanus. F
111. Joannes Kinders, Lovaniensis. C
112. Joannes Delbecque, Bellomontanus. F
113. Joannes Buemsuck, Brugensis. C
114. Wilhelmus Tiberii, Bredanus. P
115. Wilhelmus Waretz, Namurcensis.
116. Petrus Magninus, Bisuntinus. P
117. Joannes Walscharts, Lovaniensis. L
118. Joannes Capella, Tornacensis. F
119. Nicolaus Doerte, ex Minorivilla. F
120. Joannes Deens, Antverpiensis. C
121. Andreas Craesbeke, Tiletanus.

122. Henricus Bastaerts, ex Kerckom. F
123. Joannes Potiers, Bruxellensis. P
124. Erasmus Andreae, Trudonopolitanus. P
125. Judocus Flusus, ex Lismello. F
126. Joannes Schoenmakere, Rupelmundanus. F
127. Wilhelmus Boenten, Trudonopolitanus. P
128. Remigius Faber, Mechliniensis.
129. Joannes Berthels, Lovaniensis. L
130. Jacobus 't Sestich, Bruxellensis. F
131. Quintinus Soppart, ex Lestinnes. F
132. Wilhelmus Piret, Geldoniensis. F
133. Ambrosius Raveschot, Lovaniensis. F
134. Marcus Sapin, ex Genepia. P
135. Nicolaus Vanden Sande, Becanus.
136. Theodoricus Sylvius, Buscoducensis. F
137. Wilhelmus de Castro, Lovaniensis. F
138. Petrus Begrip, Lovaniensis. C
139. Gerardus Bernarts, Mechliniensis. P
140. Wilhelmus Moleners, Mechliniensis. P
141. Gabriel Candidus, Tornacensis. L
142. Jacobus Damme, Brugensis. C
143. Henricus Molembais, Namurcensis. P
144. Conradus Langel, Namurcensis. P
145. Joannes Paludanus, Namurcensis.
146. Domitianus Lejong, Gandavensis.
147. Bernardus Leduck, Cameracensis. P

GRATIOSI.

148. Richardus Hoflis, Aquisgranensis. C
149. Petrus Piers, Tornacensis. F
150. Dominus Alardus Milen, ex Bommel. C
151. Theodoricus Ven, Mechliniensis. P
152. Adrianus Conraert, Gandavensis. F
153. Matthaeus Adriani, ex Oirschot[1]. P

[1]) Acta, VIII, fol. 149 r°-150 v°.

19 février 1562.

Regentes paedagogiorum anno 1561-1562 : *Porci*, Henricus Verrept ex Dommelen, cui officium resignanti 11 julii 1562 substituitur Matthaeus Boden ex Ruckelingen; *Lilii*, Franciscus Favillonius ex Ochia; *Castri*, Joannes De Laet ex Baerdwyck; *Falconis*, Petrus Morelius ex Gundicuria[1].

Tentatores licentiandorum : Balthasar de Atrebato, Henricus Stutius de Huybergen, Joannes Rubus et Otto de Bommel. Examinatores : Walterus de Corswaremia, Joannes Cappet, Joannes de Beveris et Adrianus Craeyennest[2].

Il y eut, en 1562, une controverse à l'occasion du *primus*. Les passages suivants, extraits des *Actes*, en feront connaître l'objet :

Die jovis, duodecima mensis februarii, hora secunda a prandio, indicta fuit deputatio Facultatis cum senioribus Facultatis. Coram quibus dominus decanus proposuit dominis, cum ob quaestionem, inter paedagogium Lilii et Porci de primo ex colligatione natam, quia dubitabatur, quomodo unitates colligatorum numerandae essent, deputati aliquot convenissent, nec certantes se submittere deputatorum aut Facultatis judicio vellent, scilicet jus sibi fieri vellent apud aequos judices, quoniam timebatur verisimiliter a sententia Facultatis ipsos appellaturos ad Universitatis judicium, sicque promotionem (sic) in longum protraheretur, permissum est eis, ut eligerent sibi arbitros doctores tres, scilicet magistros Michaëlem Du Baey ab Aeth, dominos Wulmarum Bernaerts et Elbertum Leoninum, doctores; quorum judicio se staturos promiserunt. Eorumque electionem et promissionem decanus ex consensu deputatorum acceptavit.

Die veneris, decima tertia mensis februarii, sequenti vero die, per arbitrium electorum dominorum pronuntiatum est post longam inter ipsos consultationem, pro praesenti tempore ipsis

[1]) Acta, VIII, 2 octobris 1561, fol. 162 v°; et 11 julii 1562, fol. 177 r°.
[2]) Acta, VIII, 22 decembris 1561, fol. 167 v°.

videri alterum horum dominorum regentium eligendum videlicet, aut retentamen faciendum inter duos, de quibus controvertitur, aut duos pro primis habendos, quemadmodum aliquando duo simul fuerunt in simili casu imperatores, aut duo in una diocesi episcopi; curandum tamen Facultati, ut provideat aperta aliqua declaratione, ne similis controversia aliquando eveniat.

Die sabbati, decima quarta ejusdem mensis februarii, sequenti quidem die, in deputatione dominorum in magno numero convocatorum, quoniam regentes inter se certantes elegerunt utrumque suum haberi pro primo, et ex deliberationibus deputatorum convocatorum pro majori parte conclusit decanus acceptandam pro praesenti tempore et pro bono pacis electionem regentium. Et quoniam regens Porci produxit post arbitralem sententiam dominorum quaedam, quae demonstrarunt usum computationis pro se facientem, placuit deputatis, ut sine sorte primus Porci in lectione promovendorum priori loco legeretur, sederet, et ad dexteram iret cum primo Lilii oratum, et deinceps in Universitate haberet praeeminentiam loci.

Deinde die lunae, decima sexta mensis februarii, hora octava ante prandium et ante congregationem ordinariam Facultatis indicta est deputatio Facultatis cum aliquot senioribus Facultatis. Proposuit dominus decanus dominis omnia acta deputatorum in praecedenti negotio habita, et ex eorumdem dominorum deliberationibus conclusit decanus, que acta sunt in superiori negotio, rata habenda esse, nec in plena congregatione Facultatis publicari debere[1].

Voyez aussi sur cette controverse MOLANUS, *Historia Lovaniensium*, I. p. 591.

PRIMA LINEA.

1. { Joannes Arnoldi, Haerlemensis. P
{ Petrus Cabbeliau, Iprensis. L

JOANNES ARNOLDI primum philosophiam docuit in paedagogio

[1]) ACTA, VIII, 12, 13, 14 et 16 februarii 1562, fol. 170 r°.

Castrensi; deinde factus est canonicus cathedralis Audomaropolitanae, ac demum canonicus Furnensis.

PETRUS CABBELIAU, phil. prof. in L; « S. T. B. F.; erat principalis logicorum anno 1567. Via nominationis factus est canonicus in cathedrali ecclesia Atrebatensi. Professionem deseruit anno 1575, mense septembri, cum, indicto jubilaeo, sacram peregrinationem instituit ad limina Apostolorum. » Ita PAQUOT, *Fasti acad. mss.*, I, p. 434.

2. Arnoldus Lantmeter, ex Herck. C

Philosophiam docuit in C. « Arnoldus Geometrius, *Landmeters*, Herckensis, professor primarius erat (in Castro) ultima januarii 1568, cum logicam Aristotelis interpretabatur horis matutinis. » Ita PAQUOT, *Fasti acad. mss.*, I, p. 403.

3. Robertus Niger, Athensis. P
4. Joannes Liberme, Leodiensis. L
5. Martinus Termant, Athensis. F
6. Petrus Levendael, ex Rommerswael. C
7. Thomas Bruninx, Antverpiensis. P
8. Petrus Guersem, Tornacensis. F
9. Franciscus Leflon, Atrebatensis. L
10. Goswinus Batson, Antverpiensis. C
11. Jacobus Joannis, Amstelodamensis. P

« Amstelaedami natus circa kal. septembris anno 1547, parentibus plebeiis, honestis tamen, Deoque et religioni avitae addictissimis. Patre puer admodum orbatus, relictus est cum duabus sororibus curae matris viduae. Quae, divenditis iis, quibus defunctus vir opera nautica familiae prospexerat, officinulam paravit et erexit successu non improspero. Sic illa filium ad pueriles scholas mittere potuit; ubi is inter coaevos modestia, verecundia, pietate eminuit. Aetate studiisque maturior, Lovanium missus est, ac commendatus primum Rogerio de Bruyn, decano ad S. Jacobum, a cujus aedibus transiit ad collegium majus sancti Spiritus, hinc vero ad paedagogium Porci, ubi philosophiae cursum absolvit loco duodecimo promotus ad magisterium in Artibus anno 1562[1]. Theologiae deinde auspicium fecit in collegio Adriani VI, praeside ac

[1]) Paquot se trompe en affirmant que Jacques Janssonius fut promu le 12e; il faut lire le 11e.

directore Michaële Baio; cujus animum ita sibi devinxit, ut non solum bursalium numero adjunctus ab eo fuerit, verum etiam ad intimam familiaritatem admissus. Cogitabat interea de ingredienda Societate Jesu; sed, cum propositum suum aperuisset P. Adriano Adriani, quo conscientiae moderatore utebatur, dissuasit ille, atque doctorem ipsum fieri debere pronuntiavit. Ergo Janssonius licentiae titulum assumpsit anno 1575, menso majo, ac circa id temporis theologiam praelegit post Henricum Cuyckium in coenobio Gertrudano, ubi et confessionibus incubuit. Mense septembri ejusdem anni 1575 praefectus est collegio S. Augustini nomine insignito, quod praedictus Michaël Baius ad Leydam (locus est in urbe Lovaniensi oppositus horto collegii regularium) non ita pridem erigere coeperat; inde 1580 sacrae theologiae professor ordinarius, et secundae fundationis in D. Petri canonicus; post, anno 1598, regius sacrae Scripturae interpres et majoris praebendae canonicus Thomae Stapletono surrogatur. Jam anno 1589, Baio vita functo in administratione collegii pontificii successerat. » Ita PAQUOT, *Fasti acad. mss.*, I, p. 131. S. Th. Doctor renuntiatus fuit 29 augusti 1584. Decanus ad D. Petrum Lovanii factus est 17 octobris 1614, Jacobo Baio e vivis sublato. Diem obiit supremum 30 julii 1625. FOPP., p. 518; VAL. AND., p. 128; Paq., I, p. 493.

12. Joannes Lesille, Athensis. F

SECUNDA LINEA.

13. Wilhelmus Engelsen, ex Rommerswael. C
14. Petrus Corubele, *vel* Courouble, ex Lincellis. L

Phil. professor in L. » Docebat logicam secundarius professor annis 1565 et 1575; fuitque ab anno 1570 extraordinarius juris civilis professor, et ad D. Petrum secundae fundationis canonicus. » Ita PAQUOT, *Fasti acad. mss.*, I, p. 434.

15. Jacobus Verdoen, Poperinganus. L
16. Jacobus Maes, ex Axel. P
17. Lambertus de Paradies, Namurcensis. P
18. Philippus Attaguiaut, Atrebatensis. L
19. Andreas De Suttere, ex Loe. C
20. Petrus Van den Ende, *vel* Afinianus, ex Lierop. C

« Petrus a Fine (*Van den Eynde*), Liropius, ut ipse scribebat,

rectius Nieropius, videlicet a Nierop, Borealis Hollandiae (non Brabantiae, ut Valerius Andreas) vico seu tractu, Schagae contermino; dictus *a Fine* ex situ aedium natalium, quae isthic etiamnum ostenduntur in fine tractus illius ad sinum Maris Australis[1]. Artium magister in secunda, ut vocant, linea, seu intra secundum duodenarium promotus fuit Lovanii anno 1562. Ad concilium Universitatis e Facultate Artium adunitus ultima februarii 1577; indeque ab ineunte anno 1570, pastor ad S. Quintinum usque ad diem 15 martii 1615, quamquam aliquot annis abfuerit in patriam revocatus, ubi pastoralia munia aliquamdiu exercuit, atque inter canonicos graduatos depereuntis ecclesiae Harlemensis adlectus, sede recens vacante, tum ejusdem ecclesiae decanus constitutus molestissimo tempore, quo nempe catholicos haeretici passim carcere vel exilio mulctabant. Hisce vexationibus motus Petrus Lovanium repetiit, dumque hic degeret, decani locum retinuit, haud existimans se absque terreni subsidii emolumentis ad residentiam et labores inter tot pericula obstringi; sed monitus ab Adalberto Eggio, literis 21 martii 1584 datis, impulsusque a Nuntio Apostolico, paruit demum, ac dignitatem decanalem abdicavit anno 1615; quae eodem anno, die 7 decembris, traditur Nicolao Nomio. Ceterum Petrus a Fine rector Academiae huic praefuit annis 1585 et 1600, ac Vigliano collegio a morte Ludovici Carrii; sumptisque in aetate provecta doctoris insignibus (3 februarii 1604), cum jam a mensibus aliquot ordinarius sacrae theologiae professor et canonicus primae fundationis esset, postea ad secundae fundationis praebendam et annexam fundationem transiit anno 1613, ac demum, piis fundationibus testamento relictis, e vivis eripitur mense decembri 1616, depositus in aede primaria D. Petri. Memoriam habet in choro ecclesiae S. Quintini, ad latus arae majoris, ubi effigies ejus lapidi insculpta cernitur veste academica, poplitibus flexis,

[1]) Pierre Van den Eynde est bien certainement né à Lierop dans le Brabant Septentrional, comme disent Foppens et Valère André. En effet, il fonda plusieurs bourses dont le curé et un des échevins de Lierop avaient la collation. De plus la fondation était faite en faveur des parents du fondateur, et à leur défaut en faveur de jeunes gens nés à Lierop, Mierlo, Helmond, Deurne, Asten ou Someren. Or, toutes ces localités sont situées dans le Brabant Septentrional aux environs de Lierop. Voyez Coppens, *Beschryving van het bisdom van 's Hertogenbosch*, I, p. 399.

addita hac inscriptione : *Monumentum rev. eximii D. D. Petri a Fine Lyropii, S. T. D., pastor. S. Quintini annis* 44. » Ita PAQUOT, *Fasti acad. mss-*, I, p. 148.

21. Henricus Baiselle, ex Brania. F
22. Adrianus Boenser, Goudanus. F
23. Adrianus Dela Houssier, ex Revinia.
24. Joannes Delahaye, ex Chervia. P

POSTLINEALES.

25. Antonius Lesur, Bethuniensis. F
26. Wilhelmus Jochems, ex Heze. P
27. Joannes Welgiers, Gandavensis. C
28. Joannes Verhagen, Brugensis. C
29. Joannes Godefridus, Bellomontanus. P
30. Joannes Hoechbreet, Edamensis. P
31. Wilhelmus Tserhen, *vel* Scheren, ex Brogel. P
32. Nicolaus de Castro, Antverpiensis. F
33. Petrus Laten, ex Sonhoven. C
34. Georgius Gruyler, Roterodamus. C
35. Goswinus Elsenput, Thenensis. P
36. Nicolaus Steltius, Leodiensis. C
37. Bartholomaeus Souwen, *alibi* Judoci, Haerlemensis. P
38. Ferdinandus Rodericus, Ulyssiponensis. P
39. Judocus Vanden Kerhove, ex Waerschot. C
40. Gabriel Mayal, Bergizomensis. C
41. Augustinus Blockerie, Leodiensis. F
42. Albertus Verdult, Bergizomensis.
43. Ludovicus Chappel, Gendracensis. P
44. Franciscus Maycolet, ex Ham. C
45. Egidius Goddien, Montensis. C
46. Jacobus Randetus, Camberiensis. P
47. Wilhelmus Hagelaerts, ex Duysel. P
48. Joachim Van den Wouwer, ex Lommel.
49. Gregorius Doerne, Turnholtanus. C
50. Judocus Jonckheer, Gandavensis. C

51. Joannes Charlemagne, ex Martia. F
52. Petrus de Coester, ex Horne. P
53. Jacobus Roey, ex Gits. C
54. Gerardus Schonaerts, Mechliniensis. P
55. Damianus Dupon, ex Cervia. P
56. Georgius De Grave, Iprensis. L
57. Wilhelmus Hoerst, Leydensis. P
58. Petrus de Behaigne, ex Sora. F
59. Joachim Sergeant, Athensis. F
60. Franciscus Borgius, Iprensis. L
61. Regnerus Pahiaux, ex Jandraco. P
62. Joannes Smeyers, ex Put. C
63. Hermannus Son, Bredanus. P
64. Clemens Somerius, Iprensis. L
65. Henricus Smits, ex Rosendael. C
66. Jacobus Vander Cammen, Buscoducensis. P
67. Georgius De Boessier, Aldenardensis. F
68. Judocus Dunpry, Bergizomensis. P
69. Andreas Vanden Borre, ex Vianen. F
70. Adam Quackelaert, ex Iersel. P
71. Joannes Houwaerts, Mechliniensis. P
72. Nicolaus Merchier, ex Brevino. F
73. Henricus Pratanus, Insulensis. L
74. Christophorus Mathias, ex Rosendael. C
75. Engelbertus Vander Beken, Mechliniensis. C
76. Joannes Tilmanni, ex Elderen.
77. Rumoldus Joannis, ex Iersel. P
78. Brixius Goze, ex Straten. P
79. Joannes Vairon, ex Valencenis. F
80. Judocus de Crakere, ex Morsele. P
81. Joannes Vilem, ex Goes. P
82. Adrianus Judoci, Haerlemensis. P
83. Nicolaus Vlaminck, Ninivita. L
84. Natalis Caneye, Cortracenus. F

85. Theodoricus Kevelaer, Haganus. C
86. Franciscus Tilram, Bethuniensis. F
87. Hector Potuz, ex Valencenis. F
88. Henricus Adriani, Haganus. P
89. Cornelius Tyen, Goudanus. C
90. Florentius Verhaert, Lovaniensis. C
Historiographus et theologus. PAQ., I, p. 70.
91. Franciscus Gooswini, ex Oosterwyck. C
92. Joannis Nonick, ex Beveris. P
93. Isebrandus Tulanier, Audomarensis. L
94. Vincentius Neron, ex Valencenis. L
95. Wilhelmus Bengenra, Dordracenus. P
96. Joannes Gaertzen, ex Tulpen. C
97. Adrianus Basse, Nivigellensis. P
98. Franciscus Sumbeke, Gemblacensis. P
99. Matthaeus Heyn, ex Sancto Laurentio. C
100. Bertoldus Scheren, ex Mierlo. P
101. Joannes Adriani, ex Rommerswael. C
102. Marcus Mechelman, Bruxellensis. C
103. Gerardus Talinck, Haerlemensis. P
104. Joannes Dun, ex Mierde. P
105. Joannes Grevearts, Mosaetrajectensis. P
106. David Dubois, Lovaniensis. C
107. Claudius Roesenboes, Insulensis. L
108. Joachim Typoets, Diesthemiensis. L
109. Mathias Petri, Haerlemensis. P
110. Christianus Velaerts, ex Milen. P
111. Cornelius Quirini, Amstelodamensis. P
112. Cornelius Malelscoet, Brugensis. C
113. Petrus De Grave, ex Waelwyk. C
114. Regnerus Loeyden, Lovaniensis. P
115. Leo Hustien, Bellomontanus. F
116. Balthasar Seulin, Duacenus. P
117. Jacobus Caulier, Duacenus. P

118. Wilhelmus Wyaert, Duacenus. P
119. Gerardus Francart, ex Gesto. F
120. Georgius Eustachii, Dordracenus. C
121. Bartholomaeus Claes, Diesthemiensis. P
122. Martinus Joannis, Delphensis. C
123. Cornelius Joannis, ex Heusden. C
124. Joannes Friven, ex Peronne. P
125. Nicolaus Joannis, Haerlemensis. P
126. Joannes Henricus, Tilburgensis. C
127. Egidius Hamel, ex Kermpt. P
128. Adrianus Mortelmans, ex Calmpthout. C
129. Joannes Du Bois, Chimacensis. P
130. Cornelius Cornelii, ex Oosterhout. C
131. Christianus Ermeghem, Lovaniensis. P
132. Joannes Vanden Putte, ex Halen. C
133. Georgius Bernix, Mechliniensis. P
134. Franciscus Malapert, Montensis. F
135. Adrianus Forment, Tornacensis. F
136. Joannes Gouverneur, Rupefortensis. F
137. Joannes Guarnier, ex Husinia. F
138. Joannes Blentvliet, Lovaniensis. L
139. Nicolaus Cornelii, Bergezomensis. C
140. Vincentius Legrant, ex Gundicuria. F
141. Judocus Cosiens, Gerardimontensis. F
142. Arnoldus Beckevoort, Perwetanus. F
143. Nicolaus Stassart, ex Binchio. F
144. Antonius Drapier, Duacenus. P
145. Fredericus Hiennensdael, Lovaniensis. P
146. Egidius Bewru, Lutosanus. F
147. Antonius Delfos, Wavriensis. P
148. Martinus Wallez, ex Binchio. F
149. Otto Ludovici, ex Vellino. F
150. Laurentius Pottier, ex Valencenis. F
151. Joannes Gottendeys, Mechliniensis. C

152. Antonius Decaert, ex Sora. F
153. Petrus Wattie, ex Ouzea.

GRATIOSI.

154. Petrus Bastillon, ex Sora. C
155. Egidius Leblanc, Wavriensis. F
156. Joannes Hermannus, ex Gundicuria. F
157. Carolus Buseus, Montensis. F
158. Joannes Hermanni, Huyensis. L
159. Bernardus Legran, ex Curiaco[1]. F

[1]) Acta, VIII, fol. 170 v° — 172 v°.

(*La suite à la prochaine livraison*). E. H. J. Reusens.

Ode, évêque de Cambrai, accorde a la demande de Robert, comte de Flandre, l'autorisation de construire l'église de Pamele, a Audenarde.

1110.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Quoniam de tanto quis gloriosiorem apud Deum obtinebit remunerationem, quanto studiosiorem circa sacre religionis cultum adhibuerit sollicitudinem, dignum duxi ego Odo, Dei gratia Cameracensis episcopus, in diocesi nostra loca, que ibi erant religionis, quantulacumque potui virtute, religioni dedicare. Itaque cum venerabilis comes Flandrie Robertus cum conjuge sua Clementia, nomine suo digna, in territorio nostro licentiam nove capellanie construende, in novo burgo apud Aldenardum, supplici petitione requirerent, et ad opus atrii ibidem terram determinatam liberam ab omni jure suo fecissent, annuente filio suo Balduino ac Mathilda, filia Arnolfi junioris, Aldenardensis, quibus terra eadem jure hereditario contingebat, assensum dedi, accepta prius licentia a Godefrido, in cujus erat parochia, sub testimonio canonicorum suorum Rotnacensium : Giliberti scilicet, Ehiebaldi et aliorum. Considerans etiam ferventissimum animum cujusdam viri Litberti et uxoris sue Sigilindis ad instaurationem ejusdem loci, cum archidiacono ipsius parochie Rodulfo et quibusdam abbatibus, et non parva multitudine cleri et plebis, ad ipsum locum accessi, et atrium a legatis comitis, Lamberto videlicet et Azelnio, designatum in honore Domini nostri Jesu Christi ejusque piissime Genitricis Marie consecravi, concedens baptisterium, sepulturam et cetera parochialia jura eidem loco jure perpetuo, et ita fines ipsius parochie dividens, ut quicquid diuturnior cursus fluminis Scaldi a citeriore termino separat cum prato,

quod adjacet, in jus terminale predicte ecclesie cedat. Hanc quoque eamdem ecclesiam ab omnibus episcopalibus obsoniis absolutam et solemni libertate donatam Eenamensi et paterne prudentie dilecti filii Gileberti, ipsiusque successorum, predicte ecclesie abbatum, ita subdere curavi, ut secundum augmenta eleemosinarum et possessionum adaugeri debeat et numerus monachorum inibi Domino nostro Jesu Christo ejusque piissime Genitrici Marie serviturorum. Ad quorum usus altaria ista de Edelia, de Lupengem, de Folkengem libera et inpersonata contradidi, assensu et consilio ejusdem parrochie archidiaconi Rodulfi et parochianorum suorum, pro spe recompensationis eterne animarum Cameracensium episcoporum. Sed hec tali edificationi nota facere procuravi, quatenus abbas predicte ecclesie omnia obsonia episcopo ejusque ministris persolvat, et synodali collocutioni intersit, et presbyteri iisdem altaribus servituri ab episcopo curam animarum suscipiant. Ut autem firmum et inconculsum hujus libertatis donativum permaneat, quisquis hoc sciens infringere tentaverit, anathematis gladio percussus usque ad condignam satisfactionem marcescat. Et presens pagina, tum sigilli mei impressione, tum autentica testium subscriptione, annotatione roborata, non deficiat.

Signum Rodulfi, Anselmi, Theodorici, Everardi, archidiaconorum. Signum Fulgentii, abbatis. Signum Sigobardi, abbatis. Signum Ade, abbatis. Signum Walberti Aslensis. Signum Erlebaldi, Cameracensis prepositi. Signum Gerardi, Marelini, Hugonis, Joannis, Ricardi, Cameracensium canonicorum. Actum est hoc anno Incarnationis Dominice m° c° x°, indictione tertia, episcopatus domini Odonis anno quarto.

Cartulaire de l'abbaye d'Eename, aux Archives du Royaume. (Communiqué par M. l'abbé H. De Bruyn).

Accord entre les religieux de l'abbaye de Saint-Bernard et le bailli ou mayeur de Westmalle[1].

30 novembre 1293.

Universis christifidelibus presentes literas inspecturis frater Jacobus dictus abbas et conventus monasterii loci Sancti Bernardi, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Cum multociens altricacio, lis, sive controversia exorta fuisset inter nos ex una parte et Johannem villicum de Westmalle ac suos predecessores ex altera, super jure uniuscujusque partis in Malle, tandem pro bono pacis et ad parcendum in posterum laboribus et expensis, per discretorum et sapientium virorum consilium, de communi consensu utriusque partis nostre predicte, ne de cetero super hiis aut consimilibus aliqua materia dissentionis, litis, discordie, vel placiti inter nos, quod absit, aliquatenus valeat crescere vel oriri; nos, diligenti deliberatione et sufficienti discussione ac inquisitione prehabitis, uniuscujusque nostrum decrevimus jus dubitabile presenti instrumento inserere ac per hoc perpetue memorie commendare.

In primis ergo tenet predictus Johannes de nobis, tamquam a veris et legitimis dominis suis, ad unum donum feodale, villicationem suam allodii nostri de Westmalle, ad quam spectant omnes amende, satisfactiones, jura, judicia seu forefacta de universis articulis illis, super quibus judicium, dictum, lex, justitia sive sententia scabinorum de Westmalle de jure est requirenda, et que ad ipsorum scabinorum dictum, judicium seu finantiam pertinuerunt et spectabant, secundum

[1]) Voyez sur le village de Westmalle, Le Roy, *Notitia marchionatus S. R. Imperii,* p. 191 et suiv. Westmalle fut donné en 1233 à l'abbaye de Saint-Bernard par Henri I, duc de Brabant.

consuetudinem ipsius ville hactenus approbatam, usque ad summam quinque solidorum Lovaniensium et infra, exceptis bonis quondam ad allodium bone memorie Godefridi dicti Todvale pertinentibus. Emende vero seu satisfactiones, jura, judicia vel forefacta quinque solidos Lovanienses egredientia, ac bonorum ad allodium predicti G. Todvale quondam pertinentium usque ad viginti et septem solidos Lovanienses et infra, usque ad predictam summam quinque solidorum, et resignationes, requisitiones sive relevationes bonorum et vindiciones sive werpiciones[1] hereditatum ac relevia feodorum omnium, qui tenentur de nobis immediate, ad nos spectant et pertinent pleno jure. De quolibet autem matrimonium contrahente predictus villicus tenetur habere sex denarios Antwerpienses, et de qualibet decem et octo hovarum[2] antiquarum seu mansorum in Malle tenetur habere in festo beati Martini unum modekum[3] siliginis, unum panem, unum pullum et unum denarium Antwerpiensem, ratione villicationis annuatim. Tenet etiam dictus Johannes a nobis ad idem donum feodale hovam suam sive mansum situm in loco, qui dicitur *ten Driessche*, et quedam alia tria bonaria terre vel circiter, ac pratum, quod dicitur *Kyth*, continens circa duo bonaria, situm infra agros de Malle cum vivario suo, sito ibidem, pratum quoque suum sive pascua, vulgariter *Veurde* nuncupata, silvam etiam suam alnetorum, vulgariter dictam *Schegghelen*, cum pascuis suis et wastina, dicte silve adjacentibus, et cum ea circumclusis, prout sibi in augmentationem sui feodi a nobis cum quadam piscatura sunt concessa, cum suis hominibus feodalibus et censuariis seu mansionariis omnibus, et bonis ad eos pertinentibus, que de predecessoribus ejusdem Johannis tenuerunt et de ipso tenent. Tenet insuper

[1]) *Werpicio* a la même signification que *guerpicio*, cession, renonciation à la possession d'une chose.

[2]) *Hova*, du flamand *hoef*, ferme.

[3]) *Modeke*, du flamand *meuken* et du latin *modius*, espèce de mesure pour les grains.

idem Johannes de nobis ad aliud donum feodale bona sua omnia, que quondam fuerunt Willelmi dicti de Meyenbosch, consanguinei sui, secundum quod idem Willelmus tam in terra arrabili, mansione et silva, quam in pratis et pascuis apud Malle ea tenuit et possedit. Preterea ad tercium donum feodale tenet predictus Johannes de nobis omnia bona sua, que prius apud Malle de Petro dicto Water de Perlaer in feodum tenuit, et antecessores sui ab antecessoribus dicti Petri quondam in feodum tenuerunt, cum ceteris bonis, que Henricus, frater ejusdem Petri, Willelmus dictus Vander Aghter, Johannes dictus Groote, Johannes dictus Ide Vanderende, Johannes de Berghoven senior, Lydolphus de Thimo, Johannes dictus Rubben, et Willelmus dictus Lerch, filius Johannis dicti Boch, ab eodem Petro prius in feodum tenuerunt; que nunc de predicto Johanne villico tenentur jure feodali. Premissaque bona omnia et singula idem Johannes de nobis tenet et tenebit, cum omni jure, prout in terminis, palis, fossatis, vel sepibus limitata vel conclusa predecessores sui de nobis hactenus ea tenuerunt. Nec aliquid aliud jus, quod predecessores sui non habuerunt in premissis bonis, sibi in posterum aliquatenus poterit acclamare vel vendicare, quod posset cedere nobis in dampnum, injuriam aliquam vel gravamen; omnem quoque calumpniam sive calangiam, quam in nobis sitis in loco, qui dicitur *Scrych*[1], tam inferiori quam superiori, habebat, vel quocumque modo in futuro habere vel movere poterat aut successores ejus, quam ipsam a feodalibus suis fide dignis intellexit indebitam fuisse et minus justam, plene nobis remisit, et pure ac sine aliqua reclamatione quitavit de sua libera voluntate. Universum etiam jus suum, si quod habebat aut ipse vel successores sui in ipsis bonis de Scrike seu aliis quibuscumque apud Malle, preter bona omnia et singula ante-

[1]) Cet endroit est encore connu de nos jours sous le nom de *Schriecksche Heide*. Il dépend de la commune de Zoersel, et est situé entre ce dernier village, et ceux de Westmalle, Hal et Saint-Antoine.

dicta quocumque modo habere poterant, in futuro nobis contulit, in presentia suorum confeodalium ac testium subscriptorum, in elemosynam, donatione inter vivos, nihil juris sibi vel suis heredibus in eisdem bonis aut in aliqua decima, silva, mirica, seu wastina apud Malle preter supradicta bona penitus reservando, preter emendas seu forefacta ad villicationem pertinentia, sicut superius est predictum. Promisitque, fide prestita corporali, quod contra premissorum aliqua numquam ire conabitur in futurum. Et si quid in premissis deficeret, promisit perficere, quandocumque super hiis foret requisitus.

Preterea sepedictus Johannes recognovit, quod ipse et sui successores in predicta villa de Westmalle scabinos facere vel instituere, absolvere vel destituere, sine nostro consensu, licentia et voluntate non possunt aut poterunt ullo modo. Sed, cum ibidem aliqui in scabinos instituendi fuerint, vel ab officio scabinagii absolvendi, ipse Johannes et sui successores, aut illi, quibus vices suas commiserint, ipsos instituere in scabinos, aut a scabinagio absolvere tenebuntur, qui a nobis vel ex parte nostra ipsis fuerint ad hoc nominati. Ceteraque omnia et singula negocia ad communem utilitatem vel usum hominum ejusdem ville de Westmalle spectantia, de cetero de communi consensu nostro fient et voluntate. Nec nos sine ipso Johanne et suis successoribus, aut ipse seu successores sui sine nobis, aut eo, qui ex parte nostra apud Westmalle fuerit pro tempore, promovere vel criminare ea poterunt ullo modo. Et si postmodum predictam villam sive parochiam de Westmalle in plures parochias dividi forte contigerit, tamen unusquisque nostrum in ipsis villis seu parochiis universum jus suum habebit, et eo utetur integraliter et perfecte, quod nunc habet et possidet in sepedicta villa de Westmalle, sicut superius est expressum.

Testes autem premissorum : Paulus dictus Bornecolve, Arnoldus dictus Nose, Johannes dictus Bode, Balduinus

dictus Spronc, et Petrus dictus Pape, scabini Antwerpienses.

In quorum omnium testimonium et memoriam sempiternam sigillum nostrum presentibus literis est appensum. Rogamus insuper ad majorem premissorum omnium firmitatem, viros providos et discretos dominum Walterum dictum Volcart, militem, Everdeium scultetum Antwerpiensem, et scabinos antecedentes, ut sigilla sua una cum sigillo nostro literis presentibus velint apponere in testimonium premissorum.

Nos igitur Walterus, dictus Volcart, miles, Everdeius, scultetus Antwerpiensis, Paulus dictus Bornecolve, Arnoldus dictus Nose, Johannes dictus Bode, Balduinus dictus Spronck, et Petrus dictus Pape, scabini Antwerpienses antedicti, ad peticionem predictorum abbatis et conventus sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini m. cc. nonagesimo tertio, in die beati Andree apostoli.

Un jubilé de 50 années de prêtrise, célébré a la collégiale de Sainte-Gudule en 1652.

Quoique le document suivant n'ait pas une grande importance historique, nous le donnons cependant pour faire connaître les cérémonies autrefois en usage dans la célébration d'un jubilé de 50 ans de prêtrise. Barthélemi Tichon, surnommé *Thenensis*, fut le premier curé de Montaigu. Il fut ensuite choisi pour gardien de la remontrance du Saint-Sacrement de Miracle, conservé à l'église de Sainte-Gudule à Bruxelles, et desservit cette place près de 30 ans. Il devint chanoine du chapitre le 29 janvier 1638, et chantre peu de temps après. Il résigna son canonicat, en 1658, en faveur d'un de ses neveux Sébastien Tichon, et mourut le 4 mars 1662, âgé de 88 ans. Il fut enterré dans la chapelle du Saint-Sacrement de Miracle.

Le document suivant est extrait des registres aux actes du chapitre de Sainte-Gudule.

12 janvier 1652.

Reverendus dominus Bartholomaeus Tichon, cantor et canonicus hujus ecclesiae, exposuit, se Dei beneficio attigisse annum quinquagesimum sacerdotii. Quapropter decrevit publice Deo, bonorum omnium largitori, pro singulari illo beneficio gratias agere, et pariter jubilaeum suum, exemplo aliorum virorum ecclesiasticorum, religiose celebrare; ad quod collegium humanissime invitavit. Decanus et capitulum, approbantes piam illam in Ecclesia Dei receptam consuetudinem jubilaei celebrandi in honorem sacerdotii, pro suo erga

reverendum dominum cantorem affectu, memores obsequiorum quinquaginta annis et amplius per eumdem huic ecclesiae indefesse impensorum, resolverunt assistere collegialiter praedicti jubilaei celebrationi, sub forma infrascripta :

Forma observanda in jubilaeo sacerdotis reverendi admodum domini Bartholomaei Tichon, cantoris et canonici majoris praebendae ecclesiae collegiatae D. Gudilae, per dominos de capitulo ejusdem ecclesiae concepta et determinata.

Pridie jubilaei vesperi, ab hora octava usque ad medium nonae, pulsabitur campana divae Virginis; deinde a medio nonae usque ad nonam campana Salvatoris, ut eo pulsu praedicta solemnitas jubilaei indicetur.

Ipso die jubilaei, Prima immediate post Matutinum canetur, ut facultas detur et tempus solemnius et tractius requisita omnia peragendi. Ex eodem motivo post concionem domini plebani Tertia inchoabitur; et, finita Nona, per aliquem ex dominis canonicis dabitur populo aqua benedicta.

Ad medium decimae pulsabitur campana Salvatoris per mediam horam. Ad initium pulsus domini canonici primae et secundae fundationis una cum clero, cappis induti, collegialiter, cruce praeeunte, procedent ad aedes domini jubilarii; ex quibus eundem, corona redimitum, indutum alba stola et pluviali, gestantem manu baculum cantoralem, medium inter reverendos dominos decanum et thesaurarium, praeferente sponsula virgine byretum in patina deaurata, praecedente collegio supradicto, subsequentibus consanguineis et amicis, ordinate et processionaliter deducent per plateas vulgo dictas *Percamentestraete ende de Parochiaenstraete,* et partem meridionalem hujus cymiterii, ad ostium majus seu primarium in hanc ecclesiam.

Ad ingressum cymiterii, chorauli modeste se subducent et ingredientur portam meridionalem hujus ecclesiae, ut se dis-

ponant ad motetum, quod canetur per musicos, collegio praedicto limen ecclesiae ingrediente. Sub quo moteto dominus jubilarius deducetur ad summum altare, et ad locum cantoris in medio chori perveniens, figet loco consueto baculum cantoralem, reposito simul per sponsulam virginem byreto in subsellio ad hoc exornato, occupantibus statim dominis canonicis et clero sua quisque subsellia, in quibus ut supra induti tempore sacri permanebunt, consanguineis et amicis per ceremoniarium ad scamna deductis, quae eum in finem ad latus altaris erunt disposita.

Finito moteto, dominus jubilarius, assistente domino decano et binis ex senioribus canonicis, officio diaconi et subdiaconi fungentibus, intonabit hymnum : *Veni Creator Spritus;* quem cantores musici subsument et absolvent, subnectente domino jubilario collectam de Spritu sancto.

Qua finita, missam inchoabit corona redimitus, quae ad initium canonis per ceremoniarum magistrum reponetur in patina per supradictam virginem delata, absoluta sacra communione capiti domini jubilarii iterum imponenda.

Finita missa, dominus jubilarius hymnum *Te Deum laudamus* intonabit; quem cantores musici perficient, subnexa per dominum jubilarium in gratiarum actionem idonea collecta.

Absoluto hymno, domini canonici, una cum clero, cappis induti, modo et ordine suprascriptis, per viam breviorem reducent dominum jubilarium cum praedictis ornamentis ad suas aedes. Quo facto, iterum collegialiter et ordinate ad ecclesiam revertentur.

Confirmations papales des possessions du chapitre de Tournai.

Il est assez étonnant qu'Aubert Le Mire, qui a publié un bon nombre de chartes du chapitre de la cathédrale de Tournai, ait négligé les deux plus anciennes confirmations des biens de cette église. Ces pièces sont demeurées inédites jusqu'à ce jour. La première est de Pascal II (1108), et la seconde de Clément III (1190). Ces documents intéressent tout à la fois la géographie, l'histoire et les arts. On y trouve des noms anciens de localités, l'origine de certaines paroisses, des données pour fixer la date de la construction des monuments, etc. C'est ainsi que, de la comparaison des deux bulles que nous donnons aujourd'hui, on voit clairement que l'église de Saint-Jacques à Tournai fut construite dans l'intervalle 1108 à 1190; mais il ne demeure de cette époque que la tour et la partie méridionale du transept. Des trois autres églises qui devinrent paroissiales, mentionnées comme existantes en 1108 dans la bulle de Pascal II, celles de Saint-Quentin et de Saint-Piat ont conservé les constructions romanes qu'elles avaient alors. Mais l'église de Saint-Pierre, dont le bénéfice ne fut rendu ou donné au chapitre qu'en 1101, fut reconstruite dans le style qu'on appelle ordinairement de transition. Le plan de cet édifice, actuellement démoli, nous a été conservé par M. l'architecte Renard, qui l'a dessiné avec beaucoup de soin. On verra encore, en comparant les deux bulles, les nombreuses acquisitions que le cha-

pitre dut à la libéralité de ses bienfaiteurs pendant le XIIe siècle. Il faut mettre au premier rang de tous, les évêques de Tournai. Baudry donne Beveren et Vive-Saint-Eloi en 1112; Simon donne Landas, Ere, Willem, Blandain et Hem en 1128; puis encore Herseaux, Aix et Bourghelle; Gérard donne Adèque, Helsenghien (Elseghem) et Mulhem en 1166; Gualter les dîmes de Somerghem, Mérendre, Chunslar (Knesselaere), Oerste (Vurste), Gotthem, Bondues, Olsène, Usselenghien de saint Eloi (Oesselghem), et Meaulne en 1171. — Il avait donné celles de Roubaix en 1169. Gérard donne Zwyndrecht et Berlaere en 1173, Morselede et Luigne en 1178, et de plus, tout ce qu'il avait à Lamain et à Blandain. Evrard donne Tréleke (Deerlyk) en 1181, Huerne en 1182, et Wareghem en 1189. A ces donations viennent se joindre celles des évêques de Cambrai, de Philippe d'Alsace et d'autres personnes; ce qui permit à l'évêque Gualter de porter le nombre des chanoines de trente qu'ils étaient auparavant à quarante en 1170. Plusieurs des localités désignées dans les deux bulles nous sont inconnues, et on n'en trouve plus de trace depuis longtemps dans les archives du chapitre. Nous en avons écrit les noms d'après des variantes des documents les moins anciens où ils sont repris. Il y a des noms qui se substituent à d'autres; comme celui de Bleharies qui désigne maintenant l'ancienne paroisse d'Epain. Ce changement a été occasionné par la reconstruction de l'église, qui s'est faite dans un hameau nommé Bleharies. — L'ancienne église se trouvait trop rapprochée de l'Escaut.

Il y a aussi dans ces chartes des noms de fiefs tout à fait perdus. Au reste nous laissons à ceux qui ont plus de loisirs que nous, de tâcher de rechercher l'application qu'on en pourrait faire.

La bulle de Clément III confirme d'une manière expresse au chapitre le pouvoir de faire l'élection des évêques de Tournai.

C. J. Voisin,
Vicaire général, à Tournai.

Confirmation du pape Pascal II[1].

1108.

Paschalis, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gotero, decano sancte Marie, et ceteris ejusdem ecclesie canonicis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, fili in Christo karissime, precibus annuentes, presentis decreti stabilitate sancimus, ut quecumque predia, quecumque possessiones vestre Tornacensi ecclesie justis fidelium donationibus aut legitima possessione pertinere noscuntur, seu in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium, juste atque canonice, largiente Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec visa sunt propriis exprimenda vocabulis : Parrochia ejusdem ecclesie cum capellis ad eam pertinentibus, capella sancti Petri[2] cum pertinentiis suis, capella sancti Piati. Capella sancti Quintini, capella sancti Eligii[3], ca-

[1]) Ce document porte le titre suivant : *De confirmatione capellarum ad hanc ecclesiam pertinentium et aliorum reddituum.*

[2]) Le bénéfice de Saint-Pierre, et tout ce qu'y possédait Godefroid, fils de Goisbert, fut donné au chapitre en 1101. Voir la charte de l'évêque Baudry, publiée dans les *Bulletins de la société historique de Tournai,* V, p. 100 et sv.

[3]) Une notice avec plans sur cette ancienne chapelle a été insérée dans le même volume, p. 272.

pella sancti Petri hospitalis, capella sancti Medardi[1], capella de Cherc, capella de Calona, capella de Orcha, capella de Frogana, capella de Marchen[2] cum omnibus ad eam pertinentibus, omnes ab episcopali redditu libere. Teloneus de navibus super fluvium Scaldi et de ponte cum omnibus exactionibus suis[3]; molendina et hospites infra muros ipsius civitatis[4]; teloneus de omnibus, que venduntur tam infra civitatem quam extra, et justitia ejusdem telonei; altare de Duns[5], de Espeden[6], de Gueiz[7], de Velvein[8] cum alodiis suis, altare de Or-

[1]) Cette chapelle a servi de berceau à l'abbaye de Saint-Médard, appelée aussi de Saint-Nicolas, comme on le voit par la charte de fondation de 1125, de l'évêque Simon.

Comme les trois églises de Saint-Pierre, de Saint-Piat et de Saint-Quentin, qui sont devenues paroissiales, sont ici mises sur la même ligne que les chapelles de l'hôpital, de Saint-Eloi et de Saint-Médard, qui ne le devinrent jamais, on doit croire qu'il n'y avait à Tournai qu'une paroisse proprement dite. C'est ce que confirme le passage suivant d'une charte de 1090 de l'évêque Radbod II : *Sciat igitur presens etas et futura vicarios omnes in sancte Dei Genitricis ecclesia plebi totius civitatis servituros, a canonicis debere constitui.*

[2]) Chercq, Calonne, Orcq, Froyenne et Marquain sont des paroisses situées près de Tournai.

[3]) L'exercice de plusieurs de ces droits est représenté sur des vitraux de la fin du XV[e] siècle placés dans le transept du côté du midi à la cathédrale de Tournai.

[4]) Il y avait anciennement des moulins flottants sur l'Escaut à Tournai, comme on en voit encore sur le Rhin et sur l'Adige.

[5]) *Duns,* Dons. Cette localité a cessé de former une paroisse. C'est maintenant un hameau de Maulde-sur-l'Escaut (France).

[6]) *Espeden,* Epain. L'évêque Baudry fit en 1100 don de quatre autels : Dons, Epain, Marque (en Baroeul) et Avelin. Dans la charte on a écrit : *Dons, Spethem, Avlin* et *Marcha.* La paroisse d'Epain porte maintenant le nom de Bleharies.

[7]) *Gueiz,* Wez. L'étymologie est le mot *guadum, gué.* On a souvent confondu au moyen-âge le *g* avec le *w*. On disait indifféremment Galter et Walter, Warde et Garde, etc.

[8]) L'église de Velvain avait été détruite; mais au siècle dernier, les habitants de Guignies y ont bâti la leur, quoique Velvain fît partie de la commune de Wez.

chies, de Namein[1], de Guenehen[2] cum tota villa et nemore, altare de Marcha et de Alin[3], de Templemart et Guendin[4], altare de Fritinio[5] cum capella Perona, alodium de Lamain et Canfen[6], decima de Blandinio, pars decime de Templuvia, ecclesia de Ramenies cum decima ipsius, ecclesia sancti Leodegarii cum decima sua, altare de Espiera, decima de Hestrut[7], ecclesia de Marchirca[8], altare de Alchi[9], de quibus duobus nullus ab episcopo redditus exigatur, alodium de Hersels[10] et de Peesc[11]. In episcopatu Cameracensi decima de Loimonte, altare de Morcort[12], capella de Maisla[13] cum decima et tota villa, de qua quatuor nummi quotannis Cameracensi persolvuntur episcopo, decima de Herchesies[14] cum tota villa, altare de Felines[15], alodium de Fraieres, alodium de Maisnil, de Hulsières, de Borgies[16], alodium de Cavrecin, de Fraisna[17], de Galren[18], de Ramercrois, de Lambercies, salva Tornacensis seu Noviomensis canonica reverentia. Decernimus itaque, ut nulli

[1]) *Namain,* Nomain près d'Orchies.

[2]) *Guenehen,* Wanehain.

[3]) *Marcha* et *Alin,* Marque-en-Baroeul et Avelin.

[4]) *Guendin,* Wendin. L'autel et la dîme de Pont-à-Wendin furent donnés au chapitre, en 1101, par l'évêque Baudry.

[5]) *Fritinium,* Fretin. — *Peronne* est devenu une paroisse.

[6]) *Canfen,* Camphin (France).

[7]) *Hestrut,* Heestert.

[8]) *Marchirca;* dans la bulle de 1190 cette localité est nommée *Makerke.* Serait-ce Maerke-Kerkhem près de Hoorebeke-Sainte-Marie?

[9]) *Alchi,* Auchy.

[10]) *Hersels, Hersiels,* Herseaux.

[11]) *Peesc,* Pecq.

[12]) *Morcort,* Mourcourt.

[13]) *Maisla,* Melle. La charte de donation et une notice sur la seigneurie de Melle ont été insérées dans le VII vol. des *Bull. de la société historique de Tournai,* pp. 154 et suiv.

[14]) *Herchesies,* Herquegies.

[15]) *Felines,* Flines.

[16]) *Borgies.* C'était une terre à Velaines.

[17]) Frasnes-lez-Buissenal.

[18]) *Galrein,* Gaurain.

omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant, amen.

Ego Paschalis, catholice ecclesie episcopus, subscripsi.

Datum Laterani per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis ac bibliothecarii, Incarnationis Dominice anno m c viii, indictione i, pontificatus vero domini Paschalis ii pape viiii.

Confirmation du pape Clément III[1].

22 juin 1190.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Tornacensis tam presentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Effectum justa postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntates et pietas adjuvat et veritas non relinquit. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam Tornacensem ecclesiam, in qua divino estis obsequio manci-

[1]) Ce document porte le titre suivant : *Confirmatio possessionum, libertatum et emunitatum hujus ecclesie.*

pati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : Concessionem regis Helperici super teloneo de karrigio, summariis et de navibus super fluvium Scalt tam ultra quam citra decursum de quolibet commercio de saginis et de omnibus, que mensurantur vel ponderantur, nec non de ponte super fluvium Scalt, vel de omnibus venalibus, ubicumque vendantur, seu infra muros seu in appenditiis murorum Tornacensis civitatis, undecumque teloneus exigitur, sicut fiscus et regia potestas vendicare poterat, nec non et justiciam de eodem teloneo, sicut idem rex libere possederat; parrochiam altaris sancti Nicholai[1] in majori ecclesia Tornacensi constructi cum capellis ad ipsum pertinentibus; capellam sancti Petri cum pertinentiis suis; capellam sancti Piati; capellam sancti Quintini; capellam sancti Jachobi; capellam sancti Eligii; capellam sancti Petri hospitalis; capellam sancti Medardi[2]; capellam de Cerch; capellam de Calona; capellam de Orca; capellam de Froiana; capellam de Marcheng, cum omnibus ad eas pertinentibus; molendina et hospites tam infra muros quam in appenditiis murorum ipsius civitatis; altare de Dons; altare de Spaain[3]; altare de Wes; altare de

[1]) *Altare sancti Nicolai.* C'est à cet autel qu'on célébrait les offices paroissiaux. Il avait été érigé contre l'un des gros piliers de la nef. En 1516, on le transféra dans une chapelle dont la première pierre fut posée au nom d'Henri VIII, roi d'Angleterre. C'est maintenant la chapelle paroissiale de Notre-Dame.

[2]) Il est assez étonnant que l'on comprenne encore ici parmi les possessions du chapitre, cette chapelle qui paraît avoir été cédée aux religieux de Saint-Médard en 1125.

[3]) *Spaain,* Epain.

Velvain cum allodiis suis et hospitibus; altare de Orcies[1]; altare de Namain; altare de Wenehem[2] cum tota villa et nemore; altare de Marcha et de Avelin cum hospitibus; altare de Blandain cum decima et hospitibus; altare de Templemars; altare de Wendin cum tertia parte decime; altare de Fertin[3] cum capella Perona et hospitibus; allodium de Lamaing et de Canfaing cum hospitibus; sextam partem decime de Templuvii cum allodio et hospitibus; altare de Ramengies[4] cum decima et hospitibus; altare sancti Leodegarii cum decima; altare de Spiere cum allodio et hospitibus; altare de Hestrut cum decima; altare de Makerke; altare de Alci[5]; altare de Hersials[6] cum capella de Lugine[7] et allodio; altare de Peesch cum hospitibus; in episcopatu Cameracensi duas partes decime sancti Briccii[8]; decimam de Loimont; altare de Morcort; capellam de Mailla cum decima et tota villa et nemore; decimam et terragium de Herchisies cum tota villa; altare de Felines; allodium de Fraieres; allodium de Mainil; allodium de Ossieres[9]; allodium de Borgies; altare de Obisies; altare de Velaine; allodium de Kevrecin; allodium de Frasne; allodium de Gaurain; allodium de Ramecrois; allodium de Lambercies; quartam partem decime de Vaus[10]; quasdam terras ad cotidianam horarum distributionem pertinentes, que foraneae vocantur; altare de Necin[11] cum allodio et hospitibus; altare de Beverne; altare de Willem cum allo-

[1]) *Orcies*, Orchies (France).
[2]) *Wenehen*, Wanehain.
[3]) *Fertin*, Fretin (France).
[4]) *Ramengies*, Ramegnies-Chin.
[5]) *Alci*, Auchy (France).
[6]) *Hersials*, Herseaux.
[7]) *Lugine*, Luigne.
[8]) *Sanctus Briccius*, Saint-Brice, paroisse de Tournai sur la rive droite de l'Escaut.
[9]) *Ossières*. Ce mot est orthographié Hulsières dans la bulle de 1108.
[10]) *Vaus*, Vaulx près de Tournai.
[11]) *Necin*, Nechin.

dio; altare de Hera[1] cum allodio et hospitibus; altare de Landast; altare de Ham[2]; altare de Borghiele; altare de Aisc[3]; altare de Vincte; altare de Zeverne[4]; decimas, quas habetis infra benleucam[5] Tornaci, tam in ortis quam in pecoribus et in terris; altare de Bondues; altare de Mouvaus; altare de Hulsene[6]; altare de Hulselenghiem[7]; altare de Fivie[8]; altare de Warenghiem; altare de Terleche[9]; altare de Zuindrech[10]; altare de Berlarer[11]; altare de Chnesselare[12]; altare de Subrenghiem[13]; altare de Gotheem[14]; altare de Merendre[15]; altare de Orsele[16]; altare de Rosbais[17]; altare de Huerne[18]; altare de Mulehem; altare de Odeche, altare de Helsenghiem[19]; anniversaria prebendarum de viva manu in vivam transeuntium. Prohibemus insuper, ut nullus infra fines parochiarum vestrarum capellam seu oratorium sine assensu diocesiani episcopi et vestro de novo edificare presumat, salvis

1) *Hera*, Ere.

2) *Ham*, Hem, de l'ancien décanat de Tourcoing.

3) *Aisc*, Aix (France).

4) Vincte et Zeveren, deux paroisses de l'ancien décanat de Gand.

5) *Benleuca*, *banleuca*, banlieue.

6) Olsène, de l'ancien décanat de Courtrei.

7) *Hulsclenghien*, probablement Ooselghem, de l'ancien décanat de Roulers-Thielt.

capitulum ecclesie beate Gudile Bruxellensis, Cameracensis diocesis, salutem in omnium Salvatore, et veritatem agnoscere per presentes. Cum ea, que ad honorem Dei Omnipotentis sueque sanctissime matris Marie, virginis gloriosissime, ac pro divini cultus augmento per christifideles salubriter acta sunt et ordinata, et ab ipsis ordinatoribus desiderantur, temporibus perpetuis observari deceat, ymo verius expediat studiosius scripture ministerio commendari, ne post lapsum temporis oblivionis nubilo per memorie labilitatem offuscata deperean hominum pia vota. Nos igitur capitulum memoratum cunctis christiane religionis zelatoribus volumus presentibus esse notum, quod anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo octavo, indictione prima, mense et die infrascriptis, coram nobis in loco nostro capitulari, more solito per indictum congregatis et consedentibus, in presentia notarii seu tabellionis publici et testium infrascriptorum, constitutus propter hoc personaliter noster sincere dilectus confrater dominus Petrus Braeu, canonicus et thesaurarius in ecclesia nostra beate Gudile Bruxellensis antedicta, prudenter salubriterque intra mentem archana revolvens, illud Doctoris Ecclesie et Apostoli nobis traditum verbum, videlicet, quod omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum; quare diem messionis extreme satagens fructuosis operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere valeas in celis, quoniam, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam; divini cultus augmento, per quem non tam vivis salus queritur, quam etiam mortuis celestis introitus aperitur, et beatorum in patria invalescat fruitio beatifica, sollicite voluit insudare; quamobrem ad laudem et honorem sanctissime et individue Trinitatis ac gloriosissime semperque Virginis Dei Genitricis Marie, omniumque sanctorum et sanctarum, ob remedium quoque et salutem anime sue ac suorum parentum,

amicorum et benefactorum, necnon omnium fidelium defunctorum, pro quadam capellania fundanda in summo altari capelle beate Marie de Zabulo, infra limitem jurisdictionis ac districtus nostri situate, quasdam facultates suas et bona duxit proinde deputandas, videlicet :

Hereditariam mediam culturam in novem jornalibus terre site in una pecia in parochia de Nosseghem supra campum dictum *d'Lindevelt* et supra aque cursum dictum *Ryole*, inter bona monasterii de Percke et bona monasterii de Cortemberge; que novem jornalia terre tenet Reynerus de Ransem;

Item hereditariam mediam culturam unius bonarii terre site supra campum dictum *de Molenweeh* juxta bona dicti monasterii de Cortemberge ex utroque latere; quam terram dictus Reynerus de Ransem tenens est;

Item hereditariam mediam culturam in quatuor cum dimidio jornalibus terre site in dicta parochia supra campum dictum *Heydevelt* inter bona dicti monasterii de Percke ex utroque latere; quam terram Ghiselbertus dictus Crabbe tenet;

Item hereditariam mediam culturam in dimidio bonario terre site in dicta parochia retro curtim dicti Ghiselberti supra predictum campum appellatum *d'Lindevelt;* quam dictus Ghiselbertus etiam tenet;

Item hereditariam mediam culturam in duobus jornalibus terre site in dicta parochia supra campum dictum *'t Heydevelt* prelibatum, juxta terras etiam dicti Ghiselberti; quam dominus Henricus de Humelgem, plebanus de Nosseghem tenet;

Item hereditariam mediam culturam in duobus cum dimidio jornalibus terre site in dicta parochia, juxta bona de Steenvoert; quam dictus dominus Henricus etiam tenens est;

Item hereditariam mediam culturam in duobus jornalibus terre site in dicta parochia, juxta bona dicti monasterii de Percke, juxta semitam dictam *'t Pedeken;* quam etiam dictus dominus Henricus tenens est;

Item decem fertella siliginis dicti *Pachtcoren*, annui et here-

ditarii pactus, mensure Bruxellensis, semper ad festum Natalis Domini persolvenda; quem dictus dominus Petrus habuit ad et supra unum bonarium terre site in sepedicta parochia, juxta longum dumum et prope bona monasterii sancte Clare Bruxellensis; quod bonarium terre Henricus dictus de Cuper tenet;

Item tria fertella siliginis, ac duos et dimidium capones, annui et hereditarii pactus et census, semper ad Natale Domini persolvenda; que supradictus dominus Petrus habuit ad et supra blocum unum seu ortum dictum *Ter Stappen*, situm ante curtim dictam *Der Stappen huus*, et supra illam eamdem curtim;

Item duos denarios novorum, annui et hereditarii census, semper ad Natale Domini persolvendos, quos supradictus Petrus habuit ad et supra septem jornalia terre, quam tenet Laurentius dictus de Cuper, sita retro curtim Godefridi dicti Scupers in dicta parochia;

Item octo denarios monete usualis, quolibet anno solutionis faciende, communiter in bursa currentes, dicti annui et hereditarii census, quem habuit ad et supra curtim jam dictam nuncupatam *Der Stappen huys;*

Item tres solidos et quatuor denarios novorum, et tres capones, semper ad dictum festum Natalis Domini persolvendos, prefati annui et hereditarii census sive redditus, quem memoratus dominus Petrus habuit ad et supra domistadium et domum suprastantem, ortum et quemdam blocum terre ibidem retro adjacentem, suasque pertinencias, situm apud Toytenberge in parochia de Steertbeke, contigue bonis Danielis dicti Michiels ex una parte, et vico dicto *de Heerstrate* ex altera;

Item sex jornalia terre arabilis, parum plus vel minus, prout sita sunt in parochia de Zaventhem, juxta locum dictum *Daeldelle*, inter terras ecclesie de Crayenhem ex una parte, et bona quondam domini Arnoldi de Buten, presbiteri, ex altera;

Item dimidium bonarium et duodecim virgatas terre arabilis, site in dicta parochia inter bona Radulphi dicti Boete

ex una parte, et bona Johannis dicti Pleyters ex altera;

Item unum cum dimidio jornale terre, minus novem virgatas, sita in parochia et loco jam predictis inter bona dicti Radulphi Boete ex una parte, et bona Johannis dicti Vrient ex altera.

Item unum jurnale et triginta virgatas terre arabilis site in dicta parochia de Zaventhem, supra locum dictum *Deersbelle*, juxta bona Johannis dicti Servranx;

Item unum bonarium, minus quinque virgatas terre, parum plus vel minus, site in parochia de Wezembeke supra locum dictum *den Boudensberch*, inter bona Johannis de Beersele ex utraque parte, veniens cum suo fine ad blocum nuncupatum *Joncfrouwen asselenbloc van Heysvoert;*

Item dimidium bonarium terre, parum plus vel minus, site infra libertatem opidi Bruxellensis, prope locum dictum *Ten Elterken*, inter bona Johannis dicti Geerts ex una parte, et bona Albarum Domicellarum in Bruxella ex altera, extendens se usque ad vicum dictum *de Heerstrate* ibidem existentem;

Item tredecim jornalia terre, parum plus vel minus, que tenet Arnoldus dictus Sceelken, site juxta bona Gerardi dicti Vanden Heetvelde, et vicum, qui de loco dicto *d'Lindeken* tendit versus locum dictum *Ten Elterken;*

Item dimidium bonarium terre, parum plus vel minus, site juxta ecclesiam ad locum sive campum, qui est retro villulam dictam *Ten Bosche*, contigue bonis monasterii de Camera ex una parte, et bonis Jacobi de Ghyessen dicti Eggloy ex altera;

Item tria jurnalia terre, parum plus vel minus, site in parochia de Wesembeke, supra campum sive locum dictum *de Diedewech* juxta terras Johannis dicti Clueting ex una parte, et bona Marie dicte Zomers ex altera, cum quarta parte cujusdam parve decime, site ad locum dictum *Over den Diedewech.*

Facta itaque, prout decuit, per nos capitulum memoratum, ad quorum cognitionem id de jure pertinere dinoscitur, de valore annuo bonorum, facultatum et reddituum prescripto-

rum, et de ceteris circumstantiis presenti materiei congruis et ad eam requisitis, inquisitione diligenti, repertoque per eamdem inquisitionem, quod dictus Dominus Petrus eosdem facultates, redditus atque bona juste, debite et legitime acquisierat, de illisque juxta voluntatis sue libitum licite disponere et ordinare potuit, prout etiam ex tenore literarum patentium desuper confectarum luculenter apparere perspeximus, quod et ipsi facultates, redditus et bona pro dotatione et fundatione atque erectione capellanie, de qua prefertur, ac rectoris ejusdem capellanie competenti sustentatione sufficiebantque et sufficiant, illoque per nos ex consequenti judicato pariter et decreto, idem dominus Petrus omnes et singulos facultates, redditus atqué bona superius declaratos et expresse descriptos cum omnibus jure, proprietate, actione et dominio sibi in illis et etiam literis antedictis quomodolibet competentibus pro se suisque successoribus et heredibus, nobis capitulo supradicto ad opus prefatum et usum dicte capellanie suorumque futurorum rectorum, atque ad opus nostrum, quantum nos ac jus et jurisdictionem nostras concernit et in futurum concernere poterit, acceptantibus, sponte, libere, realiter et effectualiter per traditionem literarum predictarum, obtulit, resignavit et reportavit illisque per festuce projectionem debite, palam et expresse renunciavit, cessit et abdicavit, ac bona, redditus et facultates hujusmodi cum literis et aliis prenotatis pro fundacione et erectione capellanie predicte in dotem perpetuam absolute dereliquit, ipsamque capellaniam de nostris veris et plenariis voluntate, consensu pariter et assensu, in capella et altari summo gloriosissime Dei Genitricis semperque Virginis Marie superius designato, in et sub titulo atque patrocinio ejusdem gloriosissime Virginis Marie, quantum potuit et in ipso erat, ordinavit, erexit, fundavit et dotavit, ordinat, erigit, fundat atque dotat, sub omnibus conditionibus, modis et formis, qui sequuntur, videlicet :

Quod dictus dominus Petrus, fundator, omnes et singulos fructus, redditus, proventus et bona dicte capellanie superius descriptos, singulis annis, quamdiu ipse fundator in humanis vitam ducet, percipiet et levabit, percipere et levare ac in proprios usus aut alibi, secundum velle proprium, convertere, dicteque capellanie per eum fundate in capella et altari prenotatis, aut alibi in loco decenti et honesto, quem ad hoc eligendum duxerit, in divinis deserviri facere poterit, si et prout voluerit, absque nostra vel alicujus alterius licentia vel offensa.

Quod et idem dominus Petrus, fundator, suique post ejus obitum executores et manufideles, aut ille vel illi, quem vel quos in suo testamento seu ultima ipsius voluntate, aut alio apto modo, ad hoc deputaverit et ordinaverit, dictam capellaniam prima et secunda vicibus conferre, ac rectorem seu rectores ad eamdem nominare, illumque et illos nobis, ad quos rectorum capellanie hujusmodi, dum presentati fuerint, admissionem et institutionem dictus fundator pleno jure pertinere voluit et ordinavit, presentare poterit atque poterunt, quem seu quos ex nominatione et presentatione hujusmodi, cum debitis et in talibus consuetis solemnitatibus ad dictam capellaniam admittere et in eadem instituere, ipsisque de fructibus, redditibus et proventibus universis dicte capellanie, salvo, quod eidem capellanie per rectores ipsos, aut per presbiterum seu presbiteros idoneos, juxta infrascriptum onus beneficii in divinis debite deserviatur, cum integritate respondebimus seu responderi faciemus bona fide.

Insuper voluit et ordinavit dominus Petrus, fundator antedictus, quod in perpetuum exnunc in antea, quotiens dictam capellaniam vacare contigerit, rectoris ad eamdem nominatio et presentatio ad thesaurarium supradicte ecclesie nostre beate Gudile, qui pro tempore erit, et ad nullum alium; ad nos vero rectoris hujusmodi admissio et institutio spectent et pertineant pleno jure, subjungens et affectans

fundator predictus, quod per dictum thesaurarium nullus ad dictam capellaniam rector presentetur, nullusque ad eamdem ex presentatione hujusmodi per nos admittatur, quin actu sit ad minus in sacro subdiaconatus ordine constitutus.

Preterea dominus Petrus, fundator antedictus, dicto beneficio seu dicte cappellanie tale imposuit et instituit onus, quod rector hujusmodi, qui erit pro tempore, in prefata capella de Zabulo et supra predictum summum ibidem altare, perpetuis temporibus, septimana seu ebdomada qualibet tres missas, ita quod semper una missarum hujusmodi dominicis, alie vero due misse festivis, si dum et quotiens infra septimanam seu septimanas occurrerint, sin autem, una ex hiis dominica, ut premittitur, et alie due misse ceteris infra ebdomadam ferialibus diebus, juxta pretacti rectoris libitum atque commodum decantentur seu dicantur, celebrare seu per presbiterum ydoneum cum effectu celebrari facere teneatur, tali in hoc apposita et adjecta seu subjuncta pena, quod in eventum, in quem rector antedictus in supradicto altari dictas tres missas, qualibet ebdomada, modo predistincto, non celebraverit, neque celebrari fecerit, pro cujuslibet hujusmodi missarum omissione seu negligentia, eidem rectori de fructibus, redditibus et proventibus dicte capellanie, grossus unus Turonensis antiquus, aut verus valor ejusdem, ad opus prefatum et utilitatem fabrice dicte capelle de Zabulo convertendus et applicandus cum effectu subtrahatur.

Post que, et quibus ita mediantibus et precedentibus, nos capitulum supradictum ad humilem, rationabilem et instantem dicti domini Petri, fundatoris, supplicationem, suum presens advertendo, sequendo et confovendo laudabile propositum, bonorum, facultatum et reddituum suorum predictorum deputationem et erogationem capellanie predicte per eum stans, necnon dotationem, fundationem, et erectionem, sueque intentionis conditionum et onerum subjunctionem et annexionem, et alia omnia et singula per dictum dominum

Petrum, fundatorem, in hac parte pie et liberaliter ordinata atque superius descripta, laudavimus, ratificavimus et approbavimus, ac quantum possumus et in nobis est, laudamus, ratificamus et approbamus per presentes, illisque nostrum prebemus et adhibemus consensum et assensum, eandem capellaniam sub dotatione, conditionibus oneribus, et aliis preexpressis in supradicta capella gloriosissime Dei Genitricis semperque Virginis Marie de Zabulo, in summo altari ibidem, ad laudem et honorem Dei, sub titulo quoque et patrocinio ejusdem gloriosissime Marie Virginis de Zabulo, omnibus, via, modo et forma, quibus de jure melius et efficacius possumus et debemus, cum supradicto domino Petro fundantes pariter et erigentes.

In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium, robur et fidem, nos capitulum ecclesie beate Gudile prelibatum, presentes literas seu presens instrumentum publicum hujusmodi, nostros consensum, voluntatem, decretum, ratificationem, approbationem, fundationem et erectionem et alia, de quibus prefertur, in se continentes per Henricum Bovier, notarium publicum infrascriptum, fieri, subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli ad causas fecimus appensione communiri. Datum et actum anno Domini, indictione et loco, quibus supra, die sabbati, undecima mensis maii, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Hectore dicto Braeu, Johanne dicto de Kempeneere, presbiteris dicte camere, Rutghero de Tefelen, dicto Boene, secretario dicti opidi Bruxellensis, et Arnoldo de Haren, villico nostro, clericis Leodiensis diocesis, testibus ad premissa testificanda vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Henricus dictus Bovier, residens Bruxelle, Cameracensis diocesis, publicus sacri Romani Imperii curieque Cameracensis auctoritatibus notarius, atque prelibati venerabilis capituli ecclesie beate Gudile Bruxellensis juratus, quia predictorum bonorum, reddituum et facultatum, ad opus capellanie, de qua prefertur, et pro ejusdem dotatione, per-

petua deputationi eorumdemque, necnon literarum desuper confectarum resignationi, reportationi, renunciationi, cessioni, abdicationi, deliberationi et receptioni, dictique venerabilis capituli decreto, laudationi, approbationi, ratificationi, consensusque et assensus adhibitioni, necnon ejusdem capellanie subdotationi, conditionibusque omnibus et aliis preexpressis, fundationi et erectioni, et ceteris omnibus, de quibus prefertur, dum sic, ut premissum est, tam per dominum Petrum Braeu, fundatorem, quam capitulum memoratos, fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus, anno, indictione, mense, die et loco, quibus supra, rogatus interfui, ea omnia sic fieri scivi, vidi et audivi, has literas presentes seu presens instrumentum publicum inde confeci, manu mea propria scripsi, sigillo prelibati capituli roboravi, et in hanc formam publicam redegi, signoque meo solito et consueto hic meo nomine et agnomine, meis manualiter subscribendo, signavi requisitus in premissorum omnium testimonium, robur atque fidem.

Acte original avec le sceau du chapitre de Sainte-Gudule en cire verte, aux archives de la même église.

IV.

Le chapitre de Sainte-Gudule donne son consentement à l'union de la seconde chapellenie de la Sainte-Vierge, fondée dans l'église de Notre-Dame, au Sablon, avec la trésorerie du chapitre.

18 novembre 1480.

Noverint universi presentes literas sive presens publicum instrumentum inspecturi, quod cum nobis Martino Steenberch, decano, Jacobo Anthonii, cantore, Johanne de Alem, Waltero Leonii, Waltero Henrici, Theodorico de Heykene, Constantio Breeu et Jeronimo de Burgundia, canonicis ecclesie beate Gudile, opidi Bruxellensis, Cameracensis diocesis, in loco nostro capitulari capitulariter congregatis, capitulumque

facientibus et representantibus, in notarii et testium subscriptorum presentia, personaliter constitutus venerabilis confrater noster magister Paulus de Rota, in utroque jure licentiatus, canonicus et thezaurarius dicte ecclesie nostre, sua nobis petitione monstravit, quod, licet ipse ratione et ad causam officii thezaurarii sue hujusmodi omnia et singula jocalia et ornamenta jam dicte ecclesie nostre, necnon omnes et singulas literas quarumcumque fundationum super quibusvis beneficiis et officiis ecclesiasticis perpetuis, tam in eadem nostra quam in aliis ecclesiis et capellis dicti opidi Bruxellensis nobis subjectis, factarum et fiendarum, pro tempore custodire, ac si et dum possessores predictorum beneficiorum et officiorum literis suis hujusmodi (quod sepe contingit) indiguerint, eas ipsis communicare et accomodare, atque ab ipsis iterum recipere ac suis in locis debite relocare, et nedum circa hujusmodi custodiam, verum etiam custodes et campanas nostre et aliarum ecclesiarum predictarum, quatenus pulsationes debitis tempore et ordine fiant, intendere habeat et teneatur, non sine magnis onere et cura, tamen ipse sic oneratus de predicto officio thezaurarie sue ultra duodecim libras parvorum Turonensium in singulis non recipit annuatim, quodque eidem officio thezaurarie sue et suis in eodem officio successoribus consulte provisum foret, si illi capellania perpetua secunde fundationis sub honore ac titulo beate Marie Virginis, ad summum altare, situm in capella ejusdem beate Marie de Zabulo, dicti opidi Bruxellensis, pro tribus missis qualibet ebdomada celebrandis fundata, quam actu possidet magister Johannes Sucquet junior, Artium magister, cujusque annui redditus summam triginta similium librarum parvorum Turonensium non excedunt, per sanctam Sedem Apostolicam canonice uniretur; unde nobis cum instantia supplicavit, quatenus obtentu laborum et onerum, quos, ut premittitur, eidem sufferre ac sustinere oportet, quibusque fructuum competentia non correspondet, sibi annuere vellemus, ut ipse predictam capellaniam prefato thezaurarie sue

officio per Sedem Apostolicam predictam uniri et incorporari, de nostro consensu, impetrare et obtinere valeat; nos igitur, postquam, previa diligenti informatione premissa, omnia et singula, prout narrantur, in veritate sic se habere cognovimus, ea et alia circa hoc attendenda, tractatu inter nos capitulariter desuper habito, maturo attendentes consilio, et presertim quod predicto thezaurarie officio in pretactis suis oneribus sustinendis ac supportandis, necnon capellanie predicte pro qualibet ebdomada in trium missarum celebratione per se vel aliam personam ydoneam laudabiliter et sine scandalo deserviri poterit, ad ipsius magistri Pauli, thezaurarii, confratris nostri, instantiam, ut prescriptam capellaniam, cujus presentatio et nominatio ratione dicte thezaurarie ad eum, admissio autem collatio et institutio ejusdem ad nos, quotiens eam vacare contigerit, sepedicto thezaurarie officio, cujus electio, collatio et provisio, etiam dum vacaverit, ad nos spectare dinoscuntur, uniri et incorporari apud sanctam Sedem Apostolicam predictam impetrare possit et valeat obtinere, consensum et licentiam nostros adhibuimus, et ex certa nostra scientia, quatenus in nobis est, per presentes adhibemus, ipso magistro Paulo, thezaurario prefato, ad quem ejus respectu spectant ut supra presentatio et nominatio prefate capellanie, quociens vacat, suum etiam ad hoc consensum adhibente, statutis et consuetudinibus dicte nostre ecclesie aut aliis contrariis non obstantibus quibuscumque; salvo quod, cum incorporatio hujusmodi suum sortita fuerit effectum, prenominatus magister Paulus et sui in dicta thezauraria successores curare debeant, quod in oneribus pretactis, dicte thesaurarie incumbentibus, ac pretactarum trium missarum ebdomadatim celebratione obsequium divini cultus non defraudetur. In quorum omnium et singulorum premissorum veritatis testimonium presentes literas, sive presens publicum instrumentum, per notarium nostrum juratum subscriptum exinde fieri, subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli ad

causas, quo in similibus utimur, jussimus appensione communiri. Datum et actum Bruxelle, dicte Cameracensis diocesis, in loco capitulari prescripto, sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, indictione tertia decima, die vero sabbatti, decima octava mensis novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti, divina Providentia pape quarti, anno decimo, presentibus ibidem venerabilibus viris, dominis et magistris Alexandro de Beringen, plebano, et Karolo Soillot, scolastico predicte ecclesie nostre, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Andreas de Wyenhove, presbiter Cameracensis diocesis, publicus sacris apostolica et imperiali auctoritatibus, dictorumque venerabilium dominorum decani et capituli notarius juratus, quia narrationi et facte desuper informationi, consensus et licentie petitioni, ipsorumque adhibitioni, ac ceteris premissis omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, per dictos dominos decanum et capitulum fierent et coram eis agerentur, una cum prenominatis testibus interfui, idcirco presentes literas, sive presens publicum instrumentum, manu mea propria scriptas sive scriptum exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis, una cum eorumdem dominorum sigilli appensione, signavi in fidem et veritatis testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Acte original avec le sceau du chapitre de Sainte-Gudule, aux archives de la même église.

V.

Le Souverain Pontife Sixte IV approuve l'union de deux chapellenies à la trésorerie du chapitre de Sainte-Gudule.

1 mars 1480.

Sixtus, episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex Apostolice Sedis solita benignitate provenire

dinoscitur, ut per ejus providentiam circunspectam dignitatum et personarum ecclesiasticarum utilitatibus valeat salubriter provideri. Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica apud Sedem predictam tunc vacantia et in antea vacatura collationi et dispositioni nostre reservavimus, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis a quo, qua, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum una secunde fundationis nuncupata ad majus in beate Marie de Zabulone, opidi Bruxellensis, per Johannis Sucquet, per magistrum Johannem Gerona, scriptorem et familiarem nostrum, et alia ad beate Marie lamentabilis in parochiali ville Filfordensis, Cameracensis diocesis, ecclesiis, sita altaria perpetue capellanie, per Johannis Alem, dilectorum filiorum, per Jacobum du Brenquet, canonicum Cameracensem, dilectos filios eorum procuratores ad hoc ab eis specialiter constitutos, liberas resignationes de illis, quas tunc obtinebant, in manibus nostris sponte factas et per nos admissas, vacaverint et vacent ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictis; et, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Pauli de Rota, thesaurarii ecclesie sancte Gudile, dicti opidi, petitio continebat, fructus, redditus et proventus thesaurarie dicte ecclesie sancte Gudile, que inter ceteras collegiatas ecclesias ducatus Brabantie admodum notabilis et insignis existit, et cujus thesaurario pro tempore existenti omnium ornamentorum et jocalium dicte ecclesie, necnon literarum fundationum quorumcumque beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum, tam in predicta sancte Gudile quam aliis illi subjectis ecclesiis et capellis dicti opidi pro tempore fundatorum, cura et custodia incumbunt, adeo tenues et exiles sint, quod prefatus Paulus et pro tempore existens thesaurarius dicte ecclesie sancte Gudile ex illis se decenter sustentare, ac onera predicta commode supportare non possunt; verum si capellanie predicte

eidem thesaurarie perpetuo unirentur, annecterentur et incorporarentur, profecto tam Paulus quam pro tempore existens thesaurarius prefati decentius se sustentare et onera predicta facilius perferre possent; quare pro parte dicti Pauli, asscrentis, quod ad altare majus triginta, alterius vero capellaniarum predictarum etiam triginta librarum Turonensium parvorum fructus, redditus et proventus secundum communem extimationem valorem communem non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum, ut capellanias predictas eidem thesaurarie perpetuo unire, annectere et incorporare, ac alias super hoc oportune providere de benignitate apostolica dignaremur; nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus fieret commissio ad partes, vocatis quorum interesset, fructuum, reddituum et proventium dicte thesaurarie verum annuum valorem presentibus pro expresso habentes, ipsumque Paulum a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti, ac aliis ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure, vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, capellanias predictas, que sine cura sunt, sive premissis, sive aliis quibusvis modis aut ex aliorum quorumcumque personis, seu per similes resignationes Johannis Sucquet et Johannis Alem predictorum, vel aliorum de illis in Romana curia vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus sponte factas, vacent, etiam si tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem predictam legitime devoluta, ipseque capellanie dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservate existant, et super eis inter aliquos lis, cujus

statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo earum dispositio ad nos hac vice pertineat, cum omnibus juribus et pertinentiis suis prefate thesaurarie, que in dicta ecclesia sancte Gudile simplex officium existit, auctoritate apostolica, tenore presentium, imperpetuum unimus, annectimus et incorporamus; ita quod liceat ex nunc Paulo, vel pro tempore existenti thesaurario prefato, per se vel alium seu alios, corporalem possessionem capellaniarum, juriumque et pertinentiarum predictorum, propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus et proventus hujusmodi in suos et thesaurarie predicte usus utilitatemque convertere, diocesani loci et cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, et aliis apostolicis constitutionibus, ac voluntate nostra predicta, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte Sedis, vel legatorum ejus, literas impetrarint, etiam super eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem literas ac processus habitos per easdem et inde secuta quecumque ad dictas capellanias volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis; proviso quod propter unionem, annexionem et incorporationem hujusmodi dicte capellanie debitis non fraudentur obsequiis, sed illarum congrue supportentur onera consueta. Nos enim, prout est irritum, decernimus et inane, si secus super hiis a quo, qua, quavis auctoritate scien-

ter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo, kalendis martii, pontificatus nostri anno decimo.

Original avec sceau en plomb, aux archives de l'église de Sainte-Gudule.

VI.

L'église de Notre-Dame, au Sablon, pendant les troubles religieux du XVIe siècle.

L'église de Notre-Dame, au Sablon, ne fut pas plus épargnée par le vandalisme impie des sectaires du xvie siècle que les autres églises de la capitale. Le 31 mai 1579 était le jour fixé pour la sortie de l'*ommegang* traditionnel. A cette date déjà les esprits étaient fortement exaspérés par les tendances que révélait la conduite de l'autorité. Dans ces circonstances les membres de la gilde du Grand-Serment chargés de l'administration de l'église jugèrent prudent de supprimer cette année le cortège populaire. L'*ommegang* fut remplacé par une simple procession qui fit le tour de l'église. On y vit figurer la statue miraculeuse de la Sainte-Vierge; mais tous les serments et les métiers s'abstinrent d'y prendre part. Le 4 octobre suivant, les iconoclastes se rendirent maître de l'église de Notre-Dame de la Chapelle; François Elant[1], curé de la paroise, se réfugia, avec les membres

[1]) François Elant était natif d'Amsterdam, comme le prouve une de ses lettres autographes. Beaucoup d'auteurs prétendent à tort qu'il est né à

de son clergé, dans l'église de Notre-Dame, au Sablon, alors succursale de la Chapelle, pour y exercer les fonctions pastorales[1]. Le service divin continua à y être célébré. Cependant la puissante influence dont jouissaient les corporations préposées à la défense de l'église de Notre-Dame, au Sablon, ne put la soustraire aux excès sacrilèges des hérétiques. En effet, Léonard Van den Hecke, bourgmestre de Bruxelles, voulant effacer dans les gildes ou serments les derniers vestiges de l'influence catholique, supprima ces puissantes corporations par ordonnance du 9 juillet 1580. Cette suppression fit tomber devant les partisans de la réforme la dernière barrière qui les empêchait d'exercer dans l'église de Notre-Dame, au Sablon, les pillages et les dévastations que leur fanatisme leur avait fait commettre dans les autres temples de la capitale. Aussi les voyons-nous, dès le mois d'octobre suivant, envahir l'église du Sablon, et y profaner les vases et les ornements sacrés. La statue miraculeuse de Notre-Dame fut brûlée; la châsse d'argent de Sainte-Julienne de Nicomédie qui avait été bénie solennellement, le 7 mars 1473, en présence de Charles-le-Téméraire, d'un grand nombre d'évêques, d'abbés et des magistrats de la ville, fut enlevée, en un mot, tout ce que l'église contenait d'objets d'art fut détruit[2]. Après avoir été saccagé et pillé, le sanctuaire de Notre-Dame, au Sablon, fut fermé, à la suite de l'édit du 1 mai 1581 défendant à Bruxelles l'exercice du culte catholique. François Elant

Bruxelles. *Archives du royaume; papiers d'état et de l'audience,* liasse n° 269.

[1]) Manuscrit de la bibliothèque royale, n° 13510.

[2]) Manuscrits de la bibliothèque royale, n° 14897, 17118, 17120, 17123; De Wael, *Selecta pro saeculo* 1300. L'église conserve encore un tableau qui porte les traces du vandalisme des fanatiques. Cet objet d'art de très-grande dimension et peint en grisaille représente l'opposition qui règne entre l'esprit du monde et celui de Jésus-Christ. Le tableau est percé en plusieurs endroits. Ne pouvant plus être restauré, il avait été recouvert d'une couche épaisse de badigeon, et utilisé pour l'érection de l'autel de Saint-Joseph. C'est là qu'on le découvrit en 1863.

avait été arrêté quelques jours auparavant et enfermé provisoirement à la Halle au pain. De là il fut dirigé sur Vilvorde, où il passa quatre années dans l'emprisonnement. Les capitulations accordées par le duc de Parme à la ville et aux troupes de la garnison, et publiées à Bruxelles le 12 mars 1585, rétablirent dans cette ville l'ordre si ardemment désiré. Les églises furent rendues au culte. La gilde du Grand-Serment de l'arbalète rentra en possession du sanctuaire qui lui devait son existence et qu'elle avait si longtemps administré. Le 31 du même mois, l'archevêque de Malines, Jean Hauchin, réconcilia l'église et le cimetière qui l'entourait; et consacra un autel qu'il dédia à la sainte Vierge. Le 2 juin de la même année, l'*ommegang* fit son tour ordinaire, accompagné des serments et des métiers de la ville. Cependant les doyens et les membres de la gilde de Notre-Dame voyaient avec une pénible émotion le pitoyable état dans lequel les troubles avait laissé l'église confiée à leurs soins. Dépourvus des ressources nécessaires pour la rétablir dans un état convenable, ils adressèrent, le 11 janvier 1586, une requête au magistrat de la ville de Bruxelles. Cette requête tendait à obtenir l'autorisation d'aliéner une prétendue propriété, située près de l'église, sur la place du Petit-Sablon. Cette propriété appelée de *Reuse Schure, Grange aux Géants,* servait de refuge aux chars (*huysken*), et aux objets dont on se servait dans l'*ommegang,* célébré chaque année le dimanche avant la Pentecôte[1].

[1]) Le jour de la sortie de l'*ommegang,* c'est-à-dire le dimanche avant la Pentecôte, était le jour où l'on célébrait autrefois la fête communale ou kermesse de Bruxelles. La procession instituée en 1530 par Marguerite d'Autriche dans l'église de Sainte-Gudule, en actions de grâce pour la disparition de l'épidémie appelée la *suette anglaise,* parvint à éclipser l'*ommegang* de Notre-Dame, au Sablon. Depuis cette époque, Bruxelles eut deux fêtes communales. L'une, appelée la grande kermesse, était célébrée le jour de la procession de Sainte-Gudule, fixée chaque année au dimanche après la Sainte-Marguerite. Le jour de la sortie de l'*ommegang,* qui resta fixée au dimanche avant la Pentecôte, devint, comme il l'est encore aujourd'hui, le jour où les habitants de la ville célébrèrent ce qu'ils appelaient leur petite kermesse. Henne et Wauters, *Histoire de Bruxelles,* I, p. 341.

La requête des membres du Grand-Serment fut accueillie par les magistrats de la ville. L'autorisation d'aliéner la grange leur fut accordée à la condition d'y conserver encore les ornements de l'*ommegang* pendant trois mois afin de pourvoir entretemps à un autre local pour les abriter[1]. Cette concession donna lieu à des interprétations diverses. On prétendit que la célébration de l'*ommegang* serait confiée dans la suite à une autre église. Ces rumeurs engagèrent les membres du Grand-Serment à adresser une lettre au duc de Parme, pour revendiquer leurs droits en alléguant leurs priviléges et les anciennes coutumes. Cette requête est datée du 17 mars 1586. Le prince accéda à leurs désirs, et fit droit à leur demande. Par apostille de la même date il confirma les anciennes prérogatives, et défendit d'y porter atteinte. Voici le texte de la requête :

[1]) Cette grange appartenait à la ville qui la louait à la gilde du Grand-Serment pour une somme annuelle de 300 florins. Nous ne pouvons donc attribuer cette décision du magistrat qu'à l'ignorance dans laquelle il se trouvait au sujet de son droit de propriété. Une décision contraire intervint et la grange ne fut pas aliénée. La ville la fit reconstruire sur le même emplacement en l'année 1591. Au XVIII[e] siècle elle donna lieu à de nouvelles difficultés. En l'année 1753, les membres de la magistrature décidèrent de retirer au Grand-Serment l'usage de cette grange. Cette décision fut communiquée à la gilde par lettre du receveur de la ville en date du 15 décembre de cette année. S'étant réunis le 20 du même mois et ayant examiné leurs droits sur cette propriété, les membres du Grand-Serment décidèrent de la vendre publiquement au profit de l'église. Cette affaire resta indécise pendant plus d'un an. Le 17 février 1755 on parvint à s'entendre. Les membres de la gilde contractèrent un nouvel engagement avec la ville qui consentit à leur continuer la location de la grange pour un terme de 25 ans et au prix annuel de 250 florins. Il fut cependant stipulé que dans cette somme seraient compris les 90 florins que la ville s'était engagée en 1538 à leur payer annuellement pour les frais de l'*ommegang*. *Collection des corps des métiers et serments*, n° 540, aux Archives du Royaume.

VII.

Requête des membres de la grande gilde des arbalétriers tendante à obtenir l'autorisation d'aliéner une grange pour subvenir aux réparations occasionnées à l'église par les iconoclastes.

17 mars 1586.

A Son Alteze

Remonstrent en toute humilité les doyens et aultres jurez de la grande gulde, avec les maistres de la chapelle de Notre-Dame, au Sablon, en ceste ville de Bruxelles, comme en leur extrême necessité, voir le dernier traicté de ceste dicte ville, voullantz continuer leur anchienne administration de la dicte chapelle tant destruicte et désolée par les troubles passez, et pour subvenir aux réparations nécessaires d'icelle, ensemble y entretenir le service divin, comme l'on est accoustumé de faire, ils n'ont trouvé aultre moyen et plus expédient, à moindre lésion, que de s'en quicter par aliénation et vendre une grange scituée lez le chemitière de la dicte esglise dont icelle en plusieurs années n'a rien prouffictée, comme occupée seulement des maisounettes[1] et aultres hardes que l'on souloit employer principalement à la procession de la kermesse de ceste dicte ville, de longtemps observée à l'honneur de Notre-Dame en la dicte chapelle, combien que la plus grande partye des dictes maisounettes et hardes est aussy présentement destruicte, gastée et périe par les dictes troubles passez; à laquelle aliénation de la dicte grange les remonstrantz esmeuz pour plusieurs aultres raisons, si comme qu'icelle grange et son toict avoit bien à faire aussy de grandissimes réparations pour la couvrir, et que les remonstrantz n'ont aulcun moyen, comme ils ont trouvé quelque achapteur propice et à raisonnable pris au prouffict de la dicte esglise, outre l'asseurance de la dicte vente obtenu authorisation et consentement du magistrat moderne

[1]) Il s'agit ici des chars dont on se servait pour l'*ommegang*.

de ceste dicte ville, comme supérieurs mambours de la dicte chapelle, avec deu adviz de leurs recepveurs, mais que endédans certain temps ils se pourvoyeroient d'ung aultre lieu pour les dictes maisounettes encoires restantz comme appartenantz à eulx, vu que aultrement ils en feroient comme trouveroient au plus grand prouffict de la dicte ville, apparant le tout par l'acte marginalle du l'unziesme de janvier dernièrement passé, soubsigné : *Goethals*, mise sur la requeste chy joincte. Or comme ce néantmoins les remonstrantz entendent d'aulcuns (peuttestre leurs malvueillantz) qu'en deslogeant les dictes maisounettes de là, lon érigeroit aultrepart la dicte kermesse, à la procession de quelque aultre esglise, nonobstant que les remonstrantz, comme de la principalle gulde et sy notable membre de la ville, en leur dicte esglise d'anchieneté se sont fondez sur la dicte procession à la kermesse, doncque pour ni divertir ou changer une sy louable observance, principallement en ce temps que Votre Altèze ne désire rien estre innové, et moins oster ou diminuer, mais plutost confirmer toutes bonnes coustumes, prérogatives avec les privilèges mesmes, aussy dont les remonstrantz en sont tant bien pourveuz, non seulement de Sa Majesté Catholicque, mais aussy de l'Impériale Majesté, si comme de Charles le vme de haulte mémoire et plusieurs aultres leurs prédécesseurs. Sy supplient iceulx remonstrantz très humblement que Votre Altèze soit servye d'ordonner sur la marge de ceste acte d'entretenance de la dicte procession et kermesse en la dicte esglise de Notre-Dame, au Sablon, à l'accoustumé, avec employ des dictes maisounettes et aultres hardes de la dicte ville, nonobstant le dict deslogement des dictes maisounettes, au regardt de la dicte acte d'aucthorisation et consentement, en faisant aussy dépescher nouvelles lettres de confirmation des dicts privilèges des dicts remonstrantz, si comme de Sa Majesté et ses prédécesseurs. En quoy faisant, etc.

Archives du Royaume, papiers d'état et de l'audience, liasse nº 249.

VIII.

Reconnaissance des reliques de sainte Julienne de Nicomédie.

23 février 1597.

Matthias, Dei et Apostolice Sedis gratia archiepiscopus Mechliniensis, universis et singulis presentes literas visuris, lecturis pariter et audituris salutem in Domino. In divini Nominis laude congaudentes exultamus, cum personas nobis et nostre ordinarie jurisdictioni subjectas ad divini cultus augmentum proclivas conspicimus et intentas; votisque earum favorabiliter intendimus, que ad honorem Dei et animarum salutem tendere conspicimus. Sane, pro parte dilectorum nobis in Christo rectorum fabrice ecclesie seu sacelli B. M. V. de Sabulone, oppidi Bruxellensis, nostre diocesis, nobis humiliter supplicatum fuit, ut reliquias beate Juliane, virginis et martyris, quondam per patrie perturbatores dispersas et per christifideles recollectas, agnoscere et omni, qua decuit, reverentia penes eos asservatas recolligere vellemus et dignaremur. Nos itaque illarum veram notitiam non habentes, et, ne falsas pro veris reliquias venerari contingeret, precavere cupientes, statuta generalis concilii Tridentini sequuti, testes fide dignos examinavimus, ligneumque caput, quod multorum annorum serie in summa reverentia asservaverant, aperuimus, in quo craneum et alias quamplurimas reliquias, una cum vetustissimis et difficulter legibilibus literis, sigillo sano et integro munitis, reperimus, nobis abunde fidem facientibus has veras esse sancte Juliane, virginis et martyris, reliquias, quondam per ducem Brabantie, obtenta ab hostibus victoria, ex Gallia Bruxellam asportatas. Quibus omnibus diligenter perspectis, constitutoque nobis fide digno testimonio ab hominum memoria dictum caput penes rectores fabrice asservatum esse, quasdam hujusmodi concave capitis effigie per precessores nostros introclusas reliquias eximimus, quas anno Domini

millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, prima dominica quadragesime, que erat 23 februarii, ante missarum solemnia, que propterea in pontificalibus celebravimus, hujusmodi capse inclusimus; mandantes omnibus et singulis christifidelibus, ut dictas reliquias, de ejusmodi concava capitis effigie sumptas et per nos in presentem capsam inclusas, pro veris et talibus habeant et teneant. Et, quia pastoralis nostri muneris debitum exigit christifidelem populum in sua devotione confovere, singulis annis in perpetuum, ipsa dominica prima quadragesime, anniversariam hujusmodi recollectionis memoriam celebrandam esse et celebrari debere ordinavimus et decrevimus. Insuper omnibus et singulis, qui anniversaria hac recollectionis festivitate processionem tum quotannis in Sabulone fieri solitam concomitati fuerint, quadraginta indulgentiarum dies, et qui alias quandocumque prefatam ecclesiam et reliquias devote visitaverint, decem dies de vera indulgentia secundum formam Ecclesie consuetam misericorditer in Domino concessimus et concedimus. Presentes literas exinde fieri et per secretarium nostrum infrascriptum signari, sigillique nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Bruxelle, nostre diocesis, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, mensis februarii die vigesima tertia.

De mandato illistrissimi ac reverendissimi domini archiepiscopi Mechliniensis predicti.

PETRUS BUYDENS, secretarius.

Acte original aux archives de l'église de Notre-Dame, au Sablon.

IX.

Autorisation accordée à Marguerite Gramaye de construire un ermitage sur une partie du cimetière attenant à l'église de Notre-Dame, au Sablon.

15 avril 1605.

Connu ainsy soit que Marguerite Gramaye, damoiselle d'honneur de madame la comtesse de Bucquoy, est totalement délibérée se retirer des vanitez de ce monde périlleux, et se rendre à une vie solitaire et contemplative, et qu'à ces fins elle at une bonne et ferme volonté de faire édifier et construire à ses fraix et despens une heremitage, escluze ou petite demeure, sur la cimentière de l'église nostre Dame du Sablon, en cette ville de Bruxelle, au costé du midy, et la faire attacher et fermer à la muraille d'icelle église, venant embas l'autel de saint Christoffre, pour y pourvoir percher par la mesme muraille, et avoir une fenestre regardant en laditte église, convenable à l'effet de sa dévotion, et d'aultant qu'elle ne pourroit faire le dit édifice sans consentement général et adveu de monsieur le révérendissime et illustrissime archevesque de Malines, ensemble de la mère de l'hospital de saint Jehan, audit Bruxelles, des superintendens et mambours des biens temporels d'icelluy, pour aultant qu'audit hospital appartient ledit cimentière, et aussy des recteurs et marguilliers de laditte église, pour aultant qu'il touche laditte fenestre, si est-il que à la requeste et supplication de laditte Marguerite Gramaye, ledit sieur révérendissime et illustrissime archevesque de Malines, laditte mère et les superintendens et mambours dudit hospital de saint Jehan, ensemble les recteurs et marguilliers de la susditte église du Sablon ne veulants empêcher la bonne volonté et intention de laditte Marguerite Gramaye, à ce que dessus ont consenty et accordé, comme ils consentent et accordent par cette, pour aultant

qu'à chacun d'eulx il touche, que laditte Marguerite Gramaye pourra faire édifier et construire à ses despens laditte écluse ou heremitaige à la manière susditte, pour y demourer sa vie mortelle durante, avecq une fille dévote à son assistence et service, et après son trespas estre conféré laditte demeure, touttes et quantes fois qu'elle sera vacante, à une bonne et dévote fille ayant le bon désir et dévotion d'y estre constitué aux fins que dessus gratuitement et sans debvoir furnir ou bailler aulcunes deniers, ou aultres biens temporels. En quoy sera devant toutes aultres préféré la fille dévote qu'aura servy et assisté à laditte Marguerite Gramaye, ou à ses successeresses audit heremitaige; et après icelle, celle qui sera la plus proche parente de laditte Marguerite Gramaye, et depuis seront préferées les sœurs dudit hôpital devant toutes aultres estrangères et n'estans de la qualité avantdicte; lesquelles provisions se feront du sceu et consentement de monsieur le révérendissime et illustrissime archevesque de Malines, en la forme et manière prémise. En témoignaige de ce que dessus ont icelluy seigneur révérendissime et illustrissime archevesque, ensemble lesdits mère et superintendens et mambours dudit hospital de saint Jehan et les susdits recteurs et marguilliers de laditte église de Sablon, respectivement chacun en droit, foi et qualitez prémises, soubsigné la présente, le quinziesme jour du mois d'avril l'an mil six cents et cincq.

Archives des hospices et secours de Bruxelles.

Chapellenies fondées dans l'église de Notre-Dame, au Sablon.

X.

Capitulum 43[1]. *De capella beate Marie, supra Zabulum.* — Capella solempnis beate Marie semper Virginis in Zabulo habet

[1]) Extrait d'un registre manuscrit de la fin du xv[e] siècle, renfermant l'état de toutes les chapellenies de la ville de Bruxelles. Ce registre fait partie des archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles, et est intitulé : *Capellaniarum fundationes et dotationes.*

altaria undecim; et in principali altari, quod est in choro, anno Domini 1304, sub titulo et honore beate Marie Virginis, quedam capellania fundata est, que ad duodecim missas in anno deservitur.

In eodem altari Petrus Braeu, quondam thesaurarius et canonicus hujus ecclesie (*S. Gudile*), anno Domini 1408, de consensu capituli, quamdam capellaniam, sub titulo beate Marie, Virginis gloriose, fundavit, sic quod capellanus pro tempore existens supra prefatum altare tres missas qualibet septimana, unam scilicet diebus dominicis, et alias duas diebus festivis, si occurrant, alioquin diebus feriatis, celebrare debeat, aut per alium presbyterum idoneum facere celebrari, quodque pro cujuslibet hujusmodi missarum omissione, seu negligentia, sibi de fructibus dicte capellanie unus grossus Turonensis antiquus, aut verus valor illius, ad opus fabrice dicte capelle de Zabulo convertendus, subtrahatur. Et quociens dictam capellaniam vacare contigerit, rectoris futuri nominatio et presentatio ad thesaurarium hujus ecclesie (*S. Gudile*) et ad nullum alium, admissio vero et institutio ad capitulum pertinere debeant pleno jure, sic tamen quod per thesaurarium nullus ad dictam capellaniam rector presentetur, nullusque ad eamdem per capitulum admittatur, quin actu sit ad minus in sacro subdiaconatus ordine constitutus.

Preter prescriptas duas capellanias facit fabrica in hoc altari cotidie quatuor missas celebrari.

In altari sancti Mauri, quod est ante chorum, non est aliquod beneficium fundatum, nullumque ibi fit officium.

Capitulum 50. *De altari sancti Antonii.* — Ob honorem beati Antonii, abbatis et confessoris, Radulphus dictus Taye fundari mandavit capellaniam hujus altaris; et ad valorem viginti et unius florenorum de Florencia, quatuor grossorum veterum Turonensium et duorum sterlingorum, per executores sui testamenti, anno Domini 1358 fundata est, et deservitur ad tres missas in qualibet septimana.

Anno Domini 1434 dominus et magister Henricus de Bulct, dictus Vanden Bossche, thesaurarius et canonicus hujus ecclesie (*S. Gudile*), ad hoc altare beati Antonii in Zabulo fundavit officium trium missarum, in qualibet septimana, assignans ad id duodecim petros Lovanienses monete Philippi, ducis Brabantie et comitis sancti Pauli, annui et perpetui redditus, sub eo modo, ut pro defectu celebrationis alicujus dictarum trium missarum officianti subtrahatur tantum, quantum sibi competiisset pro missa omissa, si celebrasset, ad opus fabrice illius capelle, nisi infirmitas corporalis, aut alia justa causa rationabilis et canonica merito ipsum excusaret; quo casu, preter causam infirmitatis urgentis, per alium ydoneum possit et debeat ipsius defectus in celebrando suppleri etc. Et de hoc officio disponunt provisores pauperum domesticorum hujus parochie beate Gudile Bruxellensis, qui literas redditus habent et salarium[1].

CAPITULUM 51. *De altari sancti Theobaldi.* — Locus iste sancto Theobaldo dedicatus habet unam capellaniam (trium) missarum in septimana[2].

CAPITULUM 52. *De altari beate Marie extra chorum.* — Laus beate et gloriose semper Virginis Marie similiter et divinum officium ut augeatur, ad hoc altare fit manuale officium duarum missarum in qualibet septimana, cujus salarium Egidius Clutinx solvit.

CAPITULUM 53. *De altari sancti Christophori.* — Est etiam in hoc altari aliud officium manuale trium missarum in qualibet septimana, quod rectores fabrice capelle fieri procurant.

[1]) Les lettres de fondation de cette chapellenie se trouvent aujourd'hui dans les archives des hospices et secours de Bruxelles.

[2]) La chapellenie de Saint-Théobald fut fondée en l'année 1431 par Marie Op te Beelse. Le premier chapelain qui jouit du bénéfice de cette fondation fut Othon Goa. Helwige Sclivers, fille naturelle de Guillaume de Clivere, dota également cette chapellenie, en l'année 1434, d'une rente annuelle de deux *peters* d'or. — Archives du royaume. *Documents du chapitre de Sainte-Gudule,* carton n° 40. HENNE et WAUTERS, *Histoire de la ville de Bruxelles,* III, p. 406.

Capitulum 54. *De altari beati Danielis, prophete.* — Gerens sancto Danieli prophete devotionem singularem quondam Johannes Blancart, dictus Comanjan, anno Domini 1391, de consensu decani et capituli ad hoc altare unam capellaniam sub titulo et honore beati Danielis fundavit, sic quod capellanus pro tempore existens quatuor missas, videlicet diebus dominicis unam, et reliquas tres tribus aliis diebus in qualibet septimana, in eodem altari debeat celebrare, nisi canonico impedimento fuerit prepeditus; quo tamen casu non pretermittet, quin per alium ydoneum easdem missas faciat sine aliqua supportatione interim laudabiliter celebrari. Quod si ipse has quatuor missas per se vel per alium idoneum celebrare vel facere celebrari omitteret, quociens hoc evenerit, de redditibus hujus capellanie duo grossi Flandrie, unum *cleyken* valentes, sibi defalcari, et per provisores fabrice prefate capelle, in recuperationem missarum neglectarum, fideliter debent converti.

Capitulum 55. *De altari sancti Georgii.* — In hoc altari est officium manuale trium missarum in qualibet septimana, quod rectores fabrice pretacte capelle fieri procurant; et nunc per fratres Carmelitas deservitur.

Capitulum 56. *De altari beate Catherine.* — Amor, quem quondam Henricus de Oerbeke, dictus de Puteo, gessit ad beatam Katherinam, virginem et martyrem, effecit, ut in hoc altari, quod ipse construxit, unam capellaniam perpetuam, anno Domini 1367, de consensu capituli, usque ad viginti florenos de Florencia perpetui redditus fundaret, sub onere, quod capellanus pro tempore existens in hoc altari, in qualibet ebdomada, quater debeat celebrare, nisi infirmitate seu canonico impedimento fuerit prepeditus, quibus si legitime fuerit preoccupatus, pro illa vice dumtaxat poterit et debeat de celebrando supportari.

Capitulum 57. *De altari beate Marie Magdalene.* — Tempore, quo vivebat dominus Walterus Pipenpoy, miles, in hoc

altari, quod ipse construi fecit, unam capellaniam super annuo redditu viginti florenorum de Florencia, anno Domini 1357, fundare disposuit. Cujus votum, post ejus obitum, Amelricus Boote, filius naturalis quondam Amelrici dicti Boote, volens producere ad effectum, prout a prefato domino Waltero mandatum et per literas scabinorum Bruxellensium potestatem accepit, hanc capellaniam usque ad annuum valorem prescriptum, de consensu capituli, anno Domini 1367, sub titulo et honore beate Marie Magdalene, de bonis tamen prescripti domini Walteri Pipenpoy, fundavit; sic, quod capellanus pro tempore existens missam debeat septies in qualibet quindena celebrare, videlicet: in una septimana cujuslibet quindene ter, et in alia septimana ejusdem quindene quater, nisi infirmitate aut saltem legitimo fuerit prepeditus impedimento; quibus si preoccupatus fuerit, pro illa vice dumtaxat de celebrando missam possit et valeat supportari. Debet etiam in hac sua capellania personaliter residere et Bruxelle corporaliter commorari, et chorum nostrum ecclesie sancte Gudile frequentare horis nocturnis et diurnis, prout alii capellani perpetui ejusdem nostre ecclesie tenentur, et communiter sunt consueti.

Capitulum 58. *De altari in chorulo beate Katherine.* — Etsi in hoc altari nullum sit beneficium fundatum, fit tamen in eo officium manuale trium missarum in qualibet septimana, quod Petrus Uuten Lyemingen fieri, et illi per dominum Johannem Petri deserviri procurat.

Jean II, duc de Brabant, reconnait les droits de l'abbaye de Tongerloo sur les seigneuries de Calmpthout et d'Esschen.

Les domaines de Calmpthout et Esschen constituaient anciennement un franc alleu possédé en partie par un certain Anoul, qui céda ce domaine à l'abbaye de Tongerloo vers 1150. L'autre partie de Calmpthout et le domaine d'Esschen appartenaient à Bernerus de Rysbergen, qui les céda à la même abbaye en 1157; celle-ci obtint aussi, la même année, du fils d'Anoul, portant le même nom que son père, le patronage des églises de Nispen et de Sundert avec les deux tiers des dîmes. — Esschen (dont la plus ancienne forme connue est Escheden) et Calmpthout n'étaient anciennement que des chapelles ressortissant à l'église-mère de Nispen[2]. Quoique ces deux localités n'aient obtenu le rang d'église paroissiale qu'après les troubles du XVI[e] siècle, elles eurent d'ancienne date un chapelain pour administrer les sacrements. Deux autres chapelles du territoire belge, *Achterbroeck*[3] et *Nieuw-*

[1]) C'est Klein-Zundert.

[2]) Le village de Roozendaal (Brabant septentrional) ressortissait aussi à Nispen. Après le traité de paix de 1648 entre le gouvernement d'Espagne et celui des Provinces-Unies, ce dernier proscrivit l'exercice public de la religion catholique. Les villages situés sur les confins de la Belgique, pour échapper à la persécution religieuse des Calvinistes hollandais, établirent des *églises champêtres* (veldkerken) à proximité des frontières hollandaises. Roozendaal et Nispen avaient érigé une de ces églises au hameau de *Steenpaal.*

[3]) La chapelle d'Achterbroeck, détruite par les soldats calvinistes, fut restaurée, une première fois, pendant la trêve de douze ans (1609-1621), et, une deuxième fois par le chapelain résidant Everard Heymans, en 1655.

moer[1], dépendaient aussi de l'église paroissiale de Nispen. Quoique de moindre importance, elles aussi avaient au XVIIe siècle un chapelain résidant. Ces église et chapelles ressortissaient avant 1559 au décanat d'Hilvarenbeek, sous l'archidiaconé de Campine et le diocèse de Liége. Depuis l'organisation des nouveaux évêchés jusqu'au concordat elles firent partie du diocèse d'Anvers. Toutes ces églises et chapelles furent brûlées et saccagées par les calvinistes, au XVIe et au XVIIe siècle, et restaurées pendant la trève de 12 ans et après la paix de 1648.

29 avril 1299.

Universis presentes literas visuris JOHANNES, Dei gratia Lotharingie, Brabantie et Lymburgii dux, salutem cum notitia veritatis. Cum per nostros famulos justiciarios ac officiatos, ad hoc specialiter editos et destinatos, ad plenum inventum fuerit, quod viri religiosi, abbas et conventus de Tongerloo, allodium suum apud Calmphout et Esghem ita teneant et tenuerunt a tempore, quo memoria non existit, quod wastinam seu warescapia jacentia infra predictum allodium ad ipsorum beneplacitum et voluntatem conferre potuerunt, et contulerunt jure hereditario et feodali sine contradictione vel calumpnia qualicumque; et quod infra predictum ipsorum allodium omne jus et dominium habent et habuerunt usque diem hodiernam; omnia foresta in dicta allodia et emendas emergentes levant et semper levaverunt, usque summam viginti et septem solidorum ac infra, forefactis de lite tantummodo exemptis; et quod mansionarii et feodales dictorum religiosorum in prefato allodio commorantes tallias seu

[1]) Déjà, en 1643, les nombreux habitants de Nieuwmoer demandèrent à l'évêque d'Anvers l'érection de leur chapelle en église paroissiale. Ces réclamations furent renouvelées bien souvent, mais n'aboutirent point, quoique les évêques d'Anvers y fussent très-favorables.

exactiones nobis seu nostris predecessoribus non solvunt nec solverunt, nisi quando barones nostri Brabantini suos homines nostro patri et domino, memorie recolende, concesserunt talliandos; et quod mansionarii ac feodales sepe dictorum religiosorum in dicto allodio commorantes in expeditionibus communibus Brabantie nostris predecessoribus, nobis et nostris successoribus cum octo viris et uno curru eundo cum villicatione Antwerpiensi servire tenebantur, tenentur, et in perpetuum tenebuntur; item inventum est per predictos nostros officiatos, quod mansionarii et feodales dictorum religiosorum de Tongerlo in ipsorum allodio apud Hamme commorantes numquam talliam seu exactiones solverint, nisi quam barones Brabantiae suos homines nostro patri et domino, pie memorie, talliandos concesserunt. Nos vero fidele servitium a dominis religiosis nobis sepius impensum et postmodum impendendum, ipsorumque precibus attendentes et annuentes, concedimus ipsis, suis mansionariis et feodalibus sepe dictis omnibus libertatibus, tamquam aliis nostre terre baronibus et eorum hominibus, in perpetuum perfrui et gaudere. Premissa omnia et singula confirmantes presentium, quibus nostrum sigillum est appensum, testimonio literarum approbamus. Datum feria quarta post *Quasimodo*, anno Domini MCC nonagesimo nono.

Registre de la chambre des comptes, nº 8, fol. 442, aux Archives du Royaume.

Fondation du prieuré de Suxy[1].

23 mai 1306.

Nos Ludovicus, comes Chineacensis, et Jehenna, ejus uxor ac domina de Blanmont, ejusdem loci comitissa, uni-

[1]) La version française de cet acte se trouve imprimée d'une manière incomplète dans Miræus, *Opera diplomatica,* IV, p. 258.

versis presentes literas inspecturis salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod nos pro remedio animarum nostrarum et nostrorum predecessorum in fundo nostro in loco, qui dicitur Suxis, in comitatu Chineacensi, fundamus domum religionis, ordinis sancte Crucis, ordinis sancti Augustini, et in manibus fratris Johannis, prioris domus de Huyo, ordinis predicti, fratribus inibi scilicet in loco, qui Suxis dicitur, ad serviendum Deo perpetuo moraturis, Deo et ipsis fratribus dedicamus et conferimus, tum pro situ sue domus ad inhabitandum, tum pro cultura, inter rivulum, qui dicitur *Vornicis*[1] et rivilum dictum *de la Chapelle*, octoginta jugera terre arrabilis, tam culte quam colende, inter certas metas comprehensa; item duodecim falcatas prati, tam culti quam colendi; item in silvis nostris scilicet forestis ligna, que inibi vulgariter mortua dicuntur, et alba ad comburendum pro furno suo, et pro tribus aliis focis dicte domus cum suis pertinentiis et dicto loco conferimus. Item pro clausuris suis et suorum predictorum dicti loci in forestis nostris, ligna scilicet mortua et alba recipient; item et ibidem cujusmodi ligna ad edificandum in dicto loco recipient. Item dicti fratres mittent in pascua dicti banni decem vaccas et pecora, quotquot pro suis carucis dicti loci habuerint. Item tam in pascua quam in silvas ad pastum viginti porcos mittent. Item, si ibi, scilicet in fundo a nobis collato, molendinum construxerint, suum erit et dicte domui cedet in perpetuum; et si transeuntes in eo molere voluerint, dicte domui cedet bladorum multura transeuntium tantum. Et pro dicto molendino tam edificando quam reedificando in nostris forestis et ligna et marina recipient. In aquis etiam dicti banni piscari et pisces recipere poterunt cum virga et retiaculo ad esum suum et suorum in loco, preterquam in

[1]) Dans la version française on lit *Bournenseis*, c'est très-probablement la Vierre que l'on désigne. Cette petite rivière arrose la commune de Suxy.

aquis sub banno nostro positis vel ponendis, non alio modo, non cum vi, non cum venna, non cum instrumentis jacentibus seu dormientibus, prout ita apud nos loqui solet.

In dicta domo erunt fratres Deo servientes secundum facultates domus supradicte. In nostra etiam custodia, et heredum, et successorum nostrorum, erunt fratres dicte domus, et domus predicta cum appendiciis suis, nec alium quam nos et successores nostros poterunt dominum seu advocatum querere seu invocare; sed semper nostre, et heredum, ac successorum nostrorum, non alterius, quoad temporalia, jurisdictioni suberunt. Domui vero predicte de Huyo quoad spiritualia eam esse immediate subjectam volumus. Idem si locum, quod absit, desertum dimiserint, ad nos et nostram ordinationem secundum Deum et justitiam omnia supradicta libere revertentur. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, feria quinta ante nativitatem beati Joannis Baptiste.

D'après une copie authentiquée du 4 mai 1583, qui nous a été communiquée par M. Galesloot, chef de section aux Archives du Royaume.

Cession du personnat de Houthem a l'évêque de Tournai[1].

18 décembre 1251.

Universis presentes literas visuris Daniel de Maskelines, miles, et Oliverus, filius ejus primogenitus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nos divine remunerationis intuitu ac ob remedium animarum nostrarum et predecessorum nostrorum contulimus in elemosinam reverendo in Christo patri Waltero, Dei gratia venerabili Tornacensi epis-

[1]) Le document est intitulé : *De venditione personatus de Houthem.*

copo, personatum de Houthem cum suis pertinentiis integre, prout Oliverus, quondam canonicus Insulensis, persona dicti loci, et predecessores sui ipsum hactenus tenuerunt de voluntate et consensu illustris domine Margarete, Flandrie ac Haynonie comitisse, a qua dictum personatum cum aliis bonis in feodum tenebamus, ab episcopo et suis successoribus in perpetuum possidendum, et reportavimus ipsum libere et absolute ad opus dicti episcopi et successorum ejus, ego Daniel in manus viri nobilis Sigeri de Moskes, militis, et ego Oliverus et Johanna, uxor mea, in manus Willermi dicti Bloc, militis ballivi Adenardensis, qui ad hoc specialiter deputati fuerunt a dicta domina comitissa, coram hominibus ejusdem in hoc paribus nostris, videlicet Egidio de Brugis, preposito sancti Petri Duacensis, Waltero de Morslede, Waltero Moer, Johanne de Halewin, Egidio de Rechem, Ghiselino de Polevorde, militibus, Johanne Bardet, item Matheo de Maghelines et Willermo de Cynes, militibus; werpivimus quoque et effestucavimus eundem coram dictis hominibus renuntiantes simpliciter et absolute omni juri, quod nobis competebat in ipso, vel competere poterat in futurum; et promisimus, fide ac juramento coram ipsis ac viris venerabilibus magistris Nicholao de Brugis, archidiacono Tornacensi in Flandria, et P. Herlebeca, cancellario Tornacensi, prestitis a nobis corporaliter, quod de cetero nichil juris in ipso per nos vel per alium reclamabimus, nec dictum episcopum et ejus successores, vel quibus ipsum contulerint, molestabimus vel procurabimus ab aliis molestari. Dicta etiam Johanna spontanea, nullo metu vel vi compulsa, ut asseruit, sub juramento suo promisit coram eisdem, quod ratione dotis vel donationis propter nuptias vel alia quacumque de causa nichil juris in ipso personatu reclamabit, vel per alium reclamari procurabit. Quibus omnibus rite et secundum legem patrie factis, ac dictis hominibus submonitis a dictis Sigero de Moskre et Willermo, ballivo Alde-

nardensi, ut moris est, et per judicium dicentibus nos Danielem, Oliverum et Johannam tantum fecisse de dicto personatu, quod nichil juris in ipso habebamus, vel habere poteramus in posterum, et quod dicta domina comitissa ipsum dare poterat, cui volebat, dicti Sigerus et Willermus ipsum nomine comitisse et de ejus mandato speciali dicto episcopo in elemosinam contulerunt, et de eodem investierunt in presentia nostra magistrum Petrum de Herlebecca, cancellarium Tornacensem, et Walterum de Dousa, clericum, ad hoc missos vice ejusdem episcopi, ab ipso episcopo et suis successoribus libere et absolute ab omni jure feodali et servitio exemptum in perpetuum possidendum; hoc notato, quod dominus episcopus et ejus successores ibidem instituent capellanum vel secundum presbiterum parochialem, cui ad minus assignabunt quindecim libras Flandrie annui redditus de dicto personatu; qui celebrare tenebitur in capella domus nostre ibidem, ipse vel sacerdos parochialis, cum a nobis fuerit requisitus, et hoc post decessum illius, cui modo contulimus dictum personatum. In cujus rei testimonium presentes literas eidem episcopo contuli ego Daniel sigillo meo roboratas. Ego quoque Oliverus contentus sum; ad presentes sigillo patris mei promittens, quod presentes literas sigillabo, cum sigillum habuero, et ab episcopo fuero requisitus.

Datum anno Domini millesimo cc° quinquagesimo primo, feria secunda ante Nativitatem Domini.

Cartulaire n. 51, aux Archives du Royaume.

Voyage littéraire des pères Godefroid Henschenius et Daniel Papebrochius, en l'année 1668[1].

Postquam mensis martius in lucem prodiit anni hujus initio, P. Godefridus Henschenius assiduis studiis curisque fatigatus circa initium quadragesimae languere coepit, apertaque circa Pascha vena, deprehensus est bile abundantiori gravari, quae fuit continuatis per triduum purgationibus vacuanda. Exinde paulatim sibi restitui coepit, non tamen admittendam putavit ambulationem, quam offerebant superiores, sed majores vires et finem canicularis aestus expectandum judicavit. Augusto igitur mense appetente, circumspexit, quam in partem utilius iter posset dirigere; et primi Treviri occurrere, ad quos, ne Colonia deflecteret, ante annos octo fuerat difficultate viarum curribus vix perviarum absterritus. Ergo cum R. P. Provincialis Thomas Dekens primum a visitata Hollandia Antverpiam rediit, XIV[a] augusti mentem suam eidem exposuit, patentesque obtinuit hoc tenore conceptas : *Cum dilecti nobis P. Godefridus Henschenius et P. Daniel Papebrochius ad Mosanos Mosellanosque tractus ex obedientia proficiscantur, collecturi ex pervetustis illarum regionum monasteriis ecclesiisque antiqua et hactenus inedita monumenta, quibus instrui et perfici possit ingens de* Actis Sanctorum *opus, januarii, februarii ac martii editione feliciter inchoatum, voluimus eos omnium nostrorum, per quae transibunt, collegiorum rectoribus, coenobiorumque et sacrorum locorum superioribus atque praelatis, necnon quibusvis viris eruditis per hasce literas facere commendatos, ut digni habeantur, quorum doctos piosque pro Dei ac Sanctorum gloria conatus unusquisque*

[1]) Ce voyage littéraire de deux bollandistes, rédigé par le P. Papebrochius lui-même, offre le plus grand intérêt. Il nous fait connaître la méthode suivie par ces hagiographes pour recueillir les matériaux nécessaires à la rédaction des *Acta Sanctorum*, et nous fournit des détails précis sur la valeur de plusieurs dépôts littéraires de la Belgique et de l'Allemagne occidentale au XVII[e] siècle.

studeat auxilio et consilio promovere. Testamur etiam ambos esse, etc.

Rebus sic rite comparatis, XVII^a^ ejusdem mensis, feria VI^a^, summo mane Mechliniam discessimus pedites[1], ideoque omnibus impedimentis etiam chlamyde vacui, breviarii partem unam dumtaxat cum alphabetico viatorio indice ferentes in pera. Eo paulo post meridiem appulsi et in nova domo humaniter excepti a rectore R. P. Petro du Rieu, unum alterumque diem impendimus visendis amicis, praesertim amplissimis dominis consiliariis Halmale et Blitterswyck, atque R. P. priore Carmelitarum Daniele a Virgine Maria; qui privatum quoddam de sanctis beatisque sui ordinis kalendarium manuscriptum nobis transcribendum promisit.

XX^a^, feria II^a^, rursum bene mane egressi Vilvordia ad abbatiam Grimbergensem ivimus, ubi abbatem jam antea notum nacti perquam humanum, a prandio apud eum sumpto visitavimus novum, quod condebatur, templum; et, accepta rheda, deducti in abbatiam Dilighem, ejusdem ordinis, inde pedites Bruxellas ivimus, pervenimusque ante sextam vespertinam. Hic quod ageremus, magnopere nihil fuit, nisi ut amicos visitaremus; quod ipsum propter pluvias vix licuit. Inspeximus tamen bibliothecam ab illustrissimo archiepiscopo Boonen episcopatui relictam, et notavimus quaedam, potissimum vitam venerabilis Annae a S. Bartholomaeo ex obedientia scriptam, ibidem asservari; item in bibliotheca collegii nostri servari vitam manuscriptam Rusbrochii ampliorem antiquioremque.

XXIII^a^, pridie S. Bartholomaei, non ausi nos dubio coelo committere currum conduximus, Lovanium devehendi. Hic operae pretium fuit lustrasse manuscripta omnia bibliothecae Martinianae; inventa enim nonnulla adhuc sunt, quae nostri transcribenda suscepere. Pestilentia, quae istic aeque atque Bruxellis grassabatur, suasit, ut domi nos contineremus usque

[1]) Les bollandistes avaient alors leur résidence à Anvers.

in diem xxvi, quando P. Alexander Bierinx et P. Laurentius van Papenbroeck aliique decem primitias celebraverunt, quibus singulis singuli ad aram adstitimus, ego fratri, P. Godefridus suo Alexandro.

xxvii[a], sub meridiem, quaesitus currus est, quo Tenas veheremur; quo non invento, quamvis pluvias coelum minaretur, discessimus tamen, et deducentibus P. Laurentio van Papenbroeck cum magistro Martino Gaillaert, pervenimus in Bautershem; iisdemque ad baronem nos introducentibus, maluimus eam noctem illic ducere, quam periculo pluviae ulterius nos committere, cum liceret inde egredi ita mature, ut, peracto Tenis sacro, Trudonopolim haud diu post meridiem possemus pervenire. Usi ergo familiae Societati addictissimae hospitalitate summa, crastino die sub ortum solis valediximus sociis, et apud Patres Minores Tenis sacrificavimus circa horam nonam. Mortuus illic anno praecedenti fuerat P. Godefridi ex fratre nepos, frater laicus, cunctis carissimus; hoc nomine et quia notus pater guardianus erat olim eo munere functus Antverpiae, oblatum nobis jentaculum est, et petentibus quaesita carruca, quae nos per lutosas nimium vias Trudonopolim veheret. Advecti, post modicam quietem refectionemque ad abbatiam perreximus; ubi, abbate alibi absente, cum non daretur ad manuscripta accessus, bibliothecam satis instructam libris impressis vidimus. Vidimus etiam et venerati sumus supra odaeum, sub amplissimo ligneo mausoleo, corpora SS. Trudonis, Eucharii et Liberti : quorum priora duo supremo loco in argentea octo pedum capsa inaurata, undique conspicua per alteram clatratam ferream ei circumductam, conservantur; tertium in singulari minori capsa sub majori super altare stabat ad cornu Evangelii; lignea haec erat, sed frontem habebat argenteam. Erant in eadem elevatione sub majori capsa aliae quoque tres ligneae ordine dispositae, plenae reliquiis nunc ignotis; in medio autem, loco tabernaculi, stabat argentea minor continens reliquias S. Stephani. Prior, Eucherius Renarts

dictus, propendebat, ut *Acta Sanctorum* emenda suaderet abbati suo; de eaque re voluit moneri, cum redissemus. Habuit autem nos benignissime, cum lectore Gregorio Putzes, aliisque patribus, rerum historicarum non imperitis ac multa aventibus rogare et discere.

XXVIIII[a] pedibus progressi Tungros, illuc pervenimus coelo sereno; et postridie carrucam conduximus, quae nos veheret Leodium cum P. du Bois ac socio; sed asperitas viarum pluviis... et semitarum commoditas effecit, ut post unam leucam sic emensam, dimisso curru, descenderemus in pedes. Et favit euntibus coelum adeo, ut citra pluviam Leodium pervenerimus ad Patres Anglos, quorum rector P. Clericus amantissime nos excepit habuitque ea nocte hospites.

XXXI[a] voluimus ad patres Gallo-Belgas discedere, ab iis in nostris negotiis juvandi, sed cum forte Lovanienses hospites indidem paulo ante nos essent egressi, et nos sine chlamydibus viae accincti essemus, credidere ii, quos de via ad Patres nostros ducente rogabamus, praegressos istos a nobis quaeri; itaque lutosissima atque acclivi via porro semper ire jussi, tandem invenimus nos, dum magis ingredi in urbem volumus, ex ea jam per horam egressos. Eadem igitur via remetienda fuit adhuc jejunis, adeo ut in collegium Leodiense ingressis non plus superfuerit temporis ante prandium quam absolvendo sacrificio necessarium esset. Post prandium a P. Jacobo Lobbetio ad monasterium Benedictinum S. Jacobi deducti, lustravimus bibliothecam et reliquias; et manuscriptum unum abstulimus, unde vitam unam describeremus.

I[a] septembris solemnis collegio erat, quod eo die rhetores dimittendi a rectore sub sacro solemni communicarent de illius manibus. Nos ad S. Jacobi regressi, retulimus librum, et cetera, quae supererant, ibidem examinavimus. Post meridiem visitavimus abbatem S. Laurentii, acceptaque ab eo facultate ad collegium deferendi, si quae essent describenda, examinavimus manuscripta omnia, et sex excepimus necessaria nobis, e

quibus sequenti mox die coeperunt describi designata, quia dominica erat.

Eadem die II[a] septembris urbe egressi ad Carthusianos, quorum novum amplissimumque claustrum exstruebatur, Liranum priorem Peckium ibidem invenimus. Manuscripta omnia erant in granarium quoddam avecta, unde P. vicarii jussu sacristanus requirenda suscepit ea, quae, catalogo inspecto, optabamus videre. Non poterat id ex tempore fieri; ergo nos redituros promisimus, et in descensu montis inspeximus quadripartitum S. Julianae monasterium, apud sorores et fratres humaniter excepti. Apud illas autem templum vidimus et in summo altari imaginem supremi tholi repraesentantem visionem eam, qua inducta est sancta ad suadendum festum Venerabilis Sacramenti. Illius vita per templi mediam navem super intercolumnia grandibus et elegantibus exprimebatur picturis, jam tertio renovatis. Effigies velut sanctae ad primam pilam stabat e regione alterius similis S. Augustini. Cetera, quae de cultu optare poteramus, promittebantur in apologia quadam recenter conscripta ob quamdam controversiam a parocho aliquo motam.

III[a] visitavimus abbatiam Praemonstratensem Belli Reditus dictam, ubi provisorem ante hac lectorem, D. Jacobum de la Tour invenimus, ab excusis libris theologicis et scripturisticis potissimum perbene instructum; alia ibi nulla bibliotheca. Propronebat tamen vehementer prior D. Joannes de Bayne, ut *Acta Sanctorum* emerentur. Hinc Crucigeros adivimus; apud quos varii quidem manuscripti libri, sed nihil in rem nostram. Denique ad villam collegii suburbanam, quae Lilium dicitur, sumus deducti, ibidem sumpturi prandium, ad quod nobiscum pariter jubilarios omnes rector Ernestus Ludovici invitaverat. Mens erat a prandio adire S. Aegidii monasterium, sed ab eo consilio discessimus intelligentes, quanta illuc per totam octavam hominum confluat multitudo, quae permissura vix esset monachis, ut nobis ad sua manuscripta deducendis attenderent. Ergo satis habuimus eo die ire ad Patres Anglos, eosque ro-

gare, ut quoniam difficulter aut omnino non inveniebantur studiosi, quorum mercenaria opera uti possemus, ipsi nobis operam suorum philosophorum tunc vacantium commodarent; quam si addicerent, volebamus ad ipsorum collegium nos recipere, quando nihil supererat amplius, quod nos in inferiori collegio retineret.

IVa die mane descripsimus varia, et a studiosis descripta relegimus. Atque ita duos tomos absolvimus, quos P. Lobbetio relinqueremus referendos ad S. Laurentii; ceteros post meridiem, vale patribus dicto, transtulimus ad Anglos.

Va examinavimus manuscripta in sacristia cathedralis templi S. Lamberti asservata; in quibus cum unus codex nobis necessarius esset, a meridie adivimus D. archidiaconum Mean, qui omni nos humanitate suis in aedibus elegantissimis instructissimisque excepit, et designatum codicem ad se ferri jubens, permisit, ut eum nobiscum sumeremus. Idem aiebat de manuscriptis vendendis agi. Quod si fieret, promittebat nostri memorem se futurum, et istum (quoniam scriptura antiqua merebatur) redempturum pro nobis. Proximum erat templum S. Martini, ubi primum sacrum de Venerabili factum; stabatque in medio templo ara, dotata quidem, sed tamen non amplius impendi solita; tantum ad eam quothebdomadis feria Va conveniunt canonici.

VIa die rursum adivimus Carthusiam, et ex inventis libris duos selegimus, quos R. P. prior Liranus secum sumpsit nobis mittendos Antverpiam. Accepimus etiam apologiam pro S. Juliana, et ejus auctorem P. Hausseur apud Recollectos in transitu visitavimus. Reliquus dies Anglorum patrum hospitalitati dandus fuit, qui nobis in supremo horti sui recessu, S. Josephi dicto, paraverant prandium.

VIIa P. Godefridus ad quaedam templa visitanda egressus est; ego cum altero socio rursum adivi S. Martini collegiatam, si forte videre adhuc possem illius ecclesiae manuscripta; sed, cum abesset, qui solus monstrare poterat, frustra id fuit.

Sumpsimus ergo prandium et sub duodecimam meridianam ingressi navem, secundo Mosa, defluximus Trajectum; quo circa quintam appulsi et a sergantio quodam catholico, zeloso sene, humaniter excepti introductique, cum domo abesset P. Nisman, D. Bautvens primum, deinde vicinum ejus D. Alardum Laurentium van Eyll, canonicum, decani quondam Meys nepotem, visitavimus. Utrique gratissimus fuit aspectus noster, idque ostenderunt primus hospitale vinum ad domum nostram mittens, alter etiam domi suae manere cogens non multum reluctantes, quoniam per festos dies occupatior futurus P. Nisman erat, et parum zelus nostris poterat commodare.

VIII[a] die D. decanus Guilielmus Lipsen totum Servatianum thesaurum nobis aperuit. In quibus praeter alia plurima fusile[1] brachii S. Blasii cum particula S. Theodardi in nova ex argento inaurato theca; brachia argentea duo, S. Thomae, apostoli, et S. Mauritii ossibus brachialibus instructa, mandibulae SS. Monulphi et Gondulphi, episcoporum, duabus argenteis novi operis hermis inclusae, caput S. Servatii in herma antiqui sed perquam magnifici operis, os sacrum et spina dorsi S. Benedicti pateri laxiori imposita, ac denique eburnea capsa continens reliquias SS. Petri et Marcellini. Vidimus et parvum eburneum crucifixum, cujus pedes defluxere, orante ante ipsum Carolo duce; cujus occasione fundata ibi capella regia. Supra majus altare ingens argentea capsa est continens S. Servatii et S. Martini, Tungrensium episcoporum, lipsana. Infra hanc autem ordine collocantur quatuor argenteae capsae minores[2], quas antehac plenas ossibus innominatis D. decanus Meys curavit vacuandas, in eisque reposuit notabiles SS. Monulphi, Gondulphi, Candidi et Valentini reliquias e sacrario acceptas; religiosius fortasse quam prudentius, cum videri possint eorumdem sanctorum fuisse corpora, quae tam splendide serva-

[1]) *Fusile*, os de l'avant-bras.

[2]) Ce sont sans doute des fragments de ces châsses que l'on conserve actuellement au Musée royal d'antiquités (porte de Hal) de Bruxelles.

bantur, etsi distinctam earum notitiam oblivio sustulerit. Iisdem sanctis commune sub insigni crypta altare est, ad cujus latus est lapis sepulchralis S. Servatii per modum sepulcri elevatus est, et tapete instratus. Hec post sacrum solemne ante prandium. Post ipsum absolutasque Vesperas ducti sumus ad archivium, in quo antiqua et maxima autentica diplomata optimo ordine conservata. Interim ad aedes D. van Eyll missi sunt codices varii ad ecclesiam pertinentes, ex quibus cum otio examinatis partim nos ipsi descripsimus aliqua, aliqua prolixiora curabunt describenda praedictus dominus et D. decanus; qui nos sequenti die (erat is dedicationis templi) convivas mensae suae adhibuit. Vesperi apud P. Nisman coenavimus.

x[a] cum P. du Boys pridie advecto in carruca Aquisgranum appulimus, paucis, postquam excellentissimus D. comes de Geleyn, ad cujus alloquium frustra festinaveramus, mortem obiisset. Hinc occupatissimus rector P. Godefridus Ostersteide, maxima tamen nos caritate excepit.

xi[a] salutavimus D. archidiaconum et vicedominum Bierinx, eoque conciliante, admissi sumus ad codices omnes, qui in S. Adelberti collegiata ecclesia servabantur, ex quorum uno S. Wenceslai vitam describendam curaturi, ejus auferendi facultatem accepimus ab humanissimo sene D. Hermanno Rimberg, illius ecclesiae pastore et decano jubilario; qui etiam nobis per canonicum D. Joannem Beumers, omnes sui sacrarii reliquias, in quibus S. Hermetis, martyris, caput, ab Henrico imperatore, suo fundatore, donatas, ostendi curavit. Post vesperas omnes templi principalis reliquias atque ornamenta praecipua spectavimus coram praedicto D. archidiacono.

xii[a] summo mane ad monasterium S. Cornelii ..... progressi pedites, cum nihil istic in rem nostram praeter magnam prioris humanitatem reperissemus, sumpto jentaculo, tam mature revertimus, ut, quia in collegio differebatur prandium ultra horam 12 propter invitatos haeredem et consanguineos DD. Fuldenonum illic dyssenteria mortuorum, cum iisdem potuerimus exequiali mensae accumbere.

XIII^us dies totus pluvius fuit. Visitavimus tamen ante prandium PP. Carmelitas, post meridiem D. viduam comitissam de Geleyn, cum prius ad corpus defuncti comitis in catafalco spectabile oravissemus, et principem ejus generum cum parvula filiola salutavissemus. Inde reversos P. Rector excepit et hospitali merendula recreavit.

XIV^us dies rursum pluvius videbatur futurus; quare, et maxime propter asperitatem viarum, si uspiam, difficillimarum haud frustra apprehensam, carrucam sumpsimus, quae nos veheret Marcodurum[1], ubi templum praecipuum, cui noster rector cum titulo et potestate pastoris praeest, visitavimus, in eoque alte elevatas ferraeque cistae eleganter inclusas reliquias S. Annae salutavimus. Rector erat P. Jacobus Bock, vir industrius et perquam humanus. Notandum autem imprimis est, quod a tertio die egressus nostri aura perpetuo pluvia fuerit in hunc usque diem, nunquam tamen, cum pedites iremus aut aliquid agere vellemus, fuerimus ab ea impediti. Ex hinc favere coelum coepit et duratura serenitatis haud vana affulgere spes.

Itaque XV^a die post meridiem Eyfliam versus progressi pedites mature pervenimus Tulpiacum[2]; ubi gratuitum hospitium nobis praebuit loci consul. Dein summo mane sacris apud Capucinos peractis in iter nos dedimus, et circa meridiem pervenimus Monasterium[3], ubi ad partas exspectandum aliquamdiu fuit, dum, approbatis patentibus nostris, liceret introire; metu scilicet contagiosorum morborum suadente, ne ignoti admitteremur. Rector istic erat Georgius Schneu. Quo salutato, post refecta cibo corpora advimus templum collegiatum, SS. Chrysanthi et Dariae corporibus media in navi intraque arcam ferream honorifice collocatis spectabile. Ostensa hic nobis sunt eorumdem sanctorum capita hermis inclusa

1) *Marcodurum,* Duren.
2) *Tulpiacum,* Tolbiac; en allemand Zulch ou Zolpich.
3) *Monasterium,* Munster-Eifel.

argenteis, quae in Arenbergicam arcem bellorum metu delata, quomodo eamdem servarint ab incendio, legi potest apud P. Ray. Erant ibidem non tantum instructa satis ab impressis libris bibliotheca, sed etiam antiqua manuscripta, ex quibus unus codex nobis suggessit S. Marini translationem. Collegium et templum nostrum recens hic et satis eleganter extructum; sed hoc nondum consecratum. Sperabatur proximo novembri aperiendum. Habet autem circumquaque chorum pensilem, ut nihil officiat latitudini areae inferioris.

xvii[a] sumpto puero viae duce, ivimus in Steinfeld, ordinis Praemonstratensis abbatiam, ubi statim agniti ab abbate vidimus quaecumque in archivio erant de B. Hermanno Josepho monumenta, quorum aliqua describenda et Coloniam ad P. Kritzratt mittenda recepit abbas, imprimis processum pro ejus canonizatione formatum. Ejusdem sepulcrum ex choro ad mediam templi navem delatum et crate cinctum ferrea ibidem nunc visitur, et ante illud altare elegans scrinarii operis, ad quod postridie uterque fecimus votivum de B. Hermanno cum propria collecta. Ejusdem imago eleganter picta recens ad vicinam cornu Epistolae pilam appensa visitur; sed spectabilior multo est ingens octo pedum statua eidem sancto in veteri habitu Praemonstratensi sic posita, ut calicem sinistra, dextra teneat librum, contra quam fit in perantiqua illius imagine inter ceteros templi patronos visenda, in extima parte valvarum operientium tabulam altaris ad chorum lateralis. Patroni autem in harum valvarum uno latere expressi sunt SS. Petrus, Matthias, Andreas, infraque hos hos S. Potentinus et S. Joseph, e cujus calice rosae existunt. Interior pictura recentior est supra antiquam scilicet tabulam (quae olim majoris altaris fuit) a quodam Schoorle picta an. 1530, et historiam crucifixionis repraesentat. Similiter in sacristia pictura una supra altare est de anno 1468, et B. Josephum una cum ceteris patronis repraesentans. E regione porro ejus, quam diximus, in navi statuae grandioris, ejus-

dem magnitudinis altera stat ad pilam oppositam in habitu militari argentata, S. Potentini videlicet.

XVIIa, peractis sacris, reliquias post altare intraque illud decenter repositas vidimus sane multas; ex quibus potissimum notandas putavimus corpora SS. Potentini, Felicis atque Simplicii, quae in argentea capsa justae magnitudinis et antiqui operis conservantur, unam B. Hermanni maxillam, et in alio reliquiario vertebram ex collo ejus; cetera ejus ossa necdum Colonia revecta sunt, quo fuerant ante pacem Francicam delata. Ibidem post altare, erat etiam S. Wenceslai brachium, et de cranio B. Rodulphi Rauburgensis episcopi. Ex utroque etiam chori latere, juxta altare, erant repositoria reliquiarum veteribus reliquiariis inclusarum, inter quas de ossibus B. Hildegundis, et pars cilicii S. Norberti, ejusmodi ut per modum zonae corpus cingat, ad quam per utrumque humerum similis latitudinis limbus decurrens infra pectus scapulasque zonae conjungitur, hoc qui in margine exprimitur modo[1].

XVIIIa Kylostadium vulgo *Stadt-kyl* deducti ibi pernoctavimus, et postero die pervenimus Prumiam; in quo oppido familiae 40, communnicantes 120 numerabantur. Prior D. Cosmas, ex prioratu S. Pantaleonis Coloniae assumptus, istic nos anno 1660 transeuntes noverat, et S. Albini corpus humaniter ostendi jusserat. Ergo nunc quoque pari nos excepit humanitate; et deductis ad bibliothecam jussit omnia exhiberi. Monstratum itaque est manuscriptum Reginonis chronicum velut autographum; sed longe serius scriptum esse tum ipse poterat docere character, tum ea, quae in fine ejus reperit P. Alexander Wiltheim, annum et nomen scriptoris notantia. Cum autem in quodam codice invenissemus aliquid de S. Remigio scriptu dignum, ipse prior sua in manu descripsit, et eadem hebdomade Treviros misit. Visitur in

[1]) Le dessin dont parle l'auteur ne se trouvait pas sur la copie qui nous a été fournie.

templo Clotharii regis sepultura, utrimque autem ad tabulam altaris stant aliae duae, quarum una ostendit comitem jactu sagittae sua bona Deo transcribentem in campo, altera eamdem sagittam coram celebrante abbate super altare delatam. Ipsum sagittae ferrum vidimus, deinde et reliquias ceteras, plerasque minoris momenti, scilicet digitum S. Joannis Baptistae[1].

[1]) C'est ici que se termine la relation du voyage littéraire des pères Papebrochius et Henschenius. Il est évident que le document est incomplet. La copie du document nous a été communiquée par M. Van Spilbeeck, chanoine régulier de l'abbaye de Tongerloo et vicaire à Verviers.

Rapport adressé au Souverain Pontife Innocent XI par Gilbert de Choyseul, évêque de Tournai, sur l'état de son diocèse en 1678[1].

SOMMAIRE DE LA TROISIÈME ET DERNIÈRE PARTIE DU RAPPORT.

Choyseul consacre la troisième partie de son rapport à se justifier de l'accusation de Jansénisme, dont il ne dissimule pas être l'objet. Il espère qu'après avoir entendu ses explications, le Saint-Père sera détrompé.

Au commencement, dit-il, on n'appelait Jansénistes que ceux qui se déclaraient partisans de Jansénius, ou qui soutenaient, ou du moins paraissaient soutenir, les cinq propositions condamnées; mais maintenant il suffit de défendre les principes de morale et de discipline fondés sur l'Evangile et le droit ecclésiastique, pour être suspecté de Jansénisme. Quant à sa doctrine sur la grâce, il espère prouver clairement son orthodoxie; mais quant à la morale et à la discipline, il serait heureux d'avoir donné lieu aux accusations de ses adversaires.

Après avoir déclaré qu'il se soumet entièrement aux décisions du Pape, il assure avec serment n'avoir jamais pris la défense du Jansénisme.

Il avoue avoir soutenu que la condamnation des cinq propositions n'impliquait pas celle de saint Augustin et de saint Thomas; ce qui lui a valu la haine des Molinistes.

Par commission du Roi, il entendit Ferrière, Lalanne et Girard; et il croyait, qu'après les explications données de part et d'autre, on n'accuserait plus personne de Jansénisme. Il est vrai que plus tard les Molinistes voulurent forcer les Jansénistes à attester par serment que les cinq propositions étaient contenues dans l'*Augustinus;* mais ceux-ci convaincus du contraire s'y refusèrent, soutenant que si les Papes Innocent X et Alexandre VII avaient fait une déclaration en ce sens, c'est qu'on les avait trompés.

Silence respectueux; — obéissance et acquiescement extérieur; — question des définitions de faits; — sa conduite pratique à cet égard.

[1]) Suite. — Voyez ci-dessus p. 49 et 133.

C'est à son insu que sa lettre au Roi a été imprimée. Comme on ne l'a point critiquée, il la croit irrépréhensible; toutefois, si elle renferme quelque erreur, il la rétractera.

Il déplore, qu'après avoir tant travaillé pour faire cesser les discussions, elles recommencèrent de nouveau. Il demande au Pape d'interposer son autorité, et lui promet que toute l'église Gallicane s'y soumettra.

Parvenu, après de longues études, à résoudre les questions agitées, et voyant les parties d'accord pour ne rien dire de part ni d'autre contre les décisions portées, il s'étonne qu'on discute avec tant d'animosité une question de fait. A cette occasion, il expose le sens qu'il donne aux cinq propositions condamnées, et il explique les moyens auxquels recourent les Jansénistes pour soutenir qu'elles n'expriment pas la doctrine de leur maître. Il examine chacune des cinq propositions, et il leur donne un sens qu'il soutient être catholique. Ainsi interprétées, ces propositions sont de Jansénius. Il continue à donner des explications sur le Thomisme et le Molinisme.

Le Saint-Siége n'a pas déterminé le sens des cinq propositions. Les Jansénistes, craignant que, s'ils les expliquaient comme il vient de le faire, cette explication courrait risque d'être condamnée, préfèrent soutenir qu'elles ne se trouvent pas dans l'*Augustinus*, sous-entendant en tant qu'on leur donne un sens hérétique. Il est évident qu'ils doivent faire cette restriction, car la première proposition est mot pour mot dans Jansénius.

Il fait ensuite de nouvelles considérations sur les grâces efficaces et suffisantes, sur le libre arbitre, la prédestination; il cite saint Augustin, des textes de l'Ecriture etc., et il insinue que la principale cause de cette discussion irritante est de vouloir pénétrer les secrets de Dieu, et le sens des mystères. Il trouve qu'il y a des exagérations aussi bien du côté des Jansénistes que du côté de Molinistes.

Si le Saint-Père adoptait la doctrine qu'il a exposée, les disciples de saint Augustin, les Thomistes et les Jansénistes, conserveraient leur opinion sur la grâce efficace par elle-même, les Molinistes n'auraient plus à se plaindre qu'on nie le libre arbitre, et l'on saurait en quel sens sont condamnées les cinq propositions.

S'il rendait publique sa manière de penser, il serait combattu tout à la fois par les Jansénistes et par les Molinistes; aussi s'en est-il bien gardé. Mais il croit devoir parler ouvertement en s'adressant au chef de l'Eglise.

Si le reproche de Jansénisme n'avait pour objet que la doctrine sur la grâce, ce qu'il a dit suffirait bien pour sa complète justification; mais comme Jansénius pratiquait la vertu d'une manière conforme à l'Evangile, et que ceux qui se disent les disciples de saint Augustin, et qu'on appelle Jansénistes, ont une vie réglée et mettent au jour d'excellents ouvrages de morale pour s'opposer au laxisme et au probabilisme, n'eussent-ils jamais parlé de la doctrine de Jansénius, on leur donne le nom de Jansénistes, nom qu'on a su rendre synonyme d'hérétique, d'impie, de séditieux, etc.

Les prétextes pour accuser de Jansénisme sont nombreux : il n'en finirait pas s'il voulait les énumérer tous. Il ne signalera que les principaux.

Les laxistes ne peuvent souffrir qu'on soutienne la nécessité de l'amour de Dieu. Ils prêchent partout que l'ignorance du droit naturel excuse de tout péché; ils trouvent mille moyens pour pallier la simonie et l'usure; ils relèguent à peine parmi les conseils évangéliques le pardon des injures, et ils tolèrent les occasions prochaines.

Les probabilistes enseignent qu'il suffit de s'appuyer sur l'opinion d'un seul auteur pour former sa conscience, que les hérétiques qui sont dans la bonne foi peuvent se sauver, etc., quoique ces principes aient été condamnés par des évêques et même par le Saint-Siége; on appelle Jansénistes ceux qui les combattent. Si un évêque élève la voix contre les comédies, les danses lascives, les cabarets, s'il défend aux clercs de porter des habits séculiers, de prendre part à des chasses bruyantes, c'est un Janséniste.

Si en défendant le culte de la sainte Vierge et des saints contre les hérétiques, on veut cependant combattre les abus auxquels il donne occasion, en défendant de les regarder comme des rédempteurs et des médiateurs en première ligne, on vous appelle Janséniste. Quoi de plus dangereux que de conserver les apparences de la piété, et de ne pas pratiquer la vertu?

Il ne se contentera pas d'éloigner de lui tout soupçon de Jansénisme spéculatif; il veut aussi qu'aucun soupçon ne plane sur sa pratique, et il l'expose.

Il soutient que l'amour de Dieu est nécessaire au pénitent; on peut soutenir l'opinion contraire; mais dans l'incertitude de savoir de quel côté est la vérité, il prend le parti le plus sûr.

Pour ce qui est de l'ignorance du droit naturel, il s'en rapporte à ce qu'il a dit dans la lettre qu'il a écrite au recteur des Jésuites de Courtrai, qui est connue de Sa Sainteté. Il a déjà parlé de la simonie.

En ce qui concerne l'usure, il s'est expliqué dans un écrit qui a été approuvé par le père Pierre Bolle, Jésuite. Il soutient que l'usure est défendue de droit divin : il entre à ce sujet dans quelques explications.

L'obligation de pardonner à ses ennemis est clairement imposée par l'Evangile ; et il ordonne aux confesseurs de refuser l'absolution aux vindicatifs. Il soutient qu'il faut refuser l'absolution, non seulement à ceux qui sont dans l'occasion prochaine, mais qu'il faut traiter de la même manière ceux qui ne restituent pas le bien mal acquis, ceux qui ignorent les mystères essentiels de la foi, et ceux qui vivent dans l'habitude du péché sans faire d'efforts pour se corriger. Il explique ensuite ses principes en cette matière en cinq paragraphes, et il indique trois règles à suivre à l'égard de récidivistes : règles qu'il dit avoir été celles de saint Charles Borromée.

Si sa pratique est trop sévère, il la modifiera si le Pape l'exige; mais il croit plutôt être trop facile, quand il compare la discipline de la primitive Eglise avec ce qui se fait actuellement.

Il discute ensuite la doctrine des probabilistes, et il s'efforce de prouver combien elle est pernicieuse. Il attaque avec autant d'adresse que de vigueur leur principe de la probabilité extrinsèque, et il soutient que l'opinion de plusieurs auteurs, fussent-ils des docteurs de grand nom, ne peut dispenser de se conformer à l'Ecriture, aux canons etc. Il nie la possibilité de se former la conscience en pareil cas. Il s'en rapporte encore à ce qu'il a dit sur cette question dans sa lettre au recteur des Jésuites de Courtrai.

Il appuie sa critique d'un exemple. Il cite une thèse qui avait été, ou devait être soutenue par un Récollet de Lille. Il en démontre la fausseté, et cependant on lui a montré deux ouvrages de religieux Franciscains qui ont soutenu la même opinion. Qu'on juge de sa douleur, en le voyant obligé de réprimer de tels excès.

Il arrive enfin aux accusations qu'on a faites contre lui, à l'occasion du concours qu'il a prêté pour la publication des *Monita salutaria B. Virginis ad cultores suos indiscretos*. Cet opuscule, écrit en latin, fut traduit en français par un prêtre honnête et pieux qui lui demanda la

permission de faire imprimer sa traduction. Après avoir fait lire par des théologiens, et avoir lu lui-même cette ouvrage, n'y ayant rien trouvé que de bien écrit et de propre à combattre les superstitions, de même qu'à justifier les pratiques de l'Eglise contre les calomnies des hérétiques, il en a permis l'impression.

Cette publication excita de la part de ceux qui confondent la superstition avec la religion, des réclamations comme si la religion était en péril. Il fit alors une lettre particulière dans laquelle il établit en quoi devait consister le culte de la sainte Vierge, et il envoya cette lettre, assez longue, au cardinal Bona, et à plusieurs évêques. Il en fit ensuite une traduction latine.

Dans l'entretemps, Clément X défendit la lecture des *Monita*, sans toutefois infliger au libelle aucune note flétrissante. — Défense qu'il a faite à l'imprimeur de la lettre pastorale en latin d'y joindre le texte des *Monita*. — Sa lettre pastorale approuvée par le cardinal Bona et des évêques doctes et pieux. On a cherché à la faire condamner, mais la sacrée Congrégation, trop éclairée pour se laisser circonvenir, en a fait l'éloge[1].

Il revient sur l'affaire des Récollets de Lille. Le provincial lui a répondu qu'il ne pourrait sans scandale empêcher la défense de la thèse dont il a été question.

On lui a apporté en outre un livret de thèses parmi lesquelles figure cette proposition : *La fréquente confession et communion, et le culte de la sainte Vierge sont des signes de prédestination, même pour ceux qui vivent d'une manière mondaine.* Il crie à cette occasion au scandale et à l'impiété. — Cette thèse est imprimée; elle devait être soutenue par les Récollets de Namur; mais l'évêque s'y étant opposé, on la fit soutenir à Liége.

Pour prouver au Saint Père, combien on se passionne pour soutenir des erreurs, il lui envoie la lettre du provincial des Récollets. On y fait valoir de faibles raisons, mais on cite nombre de graves auteurs. Sa Sainteté y verra une preuve des dangers et du mal qui

[1]) Croirait-on qu'au moment où Choyseul formulait ainsi son jugement sur les *Monita*, ce libelle avait déjà été jugé quatre fois par la cour de Rome? Il fut condamné le 16 juin 1674 et le 17 novembre suivant par l'Inquisition romaine; le Saint-Office le condamna à son tour en 1675 avec censures qualifiées; enfin un décret de l'*Index* du 22 juin 1676 lui infligea une nouvelle flétrissure.

résultent de la multiplication des ouvrages théologiques ou plutôt de fausse théologie. Ces livres deviennent si nombreux, que les censeurs n'ont plus le temps de les lire; et le désir de discuter des thèses nouvelles, fait soutenir les choses les plus monstrueuses, dès qu'on sait les appuyer de quelques raisons vraisemblables. Ces livres une fois imprimés servent de point d'appui aux probabilistes, et les erreurs deviennent des vérités. Il est bien à désirer que l'autorité du Saint-Père rémédie à cet état de choses. Il faudrait pour cela interdire la lecture d'un grand nombre d'ouvrages; car, si on excepte les œuvres des saints, il est bien peu d'auteurs qui soient exempts d'erreurs et qui ne favorisent pas le laxisme; tant est grande la force de l'exemple !

Il finit en protestant de sa soumission au chef de l'Eglise, et en promettant de regarder comme dictés par l'Esprit-Saint les jugements qui seront portés sur tout ce qu'il lui a exposé. Comme son rapport contient des points qui intéressent non-seulement son diocèse, mais toute l'Eglise, il supplie le Pape de lui répondre. Son rapport ne renferme rien de superflu. Il l'a commencé avant la Noël, mais ses fonctions épiscopales ne lui ont permis de le terminer que le deuxième dimanche après Pâques. — Allusion tirée de l'Evangile du bon Pasteur dont il fait une application au Pape.

Enfin il réclame l'indulgence du Souverain Pontife, pour tout ce qu'il pourrait remarquer de défectueux dans le rapport écrit par parties, dans des temps différents, et aussi sous des impressions qui ont pu lui laisser échapper des expressions trop vives, ou qu'on pourrait taxer d'imprudence ou de témérité. Il révoque tout ce que le Pape n'approuvera pas.

Sane, Beatissime Pater, cum omni ratione enitar collapsam disciplinam pietatemque sartam tectam conservare, male audio apud nonnullos, qui scilicet benevole paterneque reprehendi aegre patiuntur, vellentque consui pulvillos sub omni cubito, ac mollioribus laxioris doctrinae principiis semper indulgere, ut hactenus indulserant; mihi latenter tamquam Jansenistae obloquuntur. Ut autem hanc a me propulsem injuriam, Beatissime Pater, patiatur, quaeso, sanctissima Humanitas Vestra, ut intima animi mei sensa in paternum Beatitudinis Vestrae sinum effundam.

Initio, Beatissime Pater, ii dumtaxat habebantur Jansenistae, qui vel Jansenio patrocinabantur, vel quinque propositiones, quas occasione libri Jansenii damnaverat Innocentius X, defendebant, vel certe defendere credebantur. Jam non solum abstrusior de gratia Christi sententia, sed securior de moribus doctrina, castum disciplinae ecclesiasticae studium et exacta ad Evangelii canonumque regulas institutae vitae ratio, nihil nisi Jansenismum spirare videntur.

Quantum attinet ad doctrinam de gratia, spero fore, ut me ab omni erroris suspicione facile vindicem, cum meam Vestrae Sanctitati mentem aperuero; quod autem spectat ad mores et disciplinam, quam felix esset accusatio, Beatissime Pater, si illam promererer! Sed, quam vereor, ne apud Deum ea prorsus indignus inveniar! Utut sit, quidquid credidero Jansenismi mihi notam inurere explicabo, paratus scilicet sine ulla aequivocatione, a qua semper abhorrui, sincere improbare, quod Vestra Sanctitas improbaverit, damnare quidquid damnaverit, et meas agendi sentiendique rationes, me denique totum Apostolatui Vestro subjicere.

Hoc possum coram Deo profiteri, Beatissime Pater, me numquam Jansenii patrocinium suscepisse, et quinque propositiones damnatas damnavisse semper ex animo. Fateor equidem, cum primum damnatae sunt istae propositiones ab Innocentio X, audiremque a temerariis quibusdam theologis hanc injuriam fieri Apostolicae Sedi, ut scilicet assererent ab ea damnatam esse sanctorum Augustini et Thomae Aquinatis doctrinam, me voluisse ab eorum calumniis tantorum Ecclesiae doctorum nomina vindicare, meque, cum Innocentii constitutionem promulgavi, declarasse illibata semper manere sanctorum Augustini et Thomae dogmata; quod in me Molinistarum omnium invidiam, odium, furorem concitavit. Nihilominus tamen cum ipse ego post aliquot annos fuissem evocatus a rege tamquam alienus ab omnibus partium studiis tempore Alexandri VII, ut contentiones ecclesiae Gal-

licanae conarer componere, et pater Ferrerius Societatis Jesu, qui regi deinde fuit a confessionibus, duoque ex primariis inter eos, qui Janseniani credebantur, Lalannius scilicet et Girardus, multis coram me de Jansenii doctrina habitis colloquis, saepius amice et pacifice, nomine suarum utrimque partium, inter se communicassent, putaveram neminem deinceps jure merito Jansenismi accusari posse. Res enim eo tandem devenerat, ut singulis catholicarum scholarum, licet dissidentium, Thomistarum scilicet et Jesuitarum, more sua sensa depromentibus, et scriptis hinc inde Romam missis, Alexander VII, sanctissimus pontifex, omnes catholice loqui intellexisset, ac gaudere se testatus esset, nullam superesse haereseos suspicionem. Cum autem nemo ab eo tempore novam suspicandi occasionem dedisset, existimaveram Jansenismum jam fuisse ad phantasmata aut puerorum terriculamenta amandandum. Verum quidem est post Ferrerii Lalanniique ac Girardi collocutiones, recruduisse adhuc disputationes, quia hoc nempe superfuerat inter utramque partem dissidium, quod, qui Molinistae dicebantur, eos, quos vocabant Jansenistas, vellent adigere, ut faterentur, imo et jurejurando testarentur quinque damnatas propositiones apud Jansenium reperiri; ni facerent, in sanctam Sedem perduelles et haeretici haberentur; Augustiniani autem, vel certe qui eo nomine gloriabantur, assererent sibi proprio privatoque studio compertum esse, eas quinque propositiones nullatenus ad Jansenium pertinere, atque adeo se non posse citra mendacium eas declarare Jansenianas; quod autem tales esse decrevissent apostolicae constitutiones, id obreptione vel subreptione evenisse, ex oscitatione forsan, vel nimia Molinistis credendi facilitate eorum, quibus Innocentius X et Alexander VII, summi pontifices, legendi et examinandi Jansenii provinciam demandaverant. Cum autem in dies magis ac magis ferveret contentio, Jansenii amici promiserunt, ne viderentur Sanctae Sedi contradicere, imo ut summam erga sanctissimos

pontifices observantiam testarentur, se suam super Jansenii facto sententiam alto silentio sepulturos, atque adeo quinque propositiones sincere damnando, sed eas Jansenio nec asserendo, nec abjudicando, dogmati fidem, facto reverentiam habituros. Cumque jam ipse ad meam Convenarum ecclesiam reversus essem, accepissemque eos adhuc utrimque acriter de facto disputare, cum Jansenistarum super sui Jansenii facto silentium non sufficere clamarent Molinistae, ut constitutionibus apostolicis satisfieret, ad regem scripsi, ratus me teneri totum, de quo agebatur, negotium, explicare. Significavi ergo christianissimo principi, etsi maximum haberi oporteret honorem constitutionibus apostolicis, neminem tandem censendum esse haereticum, aut in Ecclesiam perduellem, vel schismaticum, quamvis a definitione facti recederet; cum tota universalisque Ecclesia circa singularia facta, quae nulla revelatione innotescunt, errori obnoxia sit, et re ipsa aliquando erraverit; cujus sententiae, et indubitatae ac certissimae, patronos habemus summos sanctissimosque pontifices Pelagium II, Gregorium Magnum; inter recentiores rerum ecclesiasticarum tractatores eminentissimos cardinales Bellarminum, Pallavacinum, inferioris conditionis inter eruditos primae notae Jesuitas, Sirmondum, Petavium, aliosque catholicissimos et sanctae Apostolicae Sedi devotissimos theologos. Secus autem omnino sentiendum esse aiebam de dogmatibus; circa quae Ecclesia falli nullatenus potest. Porro curandum esse semper monui quotquot fidei meae crediti erant, ne facile etiam in facto a summorum pontificum definitionibus recederetur, cum eos in rebus omnibus ad regimen Ecclesiae pertinentibus singulari quadam gratia et Spiritus sancti impulsu ut plurimum moveri credendum sit; nec usque adeo temerarius fui, Sanctissime Pater, ut dixerim senserimve errasse circa factum Innocentium X et Alexandrum VII; sed tantum significavi periculosum esse eos, qui solius facti definitioni contradixissent, tanquam haereticos insectari; multi magis eos,

qui non contradixissent, sed solummodo tacuissent, si modo aliunde damnata dogmata damnarent ex animo.

Haec dumtaxat egi et docui, Sanctissime Pater, circa Jansenii negotium. Cum vero mea ad regem epistola, etiam me inscio, typis mandata fuerit, nec eam quisquam reprehenderit, existimavi, Sanctissime Pater, me a nulla omnino veritatis atque Ecclesiae lege recessisse. Si quid peccavi, ignorans feci; errorem autem, si quem Sanctitas Vestra monstraverit, emendare paratus sum. Ceterum cum deinde tempore Clementis IX, optante rege, gratulante sanctissimo pontifice, maximi nominis praesules Gallicani iisdem pacandis sopiendisque contentionibus felicissime studuerint, res ad exitum perducta sit, paxque Ecclesiae reddita, non satis deflere possum ea interim jurgia renovari. Non dubito porro, quin tota Gallicana ecclesia, Beatissime Pater, vestris pedibus libenter advolvatur, ut Sanctitati Vestrae supplicet etiam atque etiam, ut tandem istis discordiis modum imponat, easque sua authoritate compescat.

Profecto, Beatissime Pater, cum diu altisque cogitationibus omnes illas quaestiones revolverim, et Scripturam sacram, ipsiusque sancti Augustini libros meditatus, diligentius apud me perpenderim, quid tandem causae esset, cur tantis animorum et contentionum aestibus, post tot libros, tot scripta, tot colloquia, adhuc agitaretur Ecclesia, etsi de doctrina partes convenirent, vel certe ita loquerentur, ut sibi invicem nihil contra fidem exprobrare possent, cur unum nullius momenti factum totam discinderet Ecclesiam, comperi, ut credo, Beatissime Pater, omnino latuisse hujusce disputationis arcanum, et in hoc hactenus deceptum fuisse orbem christianum, quod crediderit versari circa factum disceptationem.

Precor, Sanctissime Pater, ut Vestra Beatitudo, quae dixero, aequi bonique consulat, cum omnia vestrae censurae, vestroque omnino judicio submittam. Ut autem occulta haec machinatio detegatur, videndum est, quaenam sit vera Jansenii,

quae ejus adversariorum doctrina; utraque enim exacte perspecta, hoc ipsum, quod dixi, credo nullo negotio consecuturum.

Nemo, ut opinor, inficiabitur, Beatissime Pater, totius Jansenianae doctrinae cardinem esse : Omnem Christi gratiam esse per se efficacem, eamque semper effectum sortiri, ad quem proxime et immediate a Deo data est, ita ut, ubi deficit ista gratia, cupiditas tyrannice dominetur. Nemo etiam, ut arbitror, dubitabit praecipuum antijansenianae doctrinae caput esse, hominem etiam in statu naturae lapsae ita esse liberum libertate, quam vocant, indifferentiae, ut non modo in sensu diviso, ut loquuntur Thomistae, sed etiam in sensu composito proxime possit voluntatem ad utramque partem pro suo arbitrio flectere. His autem principiis utrinque constitutis, certum est, Sanctissime Pater, nisi penitius gratiae mysterium inspiciatur, pauloque altius animus assurgat, ex illa necessaria per se gratiae efficacitate, vel cupiditatis tyrannide, quam tuetur Jansenius, inde necessaria quadam ratione sequi quinque propositiones ab Innocentio X damnatas in sensu naturali et cujuslibet animo primum obvio certas esse et veras.

Prima earum quinque propositionum ea est : *Aliqua Dei praecepta ab hominibus justis, volentibus et conantibus secundum praesentes, quas habent, vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant.* Durissimis sane verbis exprimitur; sed, si singula enucleatius examinentur, posita gratiae per se efficacitate tamquam certo et catholico principio, quisquis intra naturalis dialecticae limites steterit, et suae ratiocinationi indulserit, non solum nihil in ista propositione damnandum, sed etiam totam catholicam, veram, sanctissimam esse judicabit. Cum enim gratia sit necessaria ad singulos pietatis actus, si aliunde nulla sit gratia, quae non sit per se efficax, certum est eos etiam justos, qui volunt et conantur mandata Dei adimplere, nec adimplent, ea non posse adimplere, quia scilicet iis deest gratia ad id

necessaria. Si enim adfuisset, sine dubio adimplessent, cum omnis gratia sit semper per se efficax, nec suo unquam privetur effectu. Ubi autem deest gratia, in ejus locum succedit cupiditas, quae voluntatem in contrariam partem rapit; ac propterea et ex defectu gratiae, vires infirmae voluntati suppeditantis, et ratione concupiscentiae, cui servit voluntas, si absit charitas, mandata Dei impossibilia sunt, quantumvis ea adimplere velint et conentur, qui ea non adimplent, parva scilicet et invalida voluntate. Si vero dicatur eos nec velle nec conari sine gratia, atque adeo illius gratiae auxilio, quo adjuti volunt et conantur, posse etiam mandata adimplere, reponetur falsam esse consequentiam; quia, cum omnis gratia sit per se efficax, et eum semper sortiatur effectum, ad quem data est, illa quidem gratia, qua adjuti sunt, qui tantum volunt et conantur, nec tamen adimplent, non est data ad ulteriorem effectum; alioquin eum produxisset; sed sistit in eo precise gradu, ad quem concessa est a Deo, cumque fortior seu major ac robustior, ut Augustini utar vocabulo, data non sit, ita nec reddit volentibus et conantibus mandata Dei possibilia, et deest ipsis eo sensu gratia, qua possibilia fiant. Haec consecutio justa est, nec ullus dialecticus eam negaverit. Ipsa etiam propositio omnino Janseniana est, et non solum eo sensu, sed et totidem verbis apud Jansenium reperitur lib III. *de gratia Christi Salvatoris*, cap. 13.

Secunda propositio haec est : *Interiori gratiae in statu naturae lapsae numquam resistitur*. Demonstrative videtur, Sanctissime Pater, sequi ex necessaria gratiae efficacitate. Qui enim potest gratiae resisti, hoc est ejus effectus impediri, si ex sua natura per se talis sit, ut nunquam illo privari possit? Hoc nemo negaverit, qui non excesserit humanae ratiocinationis modum.

Eadem ratio est tertiae propositionis, quae his verbis concipitur : *Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed suf-*

ficit libertas a coactione. Si enim omnis Christi gratia per se efficax est, sane quicunque agit per gratiam, necessario bene agit, christiane agit; qui autem sic agit, meretur; ergo ad merendum libertas a necessitate non requiritur. Qui vero caret illa gratia, necessario male agit; qui autem male agit, demeretur; ergo nec libertas a necessitate requiritur ad merendum. Necessaria est consequentia ex regulis humanae rationis.

Quarta propositio duas partes complectitur, altera ad historiam pertinet, nec potest esse de fide, altera dogmatica est. Talis est autem : *Semipelagiani admittebant praevenientis gratiae interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, et in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.*

Sine dubio, si nostrae rationis naturalis lumine ducamur, concludemus, statuta semel omnis gratiae per se efficacitate tamquam fidei principio, quod docet Jansenius, haeretice loqui eum, qui dixerit humanam voluntatem pro suo arbitrio posse, cum libuerit, vel resistere, vel obtemperare gratiae interiori. Si enim suo effectu non possit privari, necessario sequi videtur eam ita victricem esse omnis affectus humani, ut non solum a nullo duro corde respuatur, ut loquitur Augustinus, sed nec respui possit; atque adeo Semipelagianos in eo fuisse haereticos.

Quinta demum propositio haec habet : *Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.* Horrenda videntur ista verba, et verbis Apostoli contraria. Paulus enim ait : *Christum pro omnibus mortuum esse.* Si tamen omnis gratia est per se efficax, necessario sequitur eos, qui nihil unquam de Christo audierunt, atque adeo qui nihil fecerunt, quod ad salutem aeternam conducat, nullam unquam Christi gratiam habuisse; pro eo autem, qui nullam Christi gratiam habuit, non videtur Christus esse mortuus, ac propterea recurrendum est ad multas loci

B. Pauli interpretationes, quae videntur hauriri posse ex libris beatissimi Augustini.

Non dubito, Beatissime Pater, (ut Vestrae Sanctitati, quae Dei locum obtinet in terris, et vicariam Christi authoritatem exercet, mea cordis arcana penitissimosque recessus aperiam) quin istae quinque propositiones eo sensu, quo eas interpretatus sum, ad Jansenium pertineant, si non iisdem, certe aequalibus verbis; et quin puram et genuinam ipsius doctrinam contineant. Sed mihi etiam indubitatum est, in nullo alio sensu debere huic authori adscribi. Si enim diceretur Jansenium absolutam docuisse mandatorum Dei impossibilitatem, ita ut intelligat ea neque etiam cum gratiae auxilio posse a quocumque justo volente et conante adimpleri, vel nullo modo resisti unquam gratiae, aut ejus effectum impediri, ita ut accepta semel gratia nunquam amittatur; vel viatores, qui merentur aut demerentur, non esse liberos a necessitate in sensu diviso, ita ut ex naturae et voluntatis volubilitate et flexibilitate, quae in hac vita semper perseverat, possit modo consentire gratiae, modo dissentire; vel Semipelagianos fuisse haereticos, quia hoc assererent; vel denique Christum non fuisse mortuum pro omnibus omnino hominum conditionibus, seu, ut loquuntur scholastici, pro generibus singulorum, si de ejus mortis fructu et efficacitate loquamur, seu etiam pro singulis generum quoad sufficientiam pretii, ut iidem loquuntur scholastici, sive in alio etiam quolibet sensu volverentur istae quinque propositiones, plane calumnia esset, ut patere potest cuilibet ipsius Jansenii librum consulenti. Explicata Jansenii doctrina, expositisque, quae ex ejus principio sequuntur, conclusionibus, precor Sanctitatem Vestram, ut patienter ferat, antequam mysterii adita ingrediar, me ejus adversariorum mentem etiam expendere.

Ipsi tanquam indubitatum fidei principium statuunt, hominem post peccatum ita remanere perfecte liberum, ut, quocumque voluerit, etiam in sensu composito, flectat et

flectere possit voluntatem suam, neque concupiscentiam, aut gratiam unquam dici posse victricem; sed libero arbitrio utramque ita subjici, ut, prout ipsi placuerit, reddatur inefficax gratia, quae omnibus saltem fidelibus, et maxime justis, ad omne opus bonum sufficiens omni tempore praesto est.

Ex hoc autem dogmate, sistendo etiam, ut de Jansenio diximus, intra limites dialecticae naturalis et humanae ratiocinationis, necessario sequitur falsissimum esse dogma Jansenianum, et quinque propositiones inde consequentes, atque in ejus sensu intellectas, esse plane impias, et anathemate dignas. Enimvero, Sanctissime Pater, si catholica veritas docet libertatem indifferentiae a nobis, sub gratia aut concupiscentia constitutis, conservari etiam in sensu composito, falsum est et haereticum omnem gratiam esse per se efficacem, aut nos necessario a concupiscentia abripi; cum possimus etiam potentia, ut loquuntur, proxima, et pro voluntatis arbitrio resistere gratiae, et concupiscentiam vincere per gratiam sufficientem, quae nunquam deest.

Apud Jansenianos igitur haereticum est et semipelagianum, hominem in statu naturae corruptae liberum esse ab omni necessitate sive gratiae per se efficacis, sive dominatricis concupiscentiae, et pro sua indifferentia et voluntatis arbitrio posse se ad bonum aut malum in sensu composito flectere. Et apud Molinistas, manichaeum, lutheranum, calvinianum est ita esse per se efficacem gratiam, ut necessario voluntatem determinet, nec indifferentem relinquat.

In tanta sententiarum discrepantia, mirum non est, Sanctissime Pater, si reipsa non convenerint Janseniani et Molinistae, licet aliquamdiu visa fuerit sopita eorum contentio. Sed cur tamdiu creditum sit, eos dumtaxat de uno facto disputasse, declarare non ita facile est. Dicam autem, quid sentio.

Credo, Beatissime Pater, cum Sedes Apostolica nunquam determinaverit, quis tandem esset iste sensus, in quo quinque propositiones damnaverit, timuisse Jansenianos, ne, si clare

sensum Jansenii explicarent, ut modo explicui, et quinque propositiones in eo sensu Jansenio assererent, eas in eo etiam sensu damnarent sanctissimi pontifices; atque adeo actum esset de suo Jansenio, quem ab omni errore volebant penitus vindicare; cum autem quinque propositiones possent etiam pati alios sensus, sine ulla dubitatione plane erroneos, maluisse dicere propositiones quinque in Jansenii libro non jacere (eas scilicet subintelligendo in aliis sensibus) quam in proprio et nativo Jansenii sensu ipsas cum tanto sui authoris discrimine tueri et defendere. Hoc certe videre est in propositione prima, quam totidem terminis apud Jansenium reperiri qui negaverit, plane caecutiat. Cum enim super ea urgerentur, eam ingeniose declinarunt, non negando propositionem esse apud Jansenium, sed dicendo eam, quatenus ab Innocentio X damnata est, universalem esse, ita ut damnaverit Innocentius eam propositionem tanquam assereret, non solum quibusdam justis volentibus et conantibus impossibilia esse quaedam mandata Dei, sed quibuslibet et omnibus justis, adeo ut omnino et omnibus essent impossibilia; quod longe abest a sensu Jansenii. Et cum dicat Innocentius X in sua constitutione eam esse anathemate damnatam, defensores Jansenii dixerunt eam propositionem non esse Jansenii, sed Lutheri Calvinique, qui asserunt omnino impossibilia esse Dei praecepta, blasphemiam a concilio Tridentino damnatam; cumque omnis propositio magis penes sensum, quam penes verba attendenda sit, eam abjudicarunt Jansenio. Ceteras autem, cum non iisdem omnino verbis apud Jansenium existant, constantissime negarunt eas esse Jansenianas; sed, si coram Deo loqui cogerentur, assererent sine dubio credere se quinque propositiones istas in sensu gratiae per se efficacis, qui genuinus sensus est Jansenii, esse veras, et omnino Jansenianas; suorum autem adversariorum principium esse falsissimum, et ad semipelagianismum amandandum. E contra autem, si suam sententiam rogarentur antijanseniani, assererent profecto non

modo quinque propositiones in quolibet sensu esse haereticas et impias, sed adversariorum principium, omnis gratiae videlicet per se efficacis, aut tyrannice dominatricis cupiditatis, esse falsissimum, eo saltem sensu, ut non detur aliqua gratia sufficiens ad ulteriorem effectum, quam ad eum, quem producit.

Certe Thomistae etiam recentiores in eo a Molinistis dissentiunt, quod isti nullam gratiam per se efficacem esse asserant; illi autem e contra. Sed in eo utrique conveniunt adversus Jansenium, quod praeter gratiam efficacem admittant quasdam gratias sufficientes, quibus saltem verbotenus reddantur mandata Dei omnibus possibilia, ita ut praevaricatores nullam excusationem mereantur. Hoc autem non intellexit Jansenius, et meram putavit esse cavillationem, adeo ut, cum docuerit omnem Christi gratiam ita esse per se efficacem, ut eum effectum, ad quem proxime datur, semper sortiatur, non dubitaverit asserere eum, qui non implet mandata Dei, carere omni gratia, etiam sufficienti, qua possibilia fiant; et audacter etiam confessus sit, veras esse omnes alias conclusiones, quae ex suo principio naturali ratiocinatione consequuntur.

Sed pace tanti viri dixerim, Sanctissime Pater, in eo mihi videtur graviter hallucinatus, quod, cum coeperit agere theologum, ad philosophiam dialecticamque deflexerit, nec satis audaci volatu ad veritatem assurrexerit. Quod etiam de Molinistis confidenter asseruerim, Beatissime Pater, adeo ut meo quidem judicio ex utraque parte aliquid veri dixerint; sed totam veritatem non assecuti sint; quia utrique ratione humana innixam esse putaverunt. Ut dicam ergo, quod sentio : Janseniani et Molinistae erraverunt aliquid veritati detrahendo.

Non dubitanter asseruero cum Jansenio, Beatissime Pater, omnem gratiam esse per se efficacem. Hoc ubique clamant divina Scripturarum oracula; hoc tam diserte docet Augustinus, ut plane e doctorum Ecclesiae catalogo sit eradendus, si

damnetur istud principium. Sed negaverim ex eo sequi quinque propositiones damnatas, in quocumque tandem sensu intelligantur. Etsi enim verum sit omnem gratiam per se esse efficacem, non continuo destruenda est libertas etiam indifferentiae, quam pro aris et focis defendunt antijanseniani, sive Thomistae sive Molinistae, et quilibet defendere debet catholicus. Hanc enim tam diserte docent Scripturae sacrae, tam exacte asserit Augustinus ceterique patres, ut nefas esse existimem ab ea veritate recedere. Verumenimvero, inquiet aliquis dialecticus, sive Jansenianus sive antijansenianus, duo haec principia adeo inter se pugnant, ut simul stare non possint.

Certe olim hoc ipsum ad nauseam Semipelagiani et Adrumetini monachi Augustino objecerunt; eorum vero argumentationes parum curavit doctor sanctissimus, simul et accuratissimus; gratiam quippe efficacem asseruit; multis iisque apertissimis Scripturae locis liberum arbitrium defendit; aliis etiam Scripturarum testimoniis et tam solidis nixus fundamentis, risit philosophica et dialectica adversariorum suorum sophismata; non quaesivit occultam vim mysterii detegere, quam sciebat solius Dei cognitioni reservatam; sed in captivitatem redigit suum intellectum in obsequium Christi; nec clarius in hac vita credidit se cogniturum hoc mysterium quam cetera mysteria; agnovit virtutem gratiae simul et liberrimum voluntatis arbitrium; agnovit certissimam praescientiae divinae praedestinationisque consecutionem; nullum tamen hac de re turbari oportere docuit, quia, si Deus, ut ait post Moysen Paulus apostolus, *antequam quidquam boni aut mali egissent, Jacob dilexit, Esau autem odio habuit*, nos etiam Deus ore principis apostolorum docuit, *satagere ut per bona opera nostra certam nostram vocationem et electionem faciamus*. Unde hinc a Deo solo pendere nostram ad vitam aeternam praedestinationem docemur; inde, quasi nostris operibus divina decreta rata redderentur et certa, non parum solatii

accipimus. Certum est igitur et Deum efficaciter in nobis operari, et nos salutem nostram non nisi liberrime consequi. *Perditio tua ex te, Israël,* inquit Propheta, *tantummodo ex me auxilium tuum :* ex parte Dei scilicet omnino efficax, *omnia enim, quaecumque voluit, fecit,* ut super ea re sexcenties notat Augustinus. Arbitrii igitur libertas et auxilii efficacia concordes sunt; sed nobis non innotescit earum concordia. Quid inde? Nonne Christus liberrimus fuit, et perfectissima libertate? Haec veritas nec apud Molinistas, nec apud Jansenistas indiget probatione; sed, cum ex ipsiusmet Jansenii mente indifferentia pertineat ad perfectissimum libertatis statum, *quem*, ut ait cum Augustino, *granditate peccati perdidimus,* nonne dicendus est et Christo Domino viatori, innocenti, impollutoque competiisse? Et revera, testante aeterna veritate, *oblatus est, quia ipse voluit;* et tamen gratia et veritas, qua plenus fuit ad volendam imperatam ipsi a Patre aeterno sui oblationem, per se efficax fuit; cum omnino et ex unionis hypostaticae natura necessario peccatum absit a Christo. Utramque hanc veritatem neque Janseniani, neque Molinistae negaverint; nec tamen concordiam utriusque facile explicuerint. Deus ita libere mundum condidit, ut potuerit non condere; quis inficiabitur? Et tamen immoto decreto ante secula et ab aeterno condere constituit. Quis aeternum hoc et necessario adimplendum decretum cum libertate componat? Sed quis tamen alterutram veritatem in dubium revocet, nisi impius? Deus unus est; hoc anticipata Dei cognitio nos fateri compellit; trinum esse fides docet, nec sinit ambigere. Quis Trinitatem cum unitate conciliet? Omnia mysteria occultam quamdam habent veritatem, quam non nisi per speculum et in aenigmate in hac vita videmus; tamen veritas est; insolentis est et audacis superbiae eam velle penitus intueri. Modo revelata sit veritas, sufficit, ut insurgentes ratiocinationum nostrarum motus comprimamus. *Deus est, qui operatur in nobis et velle et perficere;* qui facit, ut

in praeceptis ejus ambulemus, qui sua nos gratia discernit. Nec enim est volentis et currentis, sed miserentis Dei, qui ex eadem massa facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam; sed idem Deus apposuit nobis ignem et aquam, ut, ad quod voluerimus, porrigamus manum nostram. Idem Deus clamat : *Si volueris, conservabis mandata;* nobis exprobrat nostram adversus suam gratiam reluctationem, dum dicit : *Quid potui facere vineae meae, et non feci? Expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas. Jerusalem, quoties volui,* ut gallina sub alas, *congregare filios tuos, et noluisti; a seculo confregisti jugum, et dixisti : Non serviam.* Deus idem est, qui nos per Apostolum hortatur, *ut scandalum fratri non pariamus, ne pereat frater, pro quo Christus mortuus est.* Molina ergo verum dixit, cum affirmavit nos omnino etiam sub gratia constitutos liberos esse, nec nostrae libertati ullo modo officere aut gratiam, aut etiam Dei praedestinationem, aut praescientiam; sed male inde consequi dixit, nec gratiam Dei esse per se efficacem, nec praedestinationem esse gratuitam. Catholice etiam locutus est Jansenius, cum omnem gratiam esse per se efficacem docuit, et nunquam suo effectu carere; sed inde male conclusit nostram libertatem non esse ad utramque partem proxime flexibilem et indifferentem. Debuerant ambo cum Augustino concludere, quod fides catholica neque liberum arbitrium negat, sive in vitam bonam, sive in malam; neque tantum ei tribuit, ut sine gratia valeat aliquid; gratia porro, qua subventum est infirmitati voluntatis humanae, ut ea indeclinabiliter et insuperabiliter ageretur. Si et liberrimam voluntatem nostram gratiae Dei dominatricem insolenti superbia Molina non constituisset, laudandus fuisset omnino liberi arbitrii defensor et patronus. Et si Jansenius efficacissimam gratiae virtutem non fecisset libertatis homicidam, pietatis et christianae humilitatis doctor foret omnino celebrandus.

Efficacem ergo per se esse omnem gratiam agnosco cum

Arausicano concilio, ex ipsissimis Augustini verbis concepto, et simul indifferentiae libertatem cum Tridentino, eidem Augustino apprime concordi. Gratuitam praedestinationem fatemur; sed in nostra tamen libertate positum esse, ut certam illam securamque reddamus, adeo ut non liberum arbitrium superbiat, et natura non despondeat. Nec meus turbatur animus, mensque titubat, etsi utramque veritatem ratiocinatio non conciliet; imo, si conciliaret, vehemens esset de veritate dubitandi occasio. *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei!* nec clausum mirari mysterium; hocque mihi suspectam reddidit et Jansenii et Molinae doctrinam, quod uterque ita clare et dilucide secundum contraria sua uterque principia ratiocinetur, ut ambo scientiam pariant potius, quam fidem excitent et proponant. Hoc non quaerit christianus catholicusque theologus; sed satis ipsi est, modo veritates, quantumvis a se dissitae videantur, Scriptura traditioque nos doceat esse revelatas. Huic inquirendae veritatis methodo nobis optime patres praelusere, sed maxime in hac materia Augustinus, ac praecipue in libris de gratia et libero arbitrio, deque corruptione et gratia, et duabus ad monachos Adrumetinos epistolis, quae hisce libris praefigi consueverunt.

Haec meditando assecutus sum, Beatissime Pater, et, ut jam insinuavi, Scripturam sacram et sancti Augustini libros evolvendo. Si deceptus sum, errorem meum deserere, Vestra Beatitudine docente, sum paratus. Si vero me recta sentire judicaverit, facilis erit ad omnes sopiendas contentiones via, dum ea Sanctitas Vestra approbaverit. Sic enim Augustiniani, Thomistae, Janseniani salvabunt gratiam per se efficacem, libertatis indifferentiam Molinistae; quinque propositiones, qua ratione ad Jansenium pertineant, quo sensu recte sancteque damnatae sint, omnibus innotescet.

Crediderim equidem, Sanctissime Pater, si hoc palam explicassem, me in Jansenianorum et Molinistarum invidiam fuisse incursurum. Sane, cum, clamante mortalium sapientissimo,

tempus sit tacendi, et tempus loquendi, hactenus tacui, quamvis hoc jam diu animo revolverim, ne mea doctrina sua quibusque opinione occupatis displiceret, et incassum exponeretur. Sed quandoquidem divina Providentia ad summum apostolatus fastigium extulit pontificem studiosissimum veritatis, non sequestrum modo, sed et indagatorem, et sine personarum acceptione amatorem, tempus loquendi advenisse intelligo, quo idipsum, quod antea privatis doctoribus aperire timuissem, jam in sapientissimae sanctissimaeque Paternitatis Vestrae sinum cum omni securitate possim effundere.

Si Jansenismus dumtaxat penes damnatam a Sancta Sede doctrinam attenderetur, explicata mea sententia, eaque Sanctitatis Vestrae judicio sine ulla aequivocatione submissa, nihil, ut opinor, esset, quod adversum me relinqueret suspicioni locum. Sed cum Jansenius, Sanctissime Pater, evangelica, sincera, severa virtute praeditus esset, iique, qui se dicunt Augustini discipulos, quosque eorum adversarii Jansenistas vocant, exactam etiam vivendi rationem profiteantur, praeclarissimosque de moribus libros ediderint, qui laxissimis sententiis opinionibusque habenas non dederint, et effreni probabilistarum licentiae non indulserint, continuo Jansenistae praedicantur, quamvis nihil unquam ex Jansenio delibarint. Hoc porro nomen ita vulgo odiosum reddidere, qui illud confixerunt, ut nihil nisi haereticum, schismaticum, impium, seditiosum factiosumque, in conscientias denique tyrannicum, sonet.

Vix ullis posset terminis sermo circumscribi, Sanctissime Pater, si singula aggrederer explicare, quae Jansenismi accusantur. Praecipua et summa dumtaxat attingam capita.

Laxioris doctrinae patroni ferre non possunt amoris Dei intrepidos defensores. Ignorantia juris naturalis omnia tolli peccata praedicant super tecta; simoniae et usurae tot tantasque quaerunt excusationes, ut eorum judicio stupidus sit plane, qui in utrumque istud peccatum impegerit. Jam renovant casuistae, quod per corruptam legis naturalis divinaeque

interpretationem dictum fuerat antiquis : *Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum ;* quodque clare his verbis damnaverat Christus Dominus : *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.* Sic enim indulgent vindictae studio, ut inimicos diligere et benefacere iis, qui oderunt nos, eorum judicio vix inter evangelica consilia, nedum inter praecepta divina, annumerari debeat; occasiones peccandi proximas, quas hac austera similitudine severaque loquendi formula : *Si oculus tuus scandalizaverit te, erue eum,* Servator noster amputare docuit, ita fovent hujusce seculi pseudotheologi, ut tantum absit, ut oculos eruere, pedes aut manus scandalizantes abscindere jubeant, ut potius nec audeant, cum nimiae tristitiae, aut alicujus temporalis damni, vel amittendi lucri periculo, peccatores a certissima peccandi occasione ac consuetudine removere, vel tantisper iis absolutionis beneficium differre.

Docent probabilistae nos posse, etiam reluctante conscientia, rationes omnes, quibus ad amplectendam unam sententiam movemur, quantumvis solidas et firmas, deserere, ut contrariam sequamur, etiam nulla innixam ratione, quae eam nobis bonam veramque esse persuadeat, modo aliquis author eam scripto docuerit. Sed quod bonis omnibus horrorem incutit, ipsam religionem faciunt problema, αδιαφοραν esse praedicant, docentque eos, qui revera persuasi sunt, se veram Christi fidem tenere, sint licet illi Lutheriani, Calviniani, Ariani, aut alia qualibet haeresi implicati, salutem nihilominus consequi posse. Haec omnia et multa alia portenta, qui execrantur, Janseniani sunt. At enim ea damnarunt episcopi, quotquot fuere, ad quorum notitiam devenerunt; damnavit ipsamet Sedes Apostolica, omnis veritatis centrum. Janseniani sunt nihilominus, qui ea damnant dogmata. Comoedias, tripudia, saltationes impudicas, popinas, aleas, seculares habitus, clamorosas venationes clericis prohibet episcopus : Jansenianus est. Poenitentiam suadet, modestiam, temperantiam : ut Jansenianus fugiendus est. Sanctissimam Virginem hyperdulice colendam, sanctos

dulice venerandos, eorum imagines et reliquias honorandas contra haereticos docet, confraternitatum usum consulit, sed ut haereticorum, Ecclesiam idololatriae accusantium, ora obstruantur, aniles superstitiones damnat, sanctissimae Virginis ventrem beatum praedicat, qui Christum portavit, sed beatiorem asserit Mariam, quod audierit verbum Dei et custodierit illud; docet sacri habitus gestatione beatam Virginem honorari, sed salutis securitatem isti habitui abjudicat, nisi, qui eum gesserit, servet mandata Dei; imagines et reliquias docet relative honorandas, sanctos quidem invocandos, sed tamquam erga Deum advocatos, non quasi redemptores et primarios mediatores : Jansenianus est, Deo, Christo, Deiparae, sanctis injuriosus. Et hae sunt Jansenianorum notae.

In haec tandem devenimus, Beatissime Pater, quae Apostolus praedixit diebus novissimis tempora periculosa. Quid enim periculosius est quam speciem tantum pietatis habere, virtutem autem ejus abnegare, vel certe in haereseos suspicionem venire, atque eo nomine proximi saluti prodesse vix posse? Sed me recreat robusta charitas vestra, Beatissime Pater, sapientiaque universae Ecclesiae moderatrix sanctissima. At ut me non modo Jansenismi speculativi, sed etiam et practici suspicione vindicem, quae praecipua sint meae de moribus doctrinae, ejusque, quam in hac dioecesi instaurare conatus sum, disciplinae capita paucis expediam.

Doceo equidem, Sanctissime Pater, omnes, qui meae pastorali sollicitudini crediti sunt, neminem posse a peccato resurgere, qui Deum tamquam omnis justitiae fontem diligere non incipiat; nec posse gratiam, quam per poenitentiam et contritionem saltem imperfectam, hoc est, ex timore cum aliquo Dei amore conjuncto conceptam, adepti sunt, sartam tectam sine Dei amore conservare. Scio, Beatissime Pater, Alexandrum VII in suis ad Gandavenses Lovaniensesque constitutionibus declarasse, neutram opinionem esse condemnandam, quae asserit contritionem ex solo metu conceptam in sacra-

mento sufficere, sive quae amorem requirit. Sed eo ipso, Beatissime Pater, quo controversiam non dijudicaverit, quamdam mihi videtur necessitatem nobis imposuisse, ut in praxi amoris partes amplectamur. Certe, Beatissime Pater, amorem Dei suadendo, imo eam sententiam sequendo, quae eum nenessarium adstruit, nihil contra constitutionem Alexandri VII molimur. Incertum est ergo, utra ex duabus vera sit. Si autem verum sit amorem Dei requiri ad poenitentiam, eamque poenitentiam esse falsam, quae amore Dei sit plane destituta, cum sine poenitentia certum sit damnandum esse peccatorem, quis salvabit eum, qui sine Dei amore se christiane peccati sui poenitere simulabit? An communior vulgariorque scholasticorum, casuistarum, probabilistarumque sententia salvabit specie quidem poenitentem, reipsa impoenitentem, qui sine amore ex vita migraverit? Fleverit, gemuerit, oraverit; isti scelesto adjungetur, qui orabat Deum misericordiam, quam non erat consecuturus. Non arbitror ergo tuta conscientia posse quemquam ad sacramentum accedere, qui non conetur in Dei amorem exardescere, ne suam salutem exponat periculo; eum enim, qui periculum amaverit, in illo clamat aeterna Veritas periturum.

De ignorantia juris naturalis, cum abunde meam mentem explicuerim in ea epistola, quam scripsi ad rectorem collegii Societatis Jesu Cortracensis, quam Sanctitatis Vestrae judicio submitto, quicquam hic ea de re adjungere supervacaneum existimo.

De simonia superius satis dixi, Sanctissime Pater, ut Vestrae Sanctitati, quid de ea sentiam, innotescat. De usura autem me satis superque explicui in eo scripto, quod patri Petro Balle, Societatis Jesu, subsignandum obtuli; cui revera subscripsit, et cujus ad Sanctitatem Vestram transsumptum mitto. Tamen dicam uno verbo me vulgo docere contra jus divinum esse quidquam ratione mutui accipere ultra sortem; licere tamen, si ex mutuo verum damnum emerserit, ut illud resar-

ciatur, aliquid accipere, modo creditor non sit pauper, et ea paupertate, quae ipsum premat et revera affligat; ipsum enim opprimere usuris vetat Deus, et charitatem laedit quisquis eo nomine aliquid accipit a paupere, quamvis aliunde, si non esset pauper, ex justitia creditor posset sui detrimenti vel etiam lucri deperditi, si sit mercator, compensationem exigere. Quidquid ex alio capite accipitur, quovis quaesito colore, iniquum est, et restitutioni necessario obnoxium. Hoc in concionibus meis auditoribus inculcavi; hoc et ab aliis concionatoribus explicari volui. Insurrexere veritatis criminatores et magistri prurientes auribus, cauteriatarum conscientiarum palpones; nec tamen impedierunt, quominus, qui vere Deum timent, et salutis suae studiosi sunt, ea, quae se injuste accepisse intellexerunt, ad pedes suorum pastorum et confessariorum attulerint, veris et legitimis dominis reddenda.

De inimicorum odio nihil attinet dicere, Beatissime Pater. Clarius loquitur Christus, quam ut mea super hoc praecepto doctrina aliqua expositione indigeat. Plane praevaricator sim, nisi confessarios nostros doceam nemini absolutionem impertiendam esse, qui vindictam quaerat, qui injurias non condonet, qui inimicos vere sine fuco animitus non diligat. Proximae peccandi occasiones ita etiam damnantur in Evangelio, ita vitanda sunt omnia peccandi pericula proxima, ut Christianus non sit, qui ea dissimulet. Eos igitur, Beatissime Pater, absolvere prohibeo, qui iis indormierint, in his immorari voluerint, quamcumque tandem praetexuerint rationem.

Non proximae tantum peccandi occasiones absolutione reddunt indignos eos, qui in ipsis versantur, sed eo etiam beneficio privandos esse existimo eos omnes, qui famae aut bonorum fortunae restitutionibus obnoxii, eas negligunt, vel qui fidei elementorum ignari sunt, vel denique, qui, peccatis assueti, pravos habitus destruere, non satagunt. Et ex hoc praecipue capite, Beatissime Pater, habentur Janse-

nistae, qui hac severiori ad curandas animas utuntur medicina.

Sane, Beatissime Pater, si antiquorum canonum et veteris disciplinae vigor servaretur, Ecclesia tota foret Janseniana. Quid enim magis nunc Jansenianum neotericis theologis videretur, quam si non pateret secundus humillimae poenitentiae locus, et quaedam crimina iterato admissa Misericordiae divinae relinquerentur, nec eorum reis vel in fine daretur communio, hoc est absolutio et Ecclesiae reconciliatio. Hoc tamen olim in usu positum fuisse verbis jam laudatis docent et Augustinus et concilium Eliberitanum. Haec non posset ferre novissimorum temporum infirmitas, Sanctissime Pater. Longe absunt ab hac severitate austeriores confessarii, neque hoc christiana prudentia pateretur. At non existimem etiam ad contrariam indulgentiam esse propendendum, ut numquam peccatoribus, quavis consuetudine obfirmatis, denegetur, aut suspendatur absolutio; media itaque via incedendum esse doceo eos, quorum rationem Deo redditurus sum.

Eos primo doceo, Sanctissime Pater, quemlibet confessarium ex pari potestatem habere et retinendi et remittendi peccata. Hoc patet ex ipsamet sacrae ordinationis forma : *Accipe Spiritum Sanctum*, ait episcopus ordinator, dum manus capiti cujuslibet ordinati imponit, *quorum remiseris peccata, remittuntur eis, et quorum retinueris, retenta sunt.*

Secundo, hanc peccata retinendi potestatem non debere semper esse otiosam; nec enim hanc frustra Christus instituit.

Tertio, si aliquando ea uti debeant confessarii, certe ad id teneri, quando prudenter judicant eos, qui peccata sua confitentur, non ita esse animo comparatos, ut sincere velint abstinere a peccato, vel omnia sua peccata declarent. Integra enim debet esse confessio ea mente, ut, qui confitetur, in posterum non peccare sibi sincere proponat, firmeque constituat; quod sane exemplo verbisque Christi Domini comprobatur. So-

lebat enim sic eum, quemque, cui pepercerat, quemque sua gratia donaverat, alloqui : *Vade, et noli amplius peccare.*

Quarto, hoc proposito carere non solum eos, qui in impietate obfirmati sunt et obdurati; sed saepe eos, qui, cum videantur poenitentes, sunt magis, ut ait Augustinus, irridentes, quia vitam non mutant. Quod ex frequenti et iterato in eadem peccata lapsu conjicitur; ac propterea iis denegandam esse absolutionem, donec ab iisdem peccatis abstinuerint.

Quinto, ne nimia sit severitatas, regulam hanc esse quadam misericordia temperandam; neque semper denegandam aut differendam absolutionem etiam iis, qui post exomologesim eadem peccata admiserunt.

Sexto, ne quis ergo vel in immanem duritiam abrumpatur, vel devolvatur in fluxam laxioremque mollitiem, hanc confessariis nostris legem constituo, ut videlicet, cum quis repetita saepe crimina confitetur, interroget confessarius, num post superiores confessiones aliquo tempore ab iis temperaverit, num tentationes aliquas vicerit, num fugerit occasiones, num aliquibus remediis, quibus ab istis animi infirmitatibus sanaretur, usus fuerit? Et si confessario ita esse innotuerit, quamvis poenitens incautus vel infirmus et gravi quadam victus tentatione in eadem peccata dilapsus fuerit, si modo aliunde praeterita peccata defleat, atque ab iis imposterum abstinere sincere sibi proponat, sine absolutione non dimittatur; si vero compererit post confessiones, prima data occasione, ea, quae confessus erat, crimina iterum admisisse, nullas occasiones fugisse, nulli tentationi restitisse, atque adeo in sua peccata aeque proclivum fuisse post confessionem, ac prius fuerat, etsi forte non tam frequenter peccaverit, ac alius, quem paulo ante descripsi, ne tamen prius absolvatur, quam vitae institutum mutasse confessario innotescat, quamvis impraesentiarum signa doloris ediderit etiam per lamenta, questus, gemitus lacrymasque.

Hae sunt autem meae sic sentiendi rationes, Sanctissime Pater : Primo, prudentissime judicat confessarius eum poenitentem, vel qui se poenitentem credit, in superioribus suis exomologesibus bono firmoque in posterum non peccandi proposito caruisse. Si enim sincere firmeque non peccare constituisset, non ita cito tam pium, tam sanctum, tam salubre mutasset consilium, atque adeo aliquid saltem agere tentasset, quo posset ab illa misera peccandi occasione vel consuetudine recedere. Illa ergo aequalis priori peccandi facilitas fuit non ejurati peccati argumentum. Praeterea, Sanctissime Pater, cum omnes ad unum theologi doceant omnia singulaque sacramenta quasdam sibi peculiares gratias actuales annexas habere, quaedam auxilia, quae a Deo dantur opportuno tempore iis, qui ea rite sancteque susceperunt; gratia et auxilium actuale sacramenti poenitentiae est quoddam robur, quo firmius peccatorum, quae quis confessus est, tentationibus resistit, ab iisque facilius abstinet. Cum vero qui confessus est, post confessionem eamdem experitur imbecillitatem, nec se fortiorem sentit, atque adeo aequali proclivitate in eadem labitur peccata, quis non judicet eum caruisse isto robore, isto actuali auxilio, quod vere poenitentibus opportuno tempore datur, atque adeo eum indigne suscepisse sacramentum? Scio equidem, Sanctissime Pater, saepius isto auxilio etiam eos, quos vere peccati poenituit, resistere, illudque abjicere; sed, si resistunt, ergo non eadem, qua antea, facilitate prolabuntur, reluctantur aliquamdiu; et si caro concupiscit adversus spiritum, spiritus etiam adversus carnem. Sed videre est peccatores in tanta peccandi consuetudine et facilitate versari, ut nec pondus sentiant peccati post iteratas iteratasque confessiones. Ipsis aio, Sanctissime Pater, etiamsi gemitus et ploratus ediderint, denegandam aut certe differendam absolutionem, donec veros dignosque poenitentiae fructus fecerint, et a suis peccatis justo tempore abstinuerint; quod eo fidentius assero,

quod non solum debet metuere confessarius, ne, sicut prius ipsum vel alios confessarios deceperunt, iterum decipiant, et poenitentiam suam faciant hypocrisim; sed etiam quia, cum certo videat confessiones fuisse illegitimas et nullas, recens confessos non potest absolvere, nisi eas instauret generali confessione, quae saltem totum tempus comprehendat, quo duravit et perseveravit ista peccandi consuetudo. Et est tertia meae sententiae ratio, qua etiam concluditur non fore integram confessionem, si poenitens post tam diuturnam in peccando moram, ea dumtaxat accuset peccata, quae post ultimam ac novissimam suam confessionem admisit, et superiora retineat. Non ergo, Beatissime Pater, tyrannice, ut poenitentibus absolutio denegetur, impero; sed religiose eam impoenitentibus et hypocritis, donec resipuerint, differendam esse doceo.

Hanc autem doctrinam, Sanctissime Pater, ex purissimis sacrae Scripturae, canonum, patrum fontibus haustam, sed quasi sopitam ac pene extinctam, exsuscitavit toto seculo ante Jansenium sanctissimus Carolus Borromaeus, sanctae Romanae Ecclesiae sacrique collegii lucidissimum sidus, adeo ut non satis mirari possim Jansenio Janseniique sequacibus adscribi, quod nec attigit quidem Jansenius.

Ceterum si quod me tenere, meosque docere mox significavi, modum excesserit, ad eos me terminos sine ullo negotio reducet Vestra Beatitudo, quos et rationi et religioni convenire judicaverit. Sed sane, Beatissime Pater, hoc unum hactenus timui, ne mollior et indulgentior esset mea agendi docendique ratio, cum cogitarem, quantum ab antiquo disciplinae vigore deflecteret.

Venio, Sanctissime Pater, ad ipsum, quod post absolutionis suspensionem moralis doctrinae caput exposui, probabilistarum scilicet dogma, periculosum sane, et, ut verius dicam, perniciosum. Paucis autem dicam, quae de eo sentiam.

Cum ita infirma sit mens humana et ratio, ut identidem

eam vacillare et nutare necesse sit, ita etiam fieri non potest, quin plurimae res incertae videantur, circa quas, cum agere tenemur, anxii sumus et solliciti. Non parvo autem possunt esse adjumento hominum prudentum, doctorum, sapientum, piorumque consilia. Nec, opinor, Sanctissime Pater, valde verendum est, ne ii decipiantur et errent, qui sincero ducuntur indagandae veritatis studio; sed iis maxime timere oportet, qui, cum veritatem intelligant, quae cupiditati non favet, quaerunt magistros faciles, qui loquantur placentia, et qui forte dicant malum bonum et bonum malum. Ne ergo, Sanctissime Pater, inter illos magistros inveniar, eam declaro esse sententiam meam, ut, si quis post diligentem veritatis inquisitionem, vel Scripturae, vel canonum, vel sanctorum patrum, vel denique rectae sinceraeque rationis authoritate et pondere ad unam partem, maxime si faveat legi, amplectendam propendeat, nihilominus tamen levioribus argumentationibus, quae animum nullatenus aut parum moveant, licet a pluribus doctoribus propositis, ad aliam partem abripiatur, eamque sequatur, errorem sequendo coram Deo non excusari. Authoritas enim doctorum, etiam magni nominis, cum tantum extrinsecam, ut loquuntur scholastici, probabilitatem constituat, Scriptura autem, et canones, aut patrum sententiae, aut ipsamet ratio intrinsecam, non licet eam deserere; alioqui qui eam deserit, agit contra conscientiam suam. Omne autem ex Apostolo, quod non est ex fide, hoc est ex conscientia, peccatum est. Cavendum tamen esse meos doceo, Sanctissime Pater, ne in scrupulos incidant erroneamque conscientiam; illosque propterea moneo prudenter diligenterque et studiose omnia expendenda esse; sed, expensis omnibus, cum hinc trahat cupiditas, quae sibi ex ratiunculis, aut sola casuistarum authoritate, pietatis larvam facit, inde adducat recta securaque ratio, aut Scripturae traditionisque veneranda authoritas, eum suae salutis inimicum esse pronuntio, qui securam viam deserit, ut periculosam sequatur et incertam.

Et haec in praesentiarum sufficiant; satis enim superque, ut opinor, mentem meam jam explicui circa ea prolixa epistola, quam scripsi ad Cortracensem Jesuitam.

Sed sane temperare non possum, quin exponam Sanctitati Vestrae, Beatissime Pater, quod mihi nudius tertius accidit. Ex quo facile est colligere, quo casuistas abripiat falsae probabilitatis commentum, et religioni portenta comminiscendi pruritus.

Apud Recollectos Insulenses, Beatissime Pater, propositae fuerunt theses theologicae, inter quas jacet haec propositio, quam ex programmate typis mandato egomet exscripsi : *Datur praeceptum divinum obligans omnes ratione utentes, etiam non baptizatos, ad sumptionem Eucharistiae saltem semel in vita; datur et ecclesiasticum solos baptizatos obligans quotannis, saltem in paschate; utrique satisfieri potest communione sacrilega.* Ut ad hanc propositionem horruerunt boni universi, ita me statim plurimi convenere, ut Ecclesiae, ut veritatis, ut religionis, ut Dei honorem vindicarem. Advocavi et provincialem et theologiae lectorem; ab iis suae theseos rationem petii. Non diu immoratus sum, Beatissime Pater, in prima propositionis parte, qua scilicet non baptizatos ad communionem obligatos esse asseritur; seipsos enim explicantes Recollecti dixerunt, nemini quidem debere porrigi Eucharistiam ante baptismum; sed cum omnes ad suscipiendum baptismum teneantur, consequenter ad sumendum Eucharistiam teneri; atque etiam in non baptizatos saltem mediate cadere illud praeceptum. Quod etiam ad praeceptum ecclesiasticum attinet, licet horrenda sit propositio, qua affirmatur ei posse satisfieri communione sacrilega in ea temporum calamitate, in qua versatur nunc Ecclesia, quae corruptorum casuistarum aestum non potest compescere, forte dissimulassem. Scio enim ita vulgarem esse hodie eam opinionem, qua asseritur etiam sacrilegio posse praecepto ecclesiastico satisfieri, quia scilicet Ecclesia non potest praecipere nisi externa, ut neo-

tericorum auctorum numero obruatur quisquis brachia contra torrentem istum movere voluerit; licet ex eo, quod Alexander VII damnavit eam propositionem : *Praecepto de confessione sacramentali potest satisfieri confessione sacrilega*, idem a fortiori concludendum sit de communione sacrilega; tamen, ut jam dixi, Sanctissime Pater, cum periculosa sint tempora, forte impiam illam et Ecclesiae injuriosam propositionem dissimulassem.

Verum quod spectat ad praeceptum divinum, cum citra blasphemiam sine ulla dubitatione dici non possit, a Deo non praecipi actus internos, nescio quo colore possit obtegi impietas illa, qua asseritur etiam Deo obtemperari posse per sacrilegium, quasi sola externa, et, ut aiunt, materialis Eucharistiae sumptio a Deo praecipiatur. Quo quid potest esse magis Deo contumeliosum? Attulerunt nihilominus, mihique ostenderunt duos authores Franciscanos, qui libris impressis hoc docuere, quique multos alios laudant ejusmodi opinionis patronos. Ex quo intelliget sanctissima religio, Beatissimaque Paternitas Vestra, quantum necesse sit, ut frena dentur immoderato isti et impio scripturientium cacoheti. Significavi tum provinciali, tum lectori, velle me, ut scripto publico impium hoc et blasphemum dogma ejurarent. Aliquot dierum inducias petiere ad deliberandum; eorum responsum expecto, ut, eo accepto, si renuant, ipse etiam deliberem, qua tantum ratione perniciosam hanc doctrinam a meorum mentibus evellam.

Post illam in defendenda impietate audaciam nihil est, quod miremur, Beatissime Pater, quotidie a casuistis doceri posse, etiam haereticos, modo bona fide credant se in vera religione versari, posse salvari, ut salvantur catholici. Excusso autem semel fidei jugo, facile deridetur morum disciplinaeque correctio et emendatio; nec vobis explicare possum, Sanctissime Pater, quid molestiae dolorisque patiar, quid difficultatis experiar in rebus, quae etiam extra omnem excusationis praetextum sunt, reformandis.

Vehemens sane mota est controversia, Beatissime Pater, maximaeque adversum me turbae excitatae sunt occasione cujusdam libelli ab authore Germano compositi, qui inscribitur : *Monita salutaria B. Virginis ad cultores suos indiscretos*. Hic libellus, Beatissime Pater, latine a suo authore editus, gallico idiomate donatus est ab honesto et pio viro, qui a me, ut evulgaretur, facultatem petiit. Legendum dedi quibusdam nostri cleri theologis. Ipse ego legi et examinavi; cumque ingeniose scriptum reperissem, aptumque ad refellendas aniles superstitiones et haereticorum, nobis continuo obloquentium, Ecclesiamque calumniis tanquam idololatram impetentium, ora obstruenda, passus sum, ut typis mandaretur. Statim, quasi actum esset de religione, insurrexere, quotquot nihil a superstitione secernendam religionem putant. Ipse, ut istos animorum aestus compescerem, scripsi pastoralem epistolam, qua verum et solidum beatae Virginis cultum exposui, et omnibus superstitionis faecibus expurgavi. Ipsam ad quosdam cardinales misi, e quorum numero fuit eminentissimus religiosissimusque cardinalis Bona, quem plurimo honore atque observantia prosequebar. Ipsam plurimis collegis meis obtuli, quibus omnibus probata est; eam porro, cum gallice scripsissem, et Flandri et Germani plerique non intelligerent, ipsis flagitantibus, latinam feci. Interea Clemens X apostolica prudentia, et, ut daret locum irae, *Monitorum salutarium* libellum suspendit, nullam tamen illi erroris notam inurendo. Quare cum latinae epistolae meae ipsum adjungere in animum induxisset typographus, ne id faceret, prohibui, ut videlicet decreto apostolico honor haberetur. Mitto ad Sanctitatem Vestram, Beatissime Pater, hanc epistolam, tam gallicam quam latinam, quam a multis gravissimis religiosissimisque, atque omni exceptione majoribus, viris approbatam videbit Vestra Beatitudo. Horum antesignanus est eminentissimus simul ac doctissimus piissimusque cardinalis Bona, aliique piissimi etiam

ac doctissimi episcopi. Certe, beatissime Pater, nullum non moverunt lapidem occulti, non mei, sed fidenter dicam, veritatis adversarii, ut aliquod decretum subriperent, quo ista mea epistola proscriberetur; sed ita aequos expertus sum verae et evangelicae doctrinae aestimatores sacrae Congregationis, in qua lecta est et considerata, eminentissimos patres, ut non modo nihil in ea reprehensione dignum repererint, sed potius ab ipsis non mediocriter laudata sit. Hoc erubescerem dicere, Sanctissime Pater, nisi minus esset meum quam traditionis opus, et nisi esset non mea sed Ecclesiae laudata doctrina. Quare, cum nihil mihi prorsus in ea gloriandum sit, totum hoc Sanctitati Vestrae explicare non dubitavi.

Antequam calamum ponam, Sanctissime Pater, hancque relationem absolvam, operae pretium esse existimo Sanctitati Vestrae significare me responsum accepisse a Recollectorum nostrorum provinciali, qui mihi scripsit suum lectorem sine scandalo non posse suam de sacrilega communione thesim ejurare; eodemque tempore allatum esse mihi quemdam libellum thesium ab aliis etiam Recollectis editarum, e quibus inter multas, quae sane anathemate dignissimae sunt, hanc excerpsi : *Frequens confessio et communio, cultus beatae Virginis, etiam in iis, qui gentiliter vivunt, est nota praedestinationis.* Quo quid magis scandalosum, quid magis impium, quid magis haereticum excogitari potest? Scandalosum est, cum ad gentilium vitam inducat etiam Christianos, eosque, qui gentiliter vivunt, spe futurae salutis erigat et sustentet; impium est, cum conventionem faciat Christi ad Belial; haereticum est, cum a diametro contradicat Apostolo asserenti eum, qui Corpus Domini indigne manducat, judicium sibi manducare; hoc est indignam communionem esse veluti reprobationis σφραγῖδα, cum tamen illa thesis dicat esse praedestinationis notam. At in ea non moror, Beatissime Pater, cum in mea dioecesi non fuerit proposita. Tantum credidi Sanctitatem Vestram latere non debere hanc thesim esse

publicam et typis mandatam. Recollecti Namurcenses eam excogitarunt, cumque vellent, ut ea a suis defenderetur, et hoc prohibuisset Namurcensis episcopus, eam Leodium attulerunt, ibique publice proposuerunt et propugnarunt. Cum vero, ut dixi, hoc in mea dioecesi non evenerit, nec etiam diutius de eo loqui in animum induxi.

Redeo ad nostros, Sanctissime Pater, atque ut intelligat Vestra Beatitudo, quo praejudicati et anticipati erroris studium animum humanum abripiat, mitto ad Sanctitatem Vestram datam ad me a provinciali epistolam, vel certe ejus transsumptum, et simul dissertationem, quam suae epistolae adjunxerat. Videbit porro Vestra Beatitudo, quam infirmis ista impietas nitatur fundamentis, et tamen quot authorum gravitate se tueatur; ex quo animadvertet sine dubio Sanctitas Vestra, quam periculosum sit tot ingentibus theologiae seu, ut verius loquar, pseudotheologiae voluminibus Ecclesiam obruere. Cum enim, Sanctissime Pater, vix ac ne vix quidem possint a censoribus approbatoribusque perlegi, effraenes sunt plerumque eorum authores, et cum novarum rerum opinionumque gloriam ut plurimum aucupentur, ita dant habenas corruptae rationi, ut nullum errorem respuant, quem ipsa sub aliqua verisimilitudinis specie proposuerit. Cum autem portentosa illa dogmata semel typis mandata fuerint, recentiorum casuistarum judicio probabilia sunt, et, crescente paulatim atque, ut neotericus quidam loquitur, maturescente probabilitate, tandem secura evadunt ac certa, et fiunt conscientiarum ac indubitatae disciplinae moralis regulae. Penes profecto Sanctitatis Vestrae judicium esto, Beatissime Pater, num tanto malo suprema vestri apostolatus authoritate modus imponendus sit. Utinam fieri possit, Beatissime Pater, ut plurimorum scholasticorum, juristarum, canonistarumve lectione et in scholis citatione fidelibus interdici posset; paucissimi enim sunt (si eos excipiam, quos ut sanctos colit et veneratur Ecclesia), in quorum libros aliqui errores et quaedam laxiorum opi-

nionum corrupta dogmata non irrepserint. Tanta est malorum exemplorum vis et perversae consuetudinis contagio.

Hoc sane, ut opinor, Sanctissime Pater, Ecclesiae non parum utilitatis esset allaturum, cum et corruptae doctrinae et erroribus obviam iretur; et non solum inutiles, sed et noxii, supprimerentur libri, quorum lectio a patrum Ecclesiae, a sacrorum canonum, pontificiorumque decretorum ac ipsius sacrae Scripturae lectione ut plurimum Ecclesiae ministros ac pastores avocat; adeo ut vix jam ullos theologos reperire sit, cum vera theologia non nisi ex sacra Scriptura traditioneque hauriatur; et recentiores scriptores nostri sic utramque aspernentur, ut, mutuatis ac transscriptis a se invicem ratiunculis, totam deforment doctrinam ecclesiasticam.

Haec fere sunt, Beatissime Pater, quae Vestrae Beatitudini proponere in animum induxi. Quae omnia vestrae authoritati, vestro judicio, vestrae sententiae, ita subjicio, ut, quod visum erit Sanctitati Vestrae, visum fore Spiritui sancto, mihi omnino persuadeam. Quare, cum multa sint, quae tum ad nostrae dioeceseos regimen pertineant, tum etiam ad commune totius Ecclesiae bonum, ausim Vestrae Beatitudini etiam atque etiam supplicare, ut me responsione dignetur. Prolixa est quidem ista relatio; sed nihil mihi in ea superfluum visum est. Nihil quippe est, quo vel villicationis meae rationem non reddam, vel non petam edoceri. Peculiari quodam divinae Providentiae decreto factum est, ut permultae, eaeque satis graves, episcopatus mei occupationes me ab ea perficienda retardarent. Cum enim jam satis diu ante Natalitia Domini scribere inceperim, ei secunda dumtaxat post Pascha dominica finem impono, qua scilicet boni pastoris evangelium legit et fidelibus proponit Ecclesia, divina quasi praesagitione mihi ab optimo aeque ac summo pastore, Christi Domini vicario, eruditionis verbum tamquam pedibus meis lucernam expectandum esse, praesertim cum in ea, quae intercessit, mora permulta plurimi momenti mihi acciderint, quae licuit Vestrae Sanctissimae

Paternitati exponere. Illam etiam tractatus mei dilationem Vestrae Sanctitati aperio, Beatissime Pater, ut, si quid inter legendum occurrerit, quod tempori, quo absolutus est, minus convenire videatur, parachronismos sua benignitate indulgeat, et rerum magis quam temporis rationem habeat. Porro si quid e penna mea exciderit, quod vel praecipiti mentis aestui, vel imprudentiae, vel temeritati aut nimiae libertati, adscribendum esse senserit Vestra Beatitudo, veniam peto; idque omne, quodcumque sit, damnatum volo.

Ceterum, Beatissime Pater, precor Deum immortalem, ut Sanctitatem Vestram quasi collabenti, licet nunquam ruiturae, Ecclesiae in integrum restituendae natam, diu florentem servet et incolumem.

Vestrae Sanctitatis obsequentissimus ac devotissimus filius,

GILBERTUS, episcopus Tornacensis.

Datum Tornaci, 24 aprilis 1678.

Transaction relative aux dîmes d'Elmare conclue entre l'évêque et le chapitre de Tournai et l'abbé de Saint-Pierre, a Gand[1].

28 mars 1249 (nouveau style).

Universis presentes literas inspecturis, N., Tornacensis ecclesie archidiaconus in Flandria, et J. De Walle, elemosinarius sancti Petri Gandensis, salutem in Domino. Facta limitatione per reverendum patrem W., Dei gratia Tornacensem episcopum, parrochiarum sancti Nicholai de Varne de Osmondkerka et aliarum existentium juxta morum de Bodenborg, pertinentium ad personatum sancti Petri Gandensis, cum idem episcopus, retenta sibi tertia parte, duas partes in decimis novalium, non comprehensorum certarum parrochiarum limitibus, in dictis finibus, capitulo Tornacensi et hospitali beate Marie Insulensi concessisset, et ob hoc episcopus, capitulum et hospitale predicti jus sibi in novalium decimis extra terminos per ipsum episcopum positos vendicarent, abbate et conventu sancti Petri Gandensis dictam limitationem non rite factam asserentibus in sue ecclesie prejudicium non modicum et gravamen, et ob hoc se ad Remensem curiam appellase, tandem in nos compromissum fuit a partibus, sicut in instrumentis super hoc confectis plenius continetur. Nos igitur, licet nichil coram nobis proponeretur sufficiens, quare dicta

[1]) Le document porte le titre suivant : *De pace facta inter episcopum, capitulum Tornacense et ecclesiam sancti Petri Gandensis de decimis novalium apud Elmare et aliarum ibidem parrochiarum Sancti Petri.* — Elmare et Nouveau-Roulers, dont il est question dans l'acte, étaient deux endroits situés près d'Aerdenbourg, et détruits par une inondation le 16 novembre 1677. Voyez Warnkoenig, *Histoire de Flandre, refondue par Gheldolf,* V, p. 234. Nous avons déjà publié (*Analectes,* II, p. 170 et 526) un document relatif à Nouveau-Roulers.

deberet limitatio immutari, de expressa partium voluntate componentes amicabiliter inter ipsas, ordinavimus in hunc modum :

Quod decimas wastine[1] Gossuini de Rollario, oppidani Gandensis, que wastina *Novum Rollarium* appellatur, et decimas totius terre jacentis contra frontem illius wastine versus meridiem usque ad morum[2], et ipsius mori decimas, episcopus et capitulum Tornacense et hospitale beate Marie Insulense percipient pleno jure; in quibus decimis vel earum fructibus abbas sancti Petri Gandensis et conventus, imposito eis per nos super hiis perpetuo silentio, nichil juris sibi deinceps poterunt vendicare; in terris vero, que adjacent fronti memorate wastine dicti Gosuini versus mare, et in terris, que adjacent fronti ejusdem wastine versus domum sancti Petri Gandensis de Elmare, et in terris, que protenduntur a cruce, que sita est in termino wastine predicti Gossuini, in parte meridionali versus orientem, que vulgariter dicitur *Zudostcruce*, linealiter versus morum, in quantum protenditur totum secundum porprisium[3] sive totus secundus vanc domini Balduini de Watervliet, militis, et ab hinc in directum versus Watervliet usque ad initium parrochie de Watervliet, ad abbatem et conventum sancti Petri Gandensis omnium decimarum proprietas pertinebit; in qua proprietate episcopus et sui participes, imposito ipsis super ipsa per nos perpetuo silentio, nichil juris poterunt reclamare. Sed in hiis terris, excepta medietate dicti secundi porprisii, sive vanc, que respicit morum, in quibus per nostram ordinationem concessa est tota proprietas decimarum abbati et conventui sancti Petri, episcopus, capitulum et hospitale predicti medietatem fructuum

1) *Wastina*, terrain inculte.

2) *Morus*, du flamand *moer*, marais.

3) *Porprisium*, enceinte, enclos, ou, comme disaient les anciens, *pourpris*. Le mot *vanc*, qui se rencontre quelquefois dans le document, paraît avoir la même signification que *porprisium*.

tocius decime percipient, quousque extra dictam medietatem secundi porprisii sive vanc versus morum de terra inculta, (in qua ecclesia sancti Petri occasione predictarum parrochiarum ratione vicinitatis ad illas sibi jus quoad perceptionem decimarum competere proponebat; que terra vulgariter dicitur *Dworste*), sive fuerit morus, sive alia terra, jacens e directo frontis ejusdem medietatis dicti secundi porprisii, que respicit morum, quadringenta bonaria redacta fuerint ad culturam, et etiam fuerint seminata; ita quod quicquid extra dictam medietatem predicti secundi proprisii sive vanc de predicta terra inculta e directo frontis sepedicte medietatis secundi porprisii, que morum respicit, semel redactum fuerit ad culturam, et etiam seminatum, in numero dictorum quadringentorum bonariorum debeat computari. In predicta vero medietate secundi porprisii, que superius est excepta, episcopus et sui participes percipient interim omnes fructus. Cum autem extra predictam medietatem secundi porprisii exceptam quadringenta bonaria de predicta terra inculta fuerint exculta, et, ut premissum est, seminata, in illis terris, in quibus proprietatem decime pertinere diximus ad abbatem et conventum sancti Petri, episcopus et sui participes fructuum ulterius nullam percipient portionem; sed ipsos ex tunc integre percipiet ecclesia sancti Petri. Illarum autem terrarum decime, que terre, extra sepedictam medietatem exceptam, versus morum vel in moro, ab hac hora deinceps excolentur, pleno jure ad episcopum et suos conparticipes in perpetuum pertinebunt. In premissorum autem testimonium et firmitatem cum sigillis nostris, que presentibus appendimus, partes sua apposuerunt sigilla, ut sui consensus per hoc evidens indicium habeatur. Hec compositio facta fuit apud Elmare, anno Domini m° cc° xl octavo, feria secunda ante ramos Palmarum.

Cartulaire n. 51, aux Archives du Royaume.

33.

INVENTAIRE DES RELIQUES DE LA CATHÉDRALE DE SAINT-AUBAIN A NAMUR[1].

1. Strophiolum sancti Stephani, protomartyris, sanguine tinctum, quod singulis annis exponitur populo 25 decembris post concionem, dono, ut fertur, comitum Namurcensium.

2. De veste purpurea Jesu Christi, quam Henricus, imperator Constantinopolitanus, ad nos transmisit per Danielem de Sclaussinio, clericum suum, probante diplomate imperatoris sub data 1205, mense maio[2].

3. Dens sancti Petri, principis apostolorum, qui primatum septem annis tenuit Antiochiae, quem anno a Nativitate Christi 42 Romam transtulit, qui 29 junii anno Christi 67, sub Nerone imperatore, martyrio coronatus est.

4. Crines sancti Joannis Baptistae decollati, cujus caput mandato Herodis filiae suae Herodiadi allatum est in disco anno Verbi Incarnati....

5. Capilli barbae Jesu Christi crucifixi, quorum fit mentio in confirmatione reliquiarum sancti Albani ecclesiae facta ab Innocentio IV, Summo Pontifice.

6. De zona beatae Mariae Virginis, de qua fit mentio in diplomate Henrici, imperatoris Constantinopolitani, continente specificationem reliquiarum, quas ad nos transmisit per magistrum Danielem de Sclaussinio, clericum suum.

7. De reliquiis sanctae Mariae Magdalenae. Cujus dono ad nos pervenerint, dignoscere non potuimus; forte a Frederico, magni Goselonis ducis Lotharingiae filio, quondam Sancti Albani primo decano, ac tandem sacrae Romanae Ecclesiae

[1]) Nous avons déjà publié plusieurs inventaires du trésor et des reliques de la cathédrale de Namur (*Analectes*, I, p. 52, et II, p. 334). L'inventaire que nous donnons aujourd'hui nous paraît dater du XVI[e] siècle; il nous a été communiqué par M. J. Barbier, vicaire à Namur.

[2]) Voyez le texte de ce diplôme dans MIRÆUS, *Opera diplomatica*, I, p. 405.

Summo Pontifice, qui nobis plurimas reliquias dono dedit, quarum nomina nobis ignota propter antiquitatem temporis; forte a Leuduno, episcopo Bichariensi, a quo pariter plurimas reliquias possidemus nobis ignotas, quarum mentio in diplomate, quod incipit : *Fuit, ut refert vetustas.*

8. De columna, cui alligatus est Salvator noster; quam processisse tenemus a comitibus Namurcensibus.

9. De reliquiis beati Jacobi minoris, apostoli, dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani, quas ad nos transmisit per magistrum Danielem de Sclaussinio, clericum suum.

10. De habitu sancti Francisci seraphici, dono forte, ut articulo 7, quia nobis ignotum propter antiquitatem temporis.

11. De capite beati Pauli, dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani; quas ad nos transmisit per dictum Danielem Sclaussinium.

12. De reliquiis sancti Gerardi, Tullensis episcopi, ex habitaculo, quo fuerant antiquitus reconditae partes corporis ejus. Nobis dedit Fredericus, quondam nostrae ecclesiae decanus, quas impetraverat a Leone, Summo Pontifice, juxta diploma, quod incipit : *Fuit, ut refert vetustas.*

13. Junctura pedis sanctae Margaretae, martyris. Cujus dono ignoratur propter antiquitatem temporis.

14. Maxima pars de ligno Domini in modum crucis circumligata, dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani, quam ad nos transmisit per Danielem de Sclaussinio.

15. Partes reliquiarum sancti Andreae. Cujus dono ignoratur propter antiquitatem temporis.

16. De reliquiis sanctae Catherinae. Cujus dono ignoratur propter antiquitatem temporis.

17. Dens sanctae Katelinae; ignoratur, ut supra.

18. Junctura sancti Jacobi majoris, apostoli. Nec de ea apparet, cujus dono proveniat.

19. De corpore proprio sancti Nicolai, confessoris, Smir-

neorum episcopi, dono Leuduni, episcopi Bichariensis, juxta diploma, quod incipit : *Fuit, ut refert vetustas.*

20. Unum os sancti Laurentii, martyris. Cujus dono proveniat, ignoratur propter antiquitatem temporis.

21. Unum os claviculare sanctae Mariae d'Oignies. Cujus dono proveniat, ignoratur.

22. Corona spinea Salvatoris dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani, quam ad nos transmisit per Danielem de Sclaussinio, clericum suum.

23. De veste beatae Mariae Virginis, quam tenemus procedere a comitibus Namurcensibus.

24. De pileo sancti Petri, principis apostolorum, dono canonicorum sancti Petri in arce Namurcensi.

25. De capite sanctae Petronellae, dono canonicorum sancti Petri in arce Namurcensi.

26. De reliquiis sancti Albani, dono Frederici, quondam Namurci primi decani, qui eas a Warnero Bardone, sancti Albani in Moguntia abbate, obtinuit et ad nos detulit juxta diploma, quod incipit : *Fuit, ut refert vetustas.*

27. Dens sancti Blasii. Cujus dono ignoratur propter antiquitatem.

28. De reliquiis sancti Georgii, martyris, dono Leudini, episcopi Bichariensis, qui Andenuae morabatur, juxta diploma, quod incipit : *Fuit, ut refert vetustas.*

29. Dalmatica, qua Leo, Summus Pontifex, utebatur. Provenit dono Frederici, quondam nostrae ecclesiae primi decani, quam a Summo Pontifice obtinuerat, ut supra, dicto diplomate : *Fuit, ut refert vetustas.*

30. De pannis infantiae Salvatoris, dono Henrici, imperatoris Constantinopolitani, quos ad nos transmisit per Danielem de Sclaussinio, clericum suum.

31. De linteo, quo praecinxit se Christus Dominus in coena, dono ejusdem Henrici, imperatoris.

32. De sanguine Salvatoris Domini, relato in brevi aposto-

lico Nicolai, Summi Pontificis. Item in donatione Philippi II, Namurcensis comitis et marchionis, reliquiarum, quas donat ecclesiae Sancti Albani.

Plures sunt adhuc sanctorum reliquiae in sacrario reconditae, quarum nomina ignorantur propter antiquitatem temporis; quas omnes tenemus fuisse visitatas ab ordinario episcopo Leodiensi, ac debite recognitas et approbatas, anno 1449; in cujus consequentiam publice fidelium cultui in ecclesia sancti Albani Namurcensis exponuntur adorandae; in cujus rei veritatem nullam aliam probationem habemus, quam traditionem praedecessorum nostrorum.

Manuscrits de De Varick, vol. II, fol. 102 vo, 103 ro et vo, 104 ro, aux archives de la cathédrale, à Namur.

Pie II suspend dans certains cas le privilége de l'immunité ecclésiastique pour la ville d'Anvers[1].

19 novembre 1461.

Pius, episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Pontificalis auctoritas nos admonet, et ipse rationis ordo exposcit, ut perversorum obviemus malitiis et, quantum cum Deo possumus, taliter provideamus, quod eorum temeritas, ne nimium invalescat, digne possit correctionis verbere castigari. Sane pro parte dilecti filii magistri Michaelis Amici, decani ecclesie beate Marie oppidi Antwerpiensis, Cameracensis diocesis, decretorum doctoris, scriptoris et familiaris nostri, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod temporibus solemnium nundinarum, que in dicto oppido bis in anno servantur, quamplures mercatores, etiam nationis

[1]) Dans leur *Geschiedenis van Antwerpen,* III, p. 164, Mertens et Torfs attribuent ce document au 31 juillet 1459. Ils ont sans doute emprunté cette assertion à Papebrochius (*Annales Antverpienses,* II, p. 43 et sv.) qui avoue la tenir du pensionnaire Edelheer.

Italice, et alie utriusque sexus persone de diversis mundi partibus in multitudine copiosa ad predictum oppidum singulis annis accedunt, inter quos sepe numero nonnulli incendiarii nocturni, latrones publici, homicide voluntarii, depopulatores agrorum, pacis violatores et conspiratores contra libertatem ecclesiasticam et rempublicam oppidi memorati confluunt, qui quandoque etiam infra immunitatem ecclesiarum et aliorum locorum sacrorum dicti oppidi execranda et flagitiosa committere non verentes propter eorum excessus, crimina et delicta ad ecclesias et loca sacra hujusmodi confugiunt, ut immunitate gaudeant ecclesiastica, quo fit, ut, jure prohibente, tales criminosi ex predictis ecclesiis et locis sacris extrahi non possint, eorumque crimina et delicta impunita pertranseant, evenitque nonnumquam, quod occasione excessuum nephandorum, per ipsos malefactores pro tempore commissorum in ecclesiis et locis predictis, juxta illarum partium synodalium et provincialium[1] statuta et consuetudines a divinis officiis fit cessatio in maximum mercatorum et personarum predictarum scandalum, perniciosum quoque exemplum, et scandalum plurimorum. Quare pro parte dicti Michaelis decani, qui etiam unus ex literarum apostolicarum abbreviatoribus presidentibus existit, et in illarum expeditione dilecto filio nostro Roderico, sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, sancte Romane ecclesie vicecancellario, assistit, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur; nos igitur attendentes, quod pietatis officium est temeritatis elidere presumptorum[2], interesse quoque reipublice christiane, ut talia perpetrantes condigna animadversione percellantur, hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica, tenore presentium statuimus, decernimus et declaramus, quod

[1]) Il faudrait sans doute *synodalia et provincialia*.
[2]) Lisez *praesumptionem*.

deinceps perpetuis futuris temporibus nullus incendiarius nocturnus, latro publicus, homicida voluntarius, depopulator agrorum, violator pacis et conspirator contra ecclesiasticam libertatem aut rempublicam dicti oppidi ad easdem ecclesias, seu aliquam earum, vel loca sacra hujusmodi confugiens, ecclesiastica gaudeat immunitate, sed quod licite impuneque, absque alicujus etiam spiritualis vel temporalis pene incursu, ex dictis ecclesiis seu locis sacris, eorumque cimeteriis, per officiarios dicti oppidi tempore nundinarum hujusmodi et alias quandocumque, quoties ipsi ad hoc per prefati oppidi burgimagistrum, scabinos, consules et juratos seu majorem partem illorum, requisiti fuerint, de Michaelis et pro tempore existentis dicte ecclesie decani seu vicedecani et non alias, accedente etiam ad hoc ordinarii loci aut ejus officialis expresso consensu, extrahi possint, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, constitutionis et declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, tertio decimo kalendas decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Archives de l'église de Notre-Dame, à Anvers, *Capsa episcopatus*, n. 193, copie authentiquée du XVII[e] siècle.

Documents extraits du cartulaire du chapitre de Fosses[1].

I.

Le chapitre de Fosses acquiert la seigneurie de Vaux, près de Huy.

1095.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Felix et incomparabile mercimonium, pro rebus transitoriis externe vitae, quando percipitur premium; felices hujus premii possessores, hujus negocii sectatores, qui, dum caduca summis, momentanea permansuris postponunt, beatitudinis eterne fieri merentur coheredes. Hujus hereditatis portionem Garnerus de Greis plane et indubitanter obtinuit, qui in fervore juventutis miles strenuus, nobilitate pollens, seculi dignitate inter suos conspicuus, mundum quasi aridum cum flore despexit, et, ut perfectus esse posset, se ipsum abnegavit, crucem suam portavit, secutus Dominum; non sua tantum pauperibus erogavit, sed et humilis Christi pauper factus, se cum suis Deo obtulit. Anno igitur, quo magnus ille concursus factus est fidelium in sanctam Hierusalem, ipse cum duce Godefrido, nec non et aliis regni principibus, pro desiderio satisfaciens, quod dudum animo conceperat, factis curavit adimplere, ut, quia Deum videre non poterat in sede majestatis sue, in loco saltem, ubi steterunt pedes ejus, ubi et nasci voluit, ut pateretur, pati non abnuit, ut moreretur, mori dignatus est, ut resurrectionis sue gloriam nobis largiretur, mereretur adorare; quod, quia ei ad hoc sufficere non potuit, res familiares et privata vendidit predia, distraxit patrimonia, ut in hoc Deo fidelius servi-

[1]) La copie de tous ces documents nous a été communiquée par l'abbé J. Barbier.

ret, si eum de suis justis laboribus honoraret et non de rapina. Inter plurima ergo, que distraxit ad vie stipendium, allodium quoque in comitatu Hoyensi, quod *Vallis* dicitur, quod in divisione patrimonii cum fratre suo Henrico in partem susceperat, et ei in tranquillam et in quietam possessionem pervenerat, cum servis et ancillis, intra ejusdem tamen allodii terminum commanentibus, cum farmario[1] et camba, cum campis et pratis, cum cultis et incultis, cum wadriscapis[2] et pascuis, cum viis et inviis, cum aquis et aquarum decursibus, postremo cum omnibus ad idem allodium jure pertinentibus, ecclesie Fossensi et sancto Foillano martiri, astante, collaudante, confirmante, contradente fratre suo Henrico, nec non et domina Adelende, uxore sua legitima, astante, confirmante, contradente, astantibus quoque et confirmantibus et collaudantibus Wigero, ejusdem ecclesie advocato, domino abbate Gemblacensi Liethardo, sed et aliis pluribus tam ingenuis quam de ecclesie familia boni testimonii viris, ad altare majus, quod in honore sancti Petri in cancello ejusdem ecclesie situm est, supra corpus ejusdem domini Foillani, martiris, quod in superiore altari, ubi corpus ejus quiescit, delatum fuerat, in perpetuam commemorationem sui patris et matris et aliorum predecessorum suorum contradidit in usum fratrum Deo ibidem servientium, accepto ab eadem ecclesia aureo calice non modici ponderis, videlicet viginti marcarum et firtonis, quem a Waldrade, Regine et Gisle abbatisse temporibus ob reverentiam pie memorie eadem ecclesia sibi retinuerat; insuper et argenti massa non modica, quantum ibidem pia devotio fidelium omnibus annis contulerat. Eisdem quoque supradictis viris astantibus, uterque, frater Warnerus scilicet et Henricus, data fide supra sacrosanctum ipsius martiris corpus manu propria fir-

1) *Farmarius, firmarius* et *fermarius,* fermier.

2) *Wadriscapum, waterscapum,* canal, fossé d'écoulement.

maverunt se nec facturos, nec fieri passuros, per se aut per aliquem alium, de supradicto allodio ullum prejudicium ecclesie; quin, quantum possent, judiciali jure liberali lege illud ecclesie retinerent, tanquam facerent sibi, si esset proprium. Proxima vero die tertia, idem Guarnerus in eodem allodio, presente ipso corpore sancti Foillani, presentibus quoque nonnullis tam nobilibus quam de ecclesie familia idoneis testibus, Wigero advocato, domino Otberto preposito, cum ceteris fratribus, facte traditionis investituram dedit, quod de familia fecerat, confirmavit, et supra sacrosanctum ipsius martiris corpus, quotquot de servis et ancillis inibi inventi sunt, fidelitatem facere fecit. Wigerus quoque advocatus allodii ejusdem suscepit advocationem ea conditione, ut non aliud ipse, sive sub eo aliquis, requireret in toto allodio sive in placitis, sive in obsoniis, sive in acquisitis, sive in acquirendis, quam per singulos mansos unum modium avene, nisi forte rebellis aliquis ab ipso ad placitum cogeretur venire; tunc tertiam partem obtineret advocationis jure. Quod si fortasse aliquis huic traditioni juste et ordinabiliter facte obviare presumpserit, aut quod legaliter factum est, infectum reddere, sive in pejus commutare temptaverit, iram incurrat Dei omnipotentis, et omnium fidelium testimonio redarguatur, ut temerator veritatis. Hujus rei testes sunt Wigerus, advocatus, Arnulfus, frater ejus, Godefridus, Henricus et Albertus, fratres de Namurco, Arnulfus, Johannes, Gualterus et Adelardus, filii ejus, Lambertus, Albertus, Libertus, Albertus, Balduinus, Bovo, Marsilius; item de familia ecclesie testes Gaultherus, Franco, Parrinus, Godefridus, Everardus, Gualtelmus, Theodericus. Actum anno Dominice Incarnationis 1095, indictione quarta, imperatore domino Henrico tertio augusto, regnante vero filio ejus Henrico quarto, episcopatus domini nostri Otberti, venerabilis episcopi, anno quinto.

Flores cartarum du chapitre de Fosses, aux Archives de l'Etat à Namur.

II.

Fondation de l'abbaye de Saint-Feuillan, près du Rœulx (Hainaut)[1].

1137.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego NICHOLAUS, Dei gratia Cameracensis episcopus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Cum nostri ordinis sublimitas, immo omnium fidelium salus exigat benefacta aliorum diligere et approbare, laudamus et, qua possumus, officii nostri autoritate corroboramus piam devotionem et benefactum predecessoris nostri domini Burchardi, Cameracensis episcopi, qui Apostoli verba retractans dicentis : *Dum tempus habemus, operemur bonum,* ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, ob anime sue salutem et beati Foillani martiris meritum frequenti et honeste petitioni Fossensis ecclesie condescendens, que de emancipatione et honorificentia loci illius erat, in quo predictus martir passus fuerat, suarum personarum communicato consilio, locum illum sancti sanguinis illius unda respersum et frequenti miraculorum luce perspicuum, ubi et capella in honore illius erat sita, emancipavit, et tam ipsum quam altare de Sterpei[2] cum omnibus suis appendiciis, sed et altare de Archene prope Nivellam, item altare Guasleir[3], et capellam de Borle Fontine, beato martiri Foliano et ecclesie Fossensi supra sacratissimum corpus ipsius, quod ibidem ad hoc perficiendum cumque plurimis sanctorum corporibus delatum erat, contradidit ad usus siquidem fratrum, qui in eodem loco

[1]) Ce document a été publié par Miraeus *(Opera dipl.,* I, p. 103), qui a altéré l'orthographe de plusieurs noms de lieux. Nous donnons le texte sans changements.

[2]) *Sterpei,* Strépy, village situé entre Le Rœulx et Binche.

[3]) *Guasleir,* Wallers (France).

in silva, que Cherbonires dicitur[1], sub regulari ordine et habitu Deo et beato martiri Foillano deservirent. Quia vero istud non sine aliquo labore et multimoda expensa ecclesie Fossensis factum est, ut aliquid honoris et respectus capiti ex membro, prout justum est, proveniret, statuit etiam, ut singulis annis ecclesia illa de Cherbonires ecclesie Fossensi in dedicatione ejusdem ecclesie aureum nummum vel duodecim nummos censualiter solveret; et si locus ille meritis beati Foillani et fratrum religione adeo multiplicaretur, ut loci facultas abbatem exigeret, et conventus ille canonice sibi abbatem eligeret, electum Cameracum ad consecrandum perduceret; consecratus Fossas ad accipiendum pastoralem baculum ab altari beati martiris Foillani, et ad renovandas societates et fraternitatis institutum veniret; et, eo defuncto, predictum baculum Fossis super idem altare, inde iterum suo tempore a successore recipiendum, fraternitas remitteret. Hoc autem tam rationabile institutum, quod, Deo annuente, a prememorato antecessore nostro factum est, ut ratum et inconvulsum permaneat, ego Nicholaus, Dei gratia ejus successor videlicet et Cameracensium episcopus, approbo, et, qua possum, officii mei autoritate et sigilli impressione et personarum mearum canonica astipulatione corroboro, Dei gratiam et pacem concedens conservatoribus, terribilem maledictionem et iram tremendi judicii promulgans prevaricatoribus. Actum anno Incarnationis 1137.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 25 r° et v° et 26 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

III.

L'abbaye de Floreffe fait l'acquisition d'un terrain à Auvelais pour y bâtir un moulin.

1138.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit tam

[1]) Voyez sur la forêt Charbonnière le savant mémoire de M. Ch. Duvivier, intitulé : *Recherches sur le Hainaut ancien*, p. II et suiv.

presentibus quam futuris, quod frater Gerlandus, Floreffiensis ecclesie abbas, ceterique fratres ejusdem ecclesie acquisierunt sibi quemdam locum ad construendum molendinum in fluvio Sambre, in allodio Auvlois nomine, communiter ab omnibus ejusdem allodii participibus, scilicet dimidiam partem ipsius loci a domino Gerardo, clerico, fratre domini Godescalci de Morialmeis, ipso eodem Godescalco consentiente et contradente, sub censu trium et viginti denariorum ad illam partem pertinentium; reliquarum autem partium unam ab ecclesia Fossensi, consentiente et contradente ejusdem ecclesie preposito Berengero, et decano Raulpho cum reliquo fratrum conventu, sub censu duodecim denariorum ad ecclesiam Fossensem pertinentium, alteram vero a quodam libero homine Hugone de Foreselle, agnomine Ranpart, sub censu similiter duodecim denariorum ad eum pertinentium; quod etiam successu temporis pro salute anime sue et antecessorum suorum ecclesie Floreffiensi in perpetuum condonavit, sub testimonio tam clericorum quam laicorum, Berengeri Fossensis prepositi, Gerardi de Morielmeis, ejusdem allodii participis, Arnoldi decani, Arnulphi presbiteri, Hostonis cantoris, et ceterorum, Arnulphi Fossensis advocati et Bastiani de Gordinis, et aliorum quam plurimorum. Hec autem contraditio hoc pacto confirmata est, ut ipsi fratres Floreffiensis ecclesie nullam ibi prorsus piscationem faciant; ipsius vero allodii participes neque in lesula ipsius molendini vannum, neque supra vel infra aliud aliquid, quod molendino ad impedimentum sit, faciant. Solvetur autem census iste singulis annis in die nativitatis sancti Joannis Baptiste denariis Namurcensis monete; cujus solutione liberi erunt fratres ab omni exactione. Confirmatum est etiam in hac conventione, ut venientes molere, et recedentes, omnino liberam habeant et determinatam per medium illud allodium viam. Adjunctione quoque hujus confirmationis licebit fratribus Floreffiensibus pascua habere viginti ovium et octo vaccarum infra ambitum ipsius allodii,

si nutrire ibi voluerint. Fuit etiam necessarium ad commoditatem molendini et in eo habitantium acquiri quandam partem terre juxta molendinum ab ipsis mansionariis eam possidentibus, consensu etiam fratrum Fossensium, a quibus tenebant illam in hereditatem sub censu duorum denariorum Namurcensis monete, singulis annis similiter in die nativitatis sancti Johannis Baptiste solvendorum; quod huic confirmationi est additum. Factum est autem hoc anno Dominice Incarnationis 1138, indictione decima quinta, regnante Conrardo hujus nominis rege secundo, anno autem regni ejus primo, presidente cathedre Leodiensis episcopatus Alberone secundo, sub testimonio tam clericorum quam laicorum, tam nobilium quam de ecclesie familia honestorum virorum. Hoc autem tam rationabile institutum, quod, Deo annuente, approbatum et consignatum est, qui in pace conservaverint, Dei gratiam mereantur; qui vero infringere voluerint, iram tremendi judicis, nisi resipuerint, incurrant.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 38 ro et vo, 39 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

IV.

Le chapitre de Fosses cède aux religieux de Frasnes-lez-Gosselies toutes les possessions qu'il avait dans cet endroit[1].

1141.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hujus cyrographi annotatio in inconcusse veritatis testimonium permaneat, quod scilicet fratres de cenobio Fraxinensi, quod in honore beati Petri, apostolorum principis, situm est, quicquid portionis ecclesia Fossensis tam in allodio quam in ecclesia ibidem habet, in obedientiam jure stabili et inconvulsa fir-

[1]) Voyez sur Frasne-lez-Gosselies Le Roy, *Topographia historica Gallo-Brabantiae*, p. 113, et *Analectes*, II, p. 109.

mitudine teneant. Hujus autem obedientie tale est pactum, et debiti summa, et solutionis debiti distributio. Pactum : Ut aliquis fratrum Fossensis ecclesie investituram altaris Fraxinensis, prout justum est, accipiat, synodis episcopalibus, conciliis et conventibus ecclesiasticis intersit, et pro ecclesia, si opus sit, agat; Fraxinensis vero ecclesia ejusdem ecclesie structure per omnia et de suo provideat. Debiti summa : Ut per singulos annos quinquaginta solidos Namurcensis monete Fossis argentario persolvat. Solutionis distributio : Ut eorum decem solidos in Assumptione beate Dei Genitricis Marie, viginti in Purificatione ejusdem, viginti mȩdio maio eadem Fraxinensis ecclesia distribuat. Hujus obedientie donatio in pleno Fossensi facta est conventu, concedente et contradente Berengero, ejusdem ecclesie preposito, Raulpho, decano, cum reliquis ejusdem ecclesie tam personis quam canonicis, anno ab Incarnatione Domini 1141, indictione quarta, Alberone secundo Leodiensis ecclesie episcopo, Petro etiam Haffligemensis ecclesie abbate, ad quam Fraxinensis ecclesia partim et ex subjectione attinet, hoc concedente.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 34 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

V.

Le chapitre de Fosses cède l'alleu de Courcelles à l'abbaye de Bonne-Espérance.

1143.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ne quod bene et rationabiliter factum est, memorie excidat, aut in deterius pervertatur, ad inconcusse veritatis testimonium huic cirographo annotare studuimus, que conventio facta sit inter fratres conventus Fossensis ecclesie et Bone Spei de curia una in territorio de Curcellis in parte illa, que Regneis dicitur, a fratribus

Bone Spei constructa. Hec itaque curia quia partim ex jure allodii ad predictam Fossensem ecclesiam attinet, decima nutriture partis illius, que ad Fossensem ecclesiam pertinet, ecclesie Bone Spei concessa est pro censu duorum solidorum Namurcensis monete, quos per singulos annos in festivitate Omnium Sanctorum fratri illi, qui obedientiam de Curcellis ab ecclesia Fossensi tenebit, et ibidem debent persolvere. Actum est hoc publice in conventu Fossensi, concedente et contradente Berengero, ejusdem ecclesie preposito, Raulpho, decano, cum ceteris tam personis quam fratribus ejusdem conventus, sub testimonio etiam domini Hugonis, Premonstratensis ecclesie abbatis, et fratrum suorum Thebaldi, Lamberti, petente hoc domino Odone, ejusdem ecclesie Bone Spei abbate, presentibus quibusdam fratribus suis Marsilio, Arnulpho, anno ab Incarnatione Domini 1143, indictione sexta.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 22 v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

VI.

Confirmation de l'acte précédent.

1164.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Tam futuris quam presentibus in perpetuum, ad inconcusse veritatis testimonium, huic cyrographo reservandum annotare studuimus, qualiter inter ecclesiam Fossensem et Bone Spei actum est sub generali consensu totius conventus de allodio, quod ecclesia Fossensis in Curcellis possidet; quod ecclesia Bone Spei in obedientiam firmiter et legitime possidendum ab ea per abbatem suum et aliorum fratrum unanimem consensum accepit. Hujus obedientie talis est conventio, quod quicquid allodii in Curcellis predicta Fossensis ecclesia in parte sua legitime possidet, tam in ecclesia quam in decimis, quam in..., quam in mansionariis tam cultis quam incultis, tam silvis

quam pascuis, tam aquis quam aquarum decursibus, et, ut breviter concludam, in omni totalitate sua predicta ecclesia Bone Spei per manum domini abbatis Philippi et quorumdam fratrum in obedientia accepit, ea scilicet conventione interposita, ut singulis annis sexaginta solidos Namurcensis monete distinctis terminis exsolvat : viginti scilicet in Assumptione beate Virginis Marie, viginti in Natali Domini, reliquos viginti in Pascha Domini. Super quo, si aliqua inquietatio ecclesie de Bona Spe exorta fuerit, ejusdem sumptu legitimam ei garrandiam ecclesia Fossensis, ubicumque necesse fuerit, exequetur. Actum est hoc in celebri conventu Fossensi, consentiente et contradente Berengero secundo preposito, Arnoldo decano, cum ceteris fratribus, anno Incarnationis Dominice 1164, Frederico imperatore feliciter regnante, Henrico secundo Leodiensi ecclesie presidente. Sit pax et Dei gratia hanc conventionem predictarum ecclesiarum in pace servantibus.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 23 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

VII.

Le chapitre de Fosses vend deux pièces de bois à Jean de Hédenge.

1157.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Omnibus Ecclesie Dei fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ego Berengerus, Dei gratia Fossensis ecclesie prepositus, una cum fratre Arnoldo, ejusdem ecclesie decano, et reliquis concanonicis posteritati providens, et rei bene geste testimonium perhibens, qualiter Johannes de Hesdenges sibi suisque heredibus, Nicholao et Gerardo, silvulas quasdam indominicatas[1] in hereditatem ab ecclesia nostra adquisierit, huic cyro-

[1]) *Indominicatus* ou *dominicatus* se disait des propriétés seigneuriales, que l'on possédait en propre et non pas en fief.

grapho annotavi. Erant in allodio de Hesdinges silvule due indominicate, quarum una Li Tilois, altera Li Faiels dicebatur, jugerum quindecim aut non multo plus; in quibus clausura horrei indominicati et culturarum consuetudine legitima a mansionariis suis temporibus accipiebatur. Quas predictus Johannes sibi suisque heredibus de indominicato per gratiam et legitimam concessionem predicti conventus Fossensis transtulit in hereditatem pro censu trium solidorum totidemque denariorum Leodiensis monete, singulis annis in nativitate beati Johannis Baptiste solvendorum, ita dumtaxat, ut culturas suis sationibus et horreum indominicatum, quoties necesse esset, clausura sufficienti repararet. Facta est hec concessio et investitura a predictis personis et capitulo ecclesie Fossensis, anno Incarnationis Dominice 1157, indictione quinta, Adriano Apostolice Sedi fideliter presidente, Frederico imperante, Henrico hujus nominis secundo Leodiensem episcopatum administrante. Hujus rei actor et testis totus conventus fuit; de laicis et boni testimonii viris Theodericus miles, Andreas Robertus villicus, Reinerus, et alii quam plures de Hesdenges; Gwinardus villicus, Raulfus scabinus, Erenbaldus de Alta Villa, Balduinus miles, Johannes, et alii quam plures. Hujus actionis fideles conservatores pax eterna custodiat; perturbatores et molatores damnatio perpetua, nisi resipiscant, absorbeat.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 39 vo et 40 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

VIII.

L'église de Gourdinne est incorporée au chapitre de Fosses.

1161.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Notum sit omnibus Ecclesie fidelibus, tam presentibus quam futuris, quia dominus Amalricus, Leodiensis ecclesie archidiaconus, peti-

tioni Fossensis ecclesie condescendens, assensu etiam Wederici, ejusdem ministerii decani, presbiteratum ecclesie de Gordinis, qui sui ministerii erat, concessit ei in perpetuum ad communem usum fratrum et meliorandum prebende sue defectum, ad anime sue salutem, et orationum, et beneficiorum ecclesie participationem. Quod, quia bene et ordinabiliter, Deo propiciante, factum est, ut in perpetuum inconvulsum permaneat, huic cartule annotare studuimus. Factum est autem hoc anno ab Incarnatione Domini 1161, imperante domino Frederico, episcopatum Leodiensem administrante domino Henrico secundo, Berengero, ecclesie ejusdem preposito, assistente et concedente, Arnoldo, similiter decano, assistente et concedente, et ceteris fratribus. Hujus rei testes sunt : Godefridus, abbas Broniensis, Robertus, abbas Walciodorensis, Henricus, decanus de Fleruis, Petrus de Mostiers, Henricus et Alexis de Gerpinis, Johannes de Florinis, Godefridus de Grou, Boso de Flena, Johannes de Biurt, Johannes de Beverna, Goderanus de Bovinia, et alii multi Dei gratia cum omnibus hujus beneficii cooperatoribus.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 30 vo et 31 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

IX.

Donations faites en faveur de l'église d'Enines.

1162.

Omnibus bene vivere et Deo servire volentibus in perpetuum. Bonorum predecessorum elemosine et benefacta, sicut Deo sunt placita, ita fidelium sunt testimonio approbanda et confirmanda. Eapropter notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quia Eureldus, Godefridus, Gualterus et Reinerus de Asnines duo bonuaria et diurnalem unum terre, quam censualem sibi injusti fecerant, cognita rei veritate, quia censualis esse non poterat, eo quod de dote ejusdem ecclesie

esset, pro memoria animarum suarum et antecessorum suorum predicte ecclesie libere resignaverunt. Hujus beneficii exemplo Arnulphus, miles et villicus de Asnines, commonitus, dimidium bonuarium terre de proprio suo eidem ecclesie pro anima sua et uxoris sue Mathildis et antecessorum suorum libere contulit, censu ejusdem terre alteri parti seu terre assignato. Item Lambertus et Heldiardis, soror ejus, dimidium bonuarium terre in predicta memoria predicte ecclesie contulerunt. Item Arnulphus, ejusdem Heldiardis filius, eidem ecclesie dimidium diurnalem terre eodem modo contulit. Harum predictarum possessionum usus fructus, tam predicte quam ceterarum, in usus predicte ecclesie et presbiteri ibidem Deo servientis equali portione cedant. Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini 1162, indictione decima, Frederico imperatore augusto imperante, Henrico ejusdem nominis secundo episcopo Leodiensi ecclesie presidente, Berengero, secundo hujus nominis, Fossensis ecclesie preposito, Arnoldo decano, sub totius ecclesie testimonio. Quod, quia bene et rationabiliter factum est, conservatores et defensores hujus rei Dei gratiam accipiant; contra agere molientes Dei omnipotentis iram et sententiam anathematis incurrant.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 17 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

X.

Bérenger II, prévôt, donne son obédience (obedientia) *d'Astut*[1] *au chapitre de Fosses.*

1167.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Amalricus, Dei miseratione Leodiensis archidiaconus et Fossensis ecclesie

1) Nous pensons qu'il s'agit d'Offus. Le copiste du cartulaire aura lu Astut au lieu d'Offuz. Voyez ci-dessous le document n. XV.

prepositus, tam futuris quam presentibus in dilectione Dei et proximi legem Christi adimplere. Cum bonus agricola Christus in sancta Ecclesia fidei nostre radicem plantaverit, et cum in obsequio divino totius humane virtutis collocaverit fundamentum, omnes, qui in christiane religionis amplexibus conquiescunt, vigilanti intentione ad hoc inniti debent, ut statum sancte Ecclesie promoveant, et vineam, in quam excolendam Christus eos tamquam operarios suos introduxit, fructuosa propagatione dilatare elaborent. Ex hac quippe vinea fructus indeficientes capiemus, si in operibus bonis studio caritatis accensi, in ea diligentem culturam adhibere studeamus; si vero per ignorantiam ceci, aut per negligentiam tepidi, eam arescere patiamur, hujus ariditatis jactura in caput nostrum refundetur. Quamdiu enim Ecclesia rigorem sancte religionis incolumen servabit, filii ejus copiosa uberis sui nutrientur ubertate. Si autem per eorum desidiam infirmari ceperit, ipsi jam non cives sed advene, jam non filii sed privigni, a domo patrisfamilias in tenebras exteriores ejicientur. Hoc igitur attente considerans secundus Berengerus, Fossensis prepositus, in dispositione rerum ecclesie totam discretionis sue aciem defixit, et onus commune fratribus humeris suis imposuit, diligenter in ecclesia docendo et prudenter extra ecclesiam administrando. Obedientiam[1] autem de Astut, cui ex officio dignitatis sue providebat, fratribus suis ex debito distribuebat. Si quid vero residuum erat, pro arbitrio voluntatis sue in usum rei familiaris cedebat. Postea vero, cum jam senectutis gravitate defessus esset, attentius utilitati fratrum suorum invigilans, eis prefatam obedientiam in perpetuo habendam concessit, hac tamen conditione implicita, ut in commemorationem ipsius ei anniversarium pro salute anime sue et omnium fidelium defunctorum singulis annis exhiberent, et de fructibus

[1]) Voyez sur la signification du mot *obedientia* le *Glossarium* de Ducange. Il est employé ici dans le sens de *cure* ou *bénéfice*.

obedientie, si ultra viginti quinque solidos, qui fratribus debentur, superessent, duodecim solidos et dimidium tum in elemosinis pauperum tum in expensa luminaris assignarent. Hoc autem egit in presentia quorumdam fratrum Fossensis ecclesie et fratrum Leodiensis ecclesie sancti Johannis, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo septimo.

Ego autem Amalricus, Dei gratia domini Berengeri in eadem dignitate successor, predictam donationem, utpote honestati et utilitati ecclesie necessariam, approbavi, et, ne a facie posteritatis per ignorantiam hoc factum se absconderet, testimonio presentis pagine memorie commendavi. Et ne insuper successor meus maligna delatorum suggestione incitatus, vel spiritu presumptionis elatus, pacem ecclesie super hoc turbaret, sigilli mei impressione roboravi. Et, cum in hiis Gregorii precepta secutus, communem utilitatem magis quam lucrum singulare quesivi, in recompensationem hujus beneficii, cum juxta dispositionem divine voluntatis de medio sublatus fuero, diem obitus mei in catalogo suo fratres annotare decreverunt, et celebrem anniversarii mei commemorationem ex communi omnium fratrum astipulatione mihi in eadem die concesserunt. Mutua enim benevolentia caritatis exigit, ut, qui pro communi fratrum suorum utilitate vigilanter laborat, per orationes eorum anime sue in eterna vita remedium inveniat. Hujus autem confirmationis testes sunt sacerdotes Arnoldus, decanus Fossensis ecclesie, Henricus, decanus sacerdotum, diaconi Bernardus, Arnulphus cantor, Nicholaus, Arnulphus, Obertus, Guerardus, Balduinus; subdiaconi Gobertus, Alardus, Balduinus, item Balduinus.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 28 v°, 29 r° et v°, 30 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XI.

Henri de Marbais donne au chapitre de Fosses le patronage d'Heppignies.

1189.

Ego A., Dei gratia majoris ecclesie Leodiensis prepositus, S., decanus, archidiaconi, totusque ejusdem ecclesie conventus, notum facimus omnibus, tam futuris quam presentibus, quod dominus Henricus de Marbais, concanonicus noster, Fossensis ecclesie prepositus, et Bastianus, frater ejus, et eorum mater B., in presentia nostra constituti, jus patronatus, quod in ecclesia de Helpingnies habebant, Fossensi ecclesie perpetuo concesserunt, et, ut testimonium eidem ecclesie super hoc perhiberemus, a nobis postulaverunt. Ut ergo Fossensis ecclesia super hac possessione securitate gaudeat et quiete, testimonium ei presenti scripto perhibemus, et, quod hec in presentia nostra solemniter gesta sunt, omnibus manifestum facimus, ad quos litere presentes pervenerint; et sub anathemate, ne hoc factum immutetur, prohibemus. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini 1189.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 49 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XII.

Confirmation de l'acte précédent.

4 octobre 1251.

Universis tam presentibus quam futuris presentes literas inspecturis, ego Waltherus, miles, dominus de Heppignies, notum facio, quod ego ratum habeo et gratam collationem et concessionem, quas fecerunt Henricus, prepositus Fossensis, Bastianus, frater ejus, et B., eorum mater, ecclesie Fossensi de jure patronatus ecclesie de Heppignies, quod ad ipsos tem-

pore collationis, quam fecerunt, plene spectabat, volens modis omnibus et concedens, sciens, prudens et compos mentis, spontaneus, non coactus, tamquam heres predictorum et successor, ut dicta ecclesia predicto patronatu gaudeat perpetuo, et illud possideat libere et pacifice. Et, si quid juris in eodem patronatu mihi competit, illi juri penitus renuntio ad opus ecclesie supradicte, et ipsi ecclesie benigne concedo. Ego quidem Bastianus, miles, filius jam dicti domini primogenitus et heres, concessionem, quam fecit dominus et pater meus predictus de patronatu et collatione predictis, laudo benigne et approbo, promittens, quod nunquam in aliquo contraveniam, nec eandem ecclesiam super dicto patronatu impediam vel offendam. In cujus rei testimonium ego Waltherus, dominus predictus de Heppignies, sigillum proprium; ego vero Bastianus, filius dicti domini Waltheri, cum sigillum proprium non habeam, sigillum decani concilii Flerucensis presentibus literis apponi postulavi. Datum anno Domini 1251, feria quarta post festum beati Remigii, mense octobri.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 63 ro et vo, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XIII.

Arrangement, concernant le moulin de Frasnes, conclu entre l'abbaye de Floreffe, le chapitre de Fosses et d'autres intéressés.

1191.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod cum situm molendinum, qui in viculo parochie de Franires, qui *Quercetum* dicitur, haberet ecclesia Floreffiensis a suis participibus dominis allodii de Franires, ecclesia videlicet Fossensi, Hugone de Means, Balduino de Grau, hereditario jure possidendum, perpetuo hac conditione suscepit, ut super eo molendinum suis edificet impendiis; decem modios moliture,

mensure Fossensis, cujus dimidium tritici, reliquum mixte segetis erit, duobus terminis, mediam scilicet partem ineunte januario, mediam mediante martio, exinde annuatim persolvet. Horum modiorum duo in decimam ecclesie de Franires cedent; reliquos octo Floreffiensis ecclesia cum predictis participibus suis, prout quemque de jure allodii sua contingit portio, justa dividet portione. Et, ut firmum permaneat, quod rationabiliter factum est, presentis cyrographi paginam predictarum ecclesiarum sigillis communire, et testium probabilium subscriptione necessarium duximus roborare. Quorum hec sunt nomina: Hermannus, abbas Floreffiensis, Albero prior, Johannes supprior, Bernardus, Remigius, Ortuinus, Vindricus sacerdotes, Henricus, prepositus Fossensis, Marelinus decanus, Alardus, Balduinus, Nicholaus, et ceteri ejusdem ecclesie canonici. Acta sunt hec anno Verbi Incarnati 1191, indictione octava, epacta quarta.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 36 vo et 37 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XIV.

Le chapitre de Fosses obtient le patronage de la cure de l'endroit.

1204.

In nomine sancte et individue Trinitatis. HUGO, Dei misericordia Leodiensis episcopus, omnibus, ad quos presens pagina pervenerit, salutem in Domino. Noverint universi, quod Henricus, Fossensis prepositus et custos, jus patronatus parochie Fossensis, quod ad custodiam spectabat, in manus nostras resignavit; nos vero ad petitionem et instantiam ipsius Henrici, prepositi et custodis, idem jus patronatus cum omnibus ejusdem parochie proventibus, tenuitati prebendarum Fossensium condescendentes, ad augmentum ipsarum conventui ipsius ecclesie perpetuo possidendum concessimus, tali forma inter-

veniente, quod unus canonicus dicte ecclesie curam prefate parochie de manu archidiaconi recipiet, et episcopalia jura persolvet. Ut autem hec inconcussa et inconvulsa habeantur, presens scriptum nostri sigilli appensione roboravimus. Acta sunt hec anno Incarnati Verbi 1204.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 18 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XV.

Le pape Honorius II confirme le chapitre de Fosses dans ses possessions.

12 décembre 1219.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo Fossensi salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presenti possidet rationabiliter, aut in futurum justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem parochiam Fossensis ecclesie, cum pertinentiis suis, decimam de Bomale, redditus et possessiones de Ham et Ofut, ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri

et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Viterbii, secundo idus decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Cartulaire du chapitre de Fosses fol. 86 v° et 87 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XVI.

Spécification des cens et biens accordés par les habitants au curé et au marguillier de Somzée.

Mai 1247.

Universis presentes literas inspecturis homines ville de Somezeies salutem et cognoscere veritatem. Ne lapsu temporis oblivionis senio marcescat, quod pia devotione actum est inter vivos, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos pro remedio animarum nostrarum, antecessorum et successorum nostrorum assignamus, et in perpetuo conferimus ecclesie beati Mauritii de Somezee, ad opus investiti seu curati ejusdem ecclesie, in elemosinam perpetuam redditus et proventus de bonis nostris, prout inferius plene continentur; item redditus et proventus pertinentes perpetuo ad matriculariam, obligantes tam nos quam successores et heredes nostros ad dictorum reddituum et proventuum solutionem annuam et collationem.

Redditus autem a nobis assignati sunt hii :

Dominus Julianus assignat perpetuo ad dictam investituram de Somezeies decem solidos alborum supra quatuor jornaria terre a Rempripreit, et post decessum suum tria bonuaria terre; dominus Robertus, villicus, tres solidos alborum supra duo jornalia terre a Ovileir; Lambertus de Tarsines duos solidos supra unum jornarium terre a Weis a Reisias, et post decessum suum unum jornale a Retonpreit; Raingardis duos solidos alborum supra unum jornale terre, que communis est duobus filiis suis; Therricus, pan-

nifex, duos solidos super unum jornale terre ad pratum de Chanial; Ermengardis de Atrio tres solidos super duo journaria terre en Roumdin; Joannes de Lierne sex denarios super dimidium jornare terre el Chanoit; Fraibors de Atrio tres solidos supra quartarium ale Bowe el Chanoit; Joannes Truison duodecim denarios supra grangiam et ortum suum; Ida et Lambinus, filius suus, duos solidos supra domum et ortum suum; Berta et Lambinus, filius suus, octodecim denarios supra quinque virgas terre juxta allodia domini; Radulphus, faber, duos denarios supra domum suam et supra ortum, qui movetur de Gordines; Joannes, usurarius, dimidium jornale terre a Fuhut et unum caponem et tres Namurcenses; caponem et unum Namurcense assignat ipse super grangiam; Vesoke alios duos Namurcenses super domum Reneri et super ortum in vico; dominus Adam duos solidos super mansionem et ortum suum; Robertus Caingnes quinque virgas terre in perpetuum a Hesselinhaye; Gobertus duos solidos supra unum jornale terre a Piersemenche; Simon dimidium jornale terre perpetuo a Sentier de Ovileir; Joannes de Ham duos solidos supra unum jornale terre a Abechonvoie; Emma et Joannes Manheles sex denarios supra domum suam et ortum suum; Bovrios duodecim denarios supra unum jornale terre a Loie a Heselinhaye; Bartholomeus duodecim denarios supra terram suam a Chanoit; Robertus Coitesman duos solidos supra domum suam et ortum; Waltherus, filius Regis, duodecim denarios supra terram suam a Chanoit; Emma li Evrot et Joannes, filius suus, duodecim denarios supra dimidium jornale terre a Heselinhaye; Hugo Rex sex denarios supra ortum suum, qui movetur de Gerpines; Joannes Corbais duodecim denarios supra domum et ortum suum; Fraibors sex denarios supra domum suam et ortum; Radulphus Rachars octodecim denarios supra dimidium bonuarium terre a Fehut; Beatrix et Johannes, filius suus, duodecim denarios supra duo frusta terre delle Couture monsignor Gerart; Gela sex denarios supra quinque virgas terre

a Morinfosse; Robinus Froidure tres solidos supra unum bonuarium terre a Sachil; Trivire octo denarios supra terram suam del Chanoit; Renerus duos florenos duodecim denarios supra domum suam en le Rue et ortum, alios duodecim supra aliam domum et ortum in Media Villa; Arnulphus Staches sex denarios supra unum quarteronem terre a Loseis; Johannes de Meting duodecim denarios supra dimidium jornale terre a Pieri de Hansines; Johannes li Flamens unum quarteronem terre perpetuo, qui participiat contra Cruisonem; Robertus li Savaige quinque virgas terre perpetuo al Eraule; Achardus octodecim denarios supra unum jornale terre a Weis a Reisias; Rainiars sex denarios supra centum solidos pignorum; Ermeniardis li Driure octodecim denarios supra domum suam et ortum, et supra dimidium jornale terre a Marchais; Beatrix li Beghine duos florenos supra unum jornale terre juxta Rempripreit; Joannes Vesoke quinque florenos supra totam possessionem, quam tenet de domino; et quam cito solvet 100 florenos ad redditus acquirendos; ultra non tenebitur ad solutionem quinque florenorum predictorum; Juliana et Rassinus octodecim denarios supra dimidium bonuarium terre a Sachil; Maria et Beatrix sex denarios supra ortum en le Rue; Hawidis et Stephanus, filius suus, sex denarios supra acquisitionem, quam fecit ad Adam de Bousut; dominus Gerardus decem journalia terre in pretio triginta solidorum; dominus Julianus novem jornalia terre, et Lambertus de Tarcines unum in pretio triginta solidorum; dominus Johannes, sacerdos, unum bonuarium terre in pretio novem solidorum, et dimidium bonuarium, qui est in custodia nostra in pretio quatuor solidorum et dimidium; Colinus et Odettus duodecim denarios supra partem suam de terra el Chanoit; Bales duodecim denarios supra domum suam et ortum en le Rue.

Redditus autem assignati ad matriculariam sunt hii :

Quilibet parochianorum de Somezeies, qui carrucam habebit integram, tenebitur matriculario annuatim in augusto

conferre duas garbas : unam siliginis vel spelte, aliam avene; qui vero dimidiam carrucam habebit, unam siliginis vel spelte. Illi vero, qui nullam habebunt carrucam, et tamen terras possidebunt, unam garbam ad minus avene; quilibet vero manuoperarius, qui terras non habebit in parochia, tenebitur ei solvere anuatim duos denarios in die beati Andree apostoli. In duabus solemnitatibus anni, videlicet in die Nativitatis Domini et in die Pasche scilicet Resurrectionis feret vel ferri faciet aquam benedictam per villam, et quilibet ignis[1] tenebitur ei dare panem unum talem et tantum, qualis fit in domo boni viri. Item pro campanis sonandis pro defunctis habebit duos denarios, et in nuptiis, quando feret pacem sponse, unum denarium. Ad quamlibet purificationem cujuslibet mulieris unum denarium. Si aliis diebus quam predictis ferat aquam benedictam per villam, non tenebuntur ei dare, nisi secundum quod eis placuerit. Rogamus etiam, ut sacerdos in diebus solemnibus ei gratiam faciat; et parrochianos solliciter in visitationibus legatis, testamentis, baptismis et aliis, ut beneficiant.

Promittimus etiam, quod ad augmentationem dicti beneficii bona fide intendemus et procurabimus licentiam dominorum de Somezeies de bonis nostris et heredum nostrorum, ad augmentationem predictam assignandis, cum Dominus tam nos quam ipsos heredes nostros super hoc inspiraverit.

In premissorum igitur robur et testimonium, quia sigillum non habemus, presenti cartule sigillum decani nostri Florinensis apponi postulavimus, cum quo ad majorem certitudinem et fidem sigilla virorum nobilium et dominorum nostrorum Willelmi, domini de Tier, et Gerardi, domini de Tarsines, fecimus apponi. Datum anno ab Incarnatione Domini 1247, mense maio.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 55 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

[1]) *Ignis*, foyer.

XVII.

L'église de Somzée est érigée en paroisse.

Mai 1247.

Universis presentes literas inpecturis, magister HENRICUS, canonicus Fossensis, et THERRICUS, investitus de Gerpinne, salutem et cognocere veritatem. Noverit universitas vestra, quod, cum homines morantes apud Somezee, que membrum est parochie de Gordines, zelo ducti divino et pia moti devotione, diu laborassent, et plurimum affectassent, quod, cum villa de Somezee remota sit a matrice ecclesia de Gordines, nec propter tenuitatem beneficii haberent parochiam in villa de Somezee, nec sacerdotem residentem, propter quod multa sepius acciderant pericula, nec etiam haberent servitium divinum continuum, et sepe et sepius ecclesie Fossensi, que jus habet ibidem patronatus, supplicassent, ut super premissis pio eorum desiderio subvenirent, cum parati essent pro remedio animarum suarum et antecessorum suorum de bonis suis propriis beneficium augmentare spontanei, tandem ecclesia Fossensis, que patrona est loci utriusque, videlicet de Gordine et de Somezee, de consensu et voluntate investiti de Gordines ex una parte, et homines predicti, de voluntate et consensu expresso domini Gerardi de Hoynau Bonemen, domini de Somezee ex altera, ordinationi nostre tam de ordinatione divisionis dictarum ecclesiarum et modo divisionis quam beneficii assignatione se supposuerunt, obligantes se firmiter, secundum quod decuit, ad ordinationis nostre super premissis observationem, salva semper in omnibus superiorum jurisdictione. Nos vero Dominum habentes pre oculis, habita sufficienti deliberatione, consideratisque, que consideranda fuerunt, habito bonorum consilio, omnibus rite actis, ordinamus et pronunciamus in hunc modum :

In primis reservamus ecclesie Fossensi in perpetuum jus patronatus ecclesie de Somezee; separamus etiam eandem ecclesiam de Somezee ab ecclesia de Gourdines; et dicimus, quod de cetero sit ecclesia baptismalis et tanquam pro dimidia ecclesia respondeat investitus ejusdem domino episcopo, archidiacono et decano de cathedratico, circata et aliis juribus eorum, prout emerserint. Assignamus etiam ad investituram dicte ecclesie perpetuo redditus assignatos, et ad eandem investituram deputatos, secundum quod plene continetur in quadam carta super hoc confecta et sigillis decani concilii Florinensis pro hominibus de Somezee, qui sigillum non habent, et dominorum de Somezee, videlicet dicti de Tier et Gerardi, domini de Tarsines, qui super hoc consensum suum apponunt, sigillata. Que carta sic incipit : *Universis,* etc. *villicus, scabini et ceteri parochiani de Somzee* etc.[1]. Et quia eadem ecclesia de Somezee ab ecclesia de Gordines dependet tamquam ecclesia matrici, dicimus, quod in signum et memoriam hujus reddat annis singulis in perpetuum investitus de Somezee, quicumque sit, investito de Gordinnes, in Natali Domini duos denarios illius monete. Teneantur etiam presbiter et parochiani de Somezee annis singulis in die patroni ecclesie de Gordinne, et in die dedicationis ipsius ecclesie interesse misse apud Gordines, et oblationes ibidem facere, sicut antea tenebantur secundum usus et consuetudines concilii Florinensis. Item dicimus, quod, quando synodus celebranda erit apud Gordines, quod denuncietur in ecclesia de Somezee; et eidem synodo teneantur interesse apud Gourdines presbiter et sinodales de Somezee, et ibi referre culpas et excessus parochie de Somezee, ita quod sit una synodus de istis duabus parochiis, sicut prius erat. Item dicimus, quod investitus de Somezee et vicarius, si aliquis fuerit ibi vicarius, fidelitatem faciant investito de Gordinnes de juribus parochie con-

[1]) Nous avons donné ce document ci-dessus p. 415, n. XVI.

servandis, salva ordinatione premissa. Item dicimus, quod quilibet ignis de Somezee reddet annis singulis presbitero dominica Ramorum duos denarios ad cereum paschalem faciendum, presbiter vero de residuo cerei et pro tredecim solidis, qui excrescunt ultra septem libras assignatas a prefatis hominibus dicte ecclesie de Somezee, tenebitur ministrare candelam, que accendetur semper in missis et vesperis; et habebit pariter candelas defunctorum. Et cum ipse habeat a quolibet igne annuatim duos albos, qui prius debebantur ecclesie de Gordines pro eo, quod oblatas et vinum ministrabat, ita etiam presbiter ministrabit oblatas et vinum, et etiam thus in diebus solemnibus, sed non in funeribus defunctorum, nisi ei placuerit. Et habebit denarios supradictos. Redditusque assignatos investiture tenebuntur solvere parochiani hiis terminis, in festo Omnium Sanctorum medietatem, alteram dominica *Invocavit*[1]. Tenebuntur etiam ad oblationes secundum usus et consuetudines concilii Florinensis, et alia jura exhibere tam in visitationibus quam purificationibus mulierum et aliis.

Voluerunt etiam et consenserunt prefati homines, ut de bonis ipsorum ordinaremus et crearemus matriculariam servitio dicte ecclesie de Somezee necessariam. Nos vero, habito super hoc tractatu et consilio, eandem matriculariam ordinamus et creamus, secundum quod in cedula presentibus annexa et sigillis nostris sigillata plene continetur.

In premissorum igitur robur et testimonium presentes literas sigillorum nostrorum duximus appensione roborandas; cum quibus ad majorem certitudinem et fidem sigillum capituli ecclesie Fossensis pro parte capituli, et sigillum viri venerabilis domini Johannis, decani concilii Florinensis, pro parte dictorum hominum, cum sigillum non habeant, et sigillum viri nobilis Willelmi domini de Tier, a quo tanquam domino des-

[1]) *Dominica* Invocavit, premier dimanche du carême.

cendit villa in feodum, sunt appensa. Actum anno Domini 1247, mense majo.

Item matriculariam ordinamus in hunc modum : Ad investitum dicte ecclesie de Somezee pertinebit instituere matricularium. Matricularius tale habebit beneficium. Quilibet parochianorum de Somezee, qui carrucam habebit integram, tenebitur matriculario annuatim in augusto conferre duas garbas : unam siliginis vel spelte, aliam avene; qui vero dimidiam carrucam habebunt, unam siliginis vel spelte; illi vero, qui nullam habebunt carrucam, et tamen terras possidebunt in parochia, unam garbam ad minus avene; quilibet vero manuoperarius, qui terras non habebit in parochia, tenebitur ei annuatim solvere duos denarios in festo beati Andree, apostoli. In duabus solemnitatibus anni, videlicet in die Nativitatis Domini et Pasche Resurrectionis, feret, vel ferri faciet aquam benedictam per villam; et quilibet ignis tenebitur ei dare unum panem talem et tantum, qualis fit in domo boni viri. Item pro sonandis campanis pro defunctis habebit duos denarios; et in nuptiis, quando feret pacem sponse, unum denarium; ad quamlibet purificationem cujuslibet mulieris unum denarium. Si aliis diebus quam predictis ferat aquam benedictam per villam, non tenebuntur ei dare, nisi secundum quod eis placuerit. Rogamus etiam, ut sacerdos in diebus solemnibus ei gratiam faciat; et parochianos in visitationibus, legatis, testamentis, baptismis, et aliis, ut ei benefaciant.

Flores cartarum du chapitre de Fosses, aux Archives de l'Etat, à Namur.

Notes et documents concernant la persécution religieuse dans le Brabant septentrional au XVIIe siècle.

Pour autant qu'il est à notre connaissance, aucun historien catholique ne traite d'une manière expresse et détaillée de la persécution que les calvinistes de Hollande firent subir aux catholiques pendant le XVIIe siècle. Coppens, il est vrai, en a dit quelques mots; Mgr De Ram en parle aussi dans l'*Apparatus* qu'il a placé en tête du 3e volume du *Synodicum Belgicum*. De notre côté nous avons relaté quelques exemples d'intolérance donnés par les calvinistes, dans un travail sur Miraeus[1]. Plus nous étudions cette époque, plus aussi il nous devient évident que la persécution religieuse du XVIIe siècle fut plus pernicieuse pour les catholiques que les excès des iconoclastes, et les exécutions des gueux au siècle précédent. Si ceux-ci en voulaient surtout aux édifices consacrés au culte, aux religieux et aux prêtres, ceux-là, tout en ne les épargnant point, s'attachaient de plus à rendre intolérable la position des prêtres et des familles catholiques, qui étaient obligés de choisir entre l'apostasie et la misère ou l'exil. Nous avons parcouru en entier les actes du vicariat d'Anvers ainsi qu'une grande partie des visites décanales du même diocèse; et nous ne craignons pas d'affirmer qu'il n'est pas resté une seule église de village sans avoir été saccagée ou brûlée par les bandes calvinistes de la Hollande. La plu-

[1]) *Aubert Le Mire, sa vie et ses écrits,* mémoire couronné par l'Académie de Bruxelles, en 1863.

part de ces édifices furent restaurés pendant la trève de douze ans; mais plusieurs furent saccagés de nouveau après l'expiration de la trève.

La persécution religieuse cessa en Belgique à la paix de Munster, conclue en 1648; mais, au même moment, elle devint intolérable en Hollande. Les catholiques ne pouvaient avoir ni édifices consacrés au culte, ni cimetière, ni écoles. Les prêtres belges furent bannis sans exception, et les indigènes étaient réduits à l'inaction. Lorsqu'un ecclésiastique était soupçonné d'avoir administré les sacrements, il était immédiatement jeté en prison, et, si le fait venait à être constaté juridiquement, condamné en outre à une forte amende. Une des lettres que nous publions plus loin en fait foi.

Comme preuve de ce que nous avançons nous citerons encore quelques lois promulguées à cette époque par le gouvernement des Provinces-Unies.

La loi du 27 mars 1612 défendait à tous les indigènes sans distinction de se rendre à une école ou collége de Jésuites, sous peine d'être à toujours inhabiles à remplir la moindre charge, ou obtenir le moindre bénéfice. De plus ils devaient payer une amende de 100 florins pour chaque mois de résidence. Cette loi déclarait encore inhabiles aux fonctions, ceux qui, à l'obtention des grades, faisaient le serment de défendre la religion catholique. — La même loi défendait aux catholiques de se réunir, en quelque endroit que ce fût, dans le but d'entendre la sainte Messe ou de se livrer à la pratique de ce qu'elle appelle les *superstitions romaines*. La défense

était faite sous peine d'une amende de 200 florins pour le propriétaire de la maison, grange, champ, bâteau, où se tenait la réunion; l'officiant encourait la peine de l'exil. Les assistants étaient privés de leur traitement et bénéfices, et devaient payer pour chaque réunion une amende de 25 florins.

Celui qui se faisait baptiser de nouveau par les prêtres catholiques, ou qui contractait mariage devant eux, était passible d'une amende de 100 florins. Les personnes qui se chargaient d'annoncer les réunions aux fidèles devaient payer quatre fois autant que ceux qui y assistaient.

La loi du 9 septembre 1629, renouvelée le 30 août 1641 et le 14 avril 1649, était plus odieuse et plus intolérante encore que celle dont nous venons de citer quelques articles. D'abord elle défendait à tout prêtre séculier ou régulier, et à tout ecclésiastique, de venir ou de résider dans le pays. Les Jésuites étaient considérés et traités comme les ennemis du pays. La première fois ils étaient fortement rançonnés; la rançon ne pouvait être moindre de 100 livres gros de Flandre. En cas de récidive, ils étaient traités et punis comme perturbateurs de l'ordre public. Les collectes en faveur d'une institution catholique étaient sévèrement prohibées. La plupart des autres dispositions se trouvent déjà citées dans les lois antérieures.

Le placard du 10 octobre 1626 défend d'entendre la Messe dans les maisons ou résidences occupées par les ambassadeurs étrangers.

Le placard du 3 janvier 1630 défend aux curés

catholiques tout exercice du culte, sous peine de correction arbitraire et de confiscation de leurs propriétés patrimoniales.

Le 3 août toutes les églises de la Mairie de Bois-le-Duc furent fermées par ordre des Etats-Généraux.

Le 20 juin 1634 parut le fameux placard intitulé : *Placcart de retorsion.* Il révoqua toutes les sauvegardes accordées antérieurement. Des bandes ou colonnes mobiles furent organisées, et les prêtres du Brabant méridional qu'elles purent découvrir furent jetés en prison et rançonnés impitoyablement, sous prétexte que le gouvernement espagnol avait détenu des prédicants évangéliques, appartenant à la mairie de Bois-le-Duc. Ce placard fut renouvelé et renforcé le 2 février 1636 et le 2 décembre 1636. Il fixe le taux de la rançon de 500 à 1000 florins. La rançon peut même dépasser cette somme, s'il s'agit d'un dignitaire de l'Eglise ou d'un haut fonctionnaire. Celui qui aura appréhendé le prêtre ou le fonctionnaire touchera les deux tiers de la rançon.

Enfin le 16 juin 1648 les Etats-Généraux ordonnèrent à tous les prêtres catholiques de quitter le pays endéans les huit jours.

Une série de placards du même genre fut successivement promulguée à partir de la malheureuse paix de 1648. Les catholiques y sont déclarés inhabiles aux fonctions civiles et administratives.

Le 29 juillet 1654, tous les fonctionnaires catholiques ou favorables à la religion sont démissionnés et remplacés par des protestants.

Ces mesures de rigueur subsistèrent pendant tout

le XVIIe siècle[1]. Il serait impossible d'expliquer sans l'intervention divine comment la religion catholique ait pu rester dans un état florissant au Brabant septentrional.

C. B. De Ridder.

I.

Ecclesiae parochiales decanatus Bergensis cum suis deservitoribus. (Circa annum 1600).

Bergen op den Zoom. Notum est oppidum valedixisse catholicae religioni.

Berendrecht. Deservita fuit olim cura cum duabus aliis per dominum Johannem a Cruce, pastorem de Stabroeck.

Brecht. Deservitur per dominum Robertum N....., religiosum coenobii divi Michaëlis.

Calmpthout. Incorporata est cura monasterio Tongerlensi, et deservitur jam per dominum N....., religiosum, dicti monasterii, tamquam pastorem perpetuum.

Capella aut *Hoogenboom.* Comparent subditi ad ecclesiam de Eeckeren ad audiendum divina; alioquin D. pastor in Eeckeren visitat ibidem infirmos ac sacramenta administrat. Caret rectore.

Hubergen. Incorporata est cura monasterio Guilhelmitano ibidem situato, quod unicum habet monachum, priorem et ejusdem ecclesiae pastorem, nomine mihi incognito.

Hildernisse. Caret pastore.

Oorderen. Deservitur per pastorem de Wilmerdonck, qui mihi nondum est exhibitus, ideoque incognitus.

Oordam. Fuit olim baptismalis quidem ecclesia, valde exigua, ubi jam ob tumultum bellicum nulla exstant vel templi vel domorum vestigia.

1) Voyez le texte de toutes ces lois dans le *Kerckelyck Placcaetboek*, 2 vol. in-4°.

Oosterweel. Caret pastore.

Poldris Balduini. Locus est prope Bergas totaliter inundatus ac extinctus.

Putte. Caret rectore.

Hoevis vel *Ettenhoven.* Deservitur una cum Eeckeren per pastorem Ekeranum; tametsi dominus pastor in Stabroeck, et fugiens ob pestem in sua parochia plus satis grassantem, ibidem jam serviat.

Ossendrecht. Caret rectore.

Woensdrecht. Caret pastore.

Heerle. Deservita fuit ad aliquot annos cura per dominûm Joannem N....., religiosum Augustinensem in Angia, qui jam exuens vestem catholicam transiit ad geusios. Unde vacat adhuc cura.

Nispen. Ecclesia incorporata monasterio de Tongerloo, cujus est perpetuus pastor D. Dionysius Bersius, ejusdem monasterii religiosus.

Den Finardt. A geusiis occupatur, exulatque catholicismus.

Cruyslandt. Vacat.

Rosendael. Incorporata est ecclesia Tongerloensibus, et deservitur per N..., ejusdem religiosum.

Eeckeren. Deservitur per Eduardum Plissens, ac alium, religiosos monasterii divi Michaëlis.

Westmalle. Deservitur per dominum Gerardum Schooff, qui etiam annis quindecim in medio tumultuum praefuit.

Wouda. Incorporata est cura monasterio divi Bernardi, cujus est perpetuus pastor dominus Philippus Meynart.

Wilmerdonck. Deservitur per quemdam mihi incognitum, nec exhibitum.

Sint Job int Goor. Deservitur jam per N., brevi admissum.

Lilloo. Incolitur a geusiis; ergo nihil.

Stabroeck. Perpetuus est pastor dominus Joannes de Cruce, residens, tametsi ob pestem jam alibi lateat.

Steenbergen. Occupatur a geusiis.

Cruyslant. Vacat ob viciniam hostium.

Santvliet. Deservita hactenus fuit cura per dominum Joannem de Cruce, pastorem de Stabroeck, sed jam vacat.

Wuestwesele. Deservitur per dominum Mathiam ab Hulssen, admissum ad ejusdem deservituram.

Haec ita attestor, decanus christianitatis districtus Bergensis,

GERARDUS SCHOOFF.

Archives particulières.

II.

Rapport du doyen Arnold Hessels, adressé à Malderus, évêque d'Anvers, sur l'état du décanat de Berg-op-Zoom, en 1619.

REVERENDISSIME IN CHRISTO PATER.

Circa festum Pentecostes obiter visitavi ecclesias districtus Bergensis. Inveni omnia in statu anni praecedentis, praeterquam quod vix possit designari aliquis certus communicantium numerus, qui in plerisque locis videtur non parum diminutus, eo quod ob apparentem rerum immutationem quidam ad loca tuta commigrarunt, multi et tepidi catholici tempori potius quam praecepto Ecclesiae servire maluerint. Ex solo pago Gastellano quatuordecim familiae alio migrarunt. Catholici Princilandiae et aliorum similium locorum (praesertim illi, qui aliquod munus gerunt) ita meticulosi sunt, et nicodemos agunt, ut vix audeant vel ecclesiam intrare aut prolem ad sacrum fontem deferre.

Catalogos ornamentorum et munimentorum ecclesiae et mensae hactenus non potui extorquere.

Halterensis ecclesiae bona magna ex parte Bergis sunt. Pastor loci promisit se catalogum traditurum reverendissimo domino.

Ornamenta et munimenta bonorum ecclesiae et mensae Herlensis sunt Antverpiae in aedibus cujusdam filiae spiritualis Bergensis.

Registra ecclesiae et mensae Woudanae delitescunt inter chartas communitatis sub secretario. Ornamenta illarum, quae valde exigua sunt, adhuc sunt in loco.

Ornamenta ecclesiae Roosendalensis, quae multa et pulchra sunt, custodiuntur Antverpiae in Mera, sub signo D. Virginis Acuti Montis. Ibidem in quadam cista asservantur registra ecclesiae et mensae.

Ornamenta ecclesiarum de Gastel, Oudenbosch, Hoevis et Rutfen exigua sunt, iisque pastores carere nequeunt. Tradidi admodum reverendo domino archidiacono duo vascula argentea cum duobus corporalibus ecclesiae Gastellanae. Registra asservantur a secretariis pagorum. Cur illa hactenus nobis tradere noluerint, reverendissimo domino verbis indicabo.

His paucis reverendissimam Dominationem Vestram Deo optimo maximo commendo.

Datum in Roosendael, hac 19ª julii anni 1619.

Reverendissimae Paternitatis Vestrae humillimus cliens et servus

Arnoldus Hesselius,
Et en comptera on au seigneur de la ville, au curé et as esquevins, et jurera li sire de la ville sur le missel du dict hospital, quant il venra à terre, que il le aidera à maintenir bien et léaulment, ne laissera torte faire audit hospital, ne lamenrira[4] en nul cas, et que toutes ces ordonnances seront fermement tenues et gardées a tousjours à son povoir.

Et li esquevins de la ville feront serement en tel manière, à toutes les fois quils entreront en leschevinaige. Et li curé, ensi que prebstre le doibt faire, si avant que il polra selon la forme de sainte Eglise.

Encoire est assavoir que pour ces choses dessusdictes faire avec ce quil accroistra que de maintenant lon y mettra le y estre du dit hospital, ensi comme il sextend, et le disme de Mauraige que je acquis a Jehan Delporte, le héritage que

1) *Lewer*, louer, prendre à gage.
2) *Tournés en cottes acater*, employés à acheter des jupes.
3) *Qui ens seront*, qui seront dans l'hôpital.
4) *Amenrir*, amoindrir, *minuere*.

nous acquestismes à Cimillebot après son decès, et trois bonniers de terre ou environ qui gisent entre Nouvelles et Beugnies et deux bonniers de le ou environ que Cols de Boussoit y laissa, de quoi li hospital moutiplira jamais que en ne le doibt départir en la forme et manière que deseure est dict.

Et de tout ce à faire bien loiaulement doient faire serment li frères et sœures de la dicte maison et hospital as eschevins de la ditte ville, à toutes ces choses deseur dictes faire, obligeons nous, nos hoirs et nos successeurs après nous avenir. Et pour ce que ce soit ferme chose et estable, jen ai ces présentes lettes seellé de mon propre seel. Faict et donné en lan de grâce de Nostre Seigneur mil cciiii^{xx}xvi le dimanche devant le jour Saint-Luck.

40.

DONATIONS FAITES AU PRIEURÉ DE GÉRONSART (NAMUR).

Le prieuré de Géronsart, situé à peu de distance de la ville de Namur, fut fondé, en 1130, par Albéron I, évêque de Liége. Les religieux suivaient dans le commencement la règle de Saint-Augustin. Voici comment le *Cartulaire de Géronsart*, (fol. 40 r°) conservé aux Archives de l'Etat à Namur, raconte la fondation du monastère :

Lan del Incarnation nostre Sangnor Jhesu Crist, milh cent et trente quartre, confermat li esveskes Alixandre de Liége le don del siége de la glise de Gérosart, ke ses devantrains Albero, esveskes de Liége, avoit doneit à Deu et à saint Augustin, de son boos et de sa tenanche kilh tenoit de leis Iambes, dedens les termes Nostre Dame de Namur[1], *en frank doiaire et en ferme tenanche, sens nulle exaction. Et acriet li devant dis esveskes Alixandres, à devant dit siége, de ses tenanches encor avant en frank doiaire, et le fist abonneir fuers de son boos et de ses tenanches kilh tenoit encor, ensi cum ilh apert par les bones et par ses lettres, et donat encor à la devant dite glise don et pooir à tos iors mais de prendre tote le nécessiteit et le besonge ke les persones de la desor dite glise aroient en masonage, en feu et en pasturage, en tot son bools, par tot, et vif et mort, ki gist entor la devant dite glise; et bénit et sacrat la glise en lonor de Nostre Dame et de saint Augustin, et confirmat teilh composition entre la glise de Nostre Dame de Namur et la devant dite glise, ke la*

[1]) *Dedens les termes Nostre Dame de Namur,* c'est-à-dire *sous la paroisse de Notre-Dame de Namur.*

desor dite glise doit rendre à la glise de Nostre Dame de Namur chascon an à tos iors le ior de magni martyris[1], *en septembre, trois souls Namusois por le dieme des biens ki li dui éveske desor nomeit avoient doneit à la glise de Gérosart desor dite, et por le dieme ausi de tot chu li autres esveske après cheas essiewans donront à nul ior de lor bools u de lor terres savages, à la desor dite glise de Gérosart, ki girat dedens les termes de la glise de Nostre Dame de Namur. Ne ne puet la glise de Nostre Dame desor dite autre dieme demandeir à la glise de Gérosart, ne de bleis, ne de fruis, ne de bestes, dedens ces lieus desor dis, ke ces trois souls desor nomeis, par le tesmoins des lettres saelés de saial del devant dit esveske Alixandre, donées en lan desor escrit. Et teilh donation ke li esveskes Albero donat à Deu et à saint Augustin en Gérosart, et ke li éveskes Alixandres ses essiewans li confirmat, et labonnement et lacroissement kilh fist à la devant dite glise de Gérosart, soit en aamplir le siége, soit en aises de son boos de Iammes, soit en masonage, en feu et en pasturage confermont à la glise de Gérosart desor dite. Ausi cist esveske de Liége desos nomeit awec le capitle de la glise de saint Lambert de Liége et la pape de Rome Eugène par le tesmoing de lor lettres saeelées a fait a tens ke chascons fut esveskes de Liége à savoir est Albero li secuns, ki moult amat le lieu devant dit, ensi cum ilh tesmonge en ses lettres, Henris li secons, Raouls, Albers de Cuik, li esvekes Johans li promiers*[2].

" *Lan milh cc xliij donat li esveskes Robers de*

[1]) C'est sans doute la fête de S. Lambert que l'on veut indiquer. Cette fête se célèbre le 17 septembre.

[2]) Jean de Aps.

Liége à la glise de Gérosart cinkante boniers de son bools de Iambes après le siége de la devant dite glise en restoriege, et en deschange de masonage et de feu, ke la desor nomée glise avoit el bools de Iames par la donation ke sés devantrain avoient faite à la dite glise de Gérosart awec le capitle de saint Lambert de Liége, à savoir est Alixadres, Albero li promiers, Albero li secons, Henris li secons, Raouls, Albers, Johans, esveske de Liége, et confirmat li devant dis éveskes Robers awec le capitle de saint Lambert de Liége ces L boniers desor dis à la glise de Gérosart desor dite en frank doiaire, et les fist fuers abonneir de son boos encor, ensi cum ilh apert par les bones et par le lettres saelées de son saial et par les lettres de capitle desor dit.

En 1221, le monastère de Géronsart fut donné aux chanoines réguliers du *Val-des-écoliers*. Albert et Isabelle l'érigèrent en abbaye en 1617; et, en 1662, il fut réuni à la congrégation française dite de *Sainte-Geneviève*.

Voyez Galliot, *Histoire de Namur*, IV, p. 286; et *Gallia Christiana*, III, p. 581.

I.

Henri II, évêque de Liége, nomme Fulbert prieur de Géronsart, et confirme le monastère dans ses possessions[1].

1149.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Henricus, Dei gratia Leodiensis episcopus, hujus nominis secundus, notum facio omnibus ecclesie christifidelibus tam futuris quam presentibus, quia predecessor noster bone memorie domnus Albero, episcopus, hujus nominis primus, ro-

[1]) La copie de tous ces documents nous a été communiquée par M. J. Barbier, vicaire à Namur.

gatu fratris Johannis, sacerdotis, aliorumque Dei servorum cum eo sub regula sancti Augustini canonice viventium, partem predii episcopalis juxta Jamnedam[1], intra terminos sancte Marie Namucensis, liberalitate sua Deo et sancto Augustino obtulit, et eisdem Dei servis per manum Lamberti, comitis, qui advocatus erat ipsius predii, firma et legitima donatione contradidit. Ubi a predictis Dei servis, cooperante fidelium devotione, ecclesia constructa est novo opere, et plures inibi Deo servientes adunati sunt. Quorum honesta conversatione permotus predecessor noster Alexander devotione sua ejusdem ecclesie applicuit, eamque in honorem Dei ad titulum sancte Marie semper Virginis sanctique Augustini episcopali benedictione dedicavit, atque ad ampliandum ipsius atrium de predio episcopali superaddidit. Et, ne qua ex hoc in posterum suboriri posset controversie calumpnia, certis ab adjacenti terra discrevit terminis, et tam ea, que ab antecessore nostro predicto Alberone collata fuerant, quam que ipse Alexander contulerat in dotem ac possessionem perpetuam, legaliter confirmavit. Domnus quoque Albero secundus, spe divine misericordie subnixus, eundem locum dilexit, eique fratrem Johannem, sacerdotem, preficiens, in omnibus utilitati et paci servorum Dei inibi commanentium paterne consuluit, ita ut omnem silvam adjacentem et loca pascualia necessariis eorum usibus, sicut prius tenebant, absque exactionis alicujus respectu perpetualiter indulsit, ut tam in usu ignis necessario quam in construendis sive fulciendis edificiis competens habeant ex ejus munificentia beneficium, et sufficiens ac perpetuum in quoscunque usus necessarios solatium. Nos itaque memorandis eorum exemplis premoniti, loci etiam augmentatione gaudentes et magnam de nostris addimus fiduciam; et cuncta, que a bonis predecessoribus nostris loco predicto collata sunt, concedimus et confirmamus. Et, quemadmodum predictus Albero secundus eidem loco predictum Johannem

[1]) *Jamneda*, Jambes.

preposuit, ea scilicet ratione, ut more aliarum ecclesiarum nostrarum, in quibus regulariter vivitur, fratribus et omnibus illic Deo servientibus tamquam pater et prior, verbo et exemplo, in corpore et in anima, prodesse studeret, nullique persone nisi sibi et successoribus nostris, scilicet Leodiensis ęcclesie episcopis, super hoc responderet, sic nos quoque sub eadem conditione fratrem Fulbertum ejusdem loci prelatione donamus. Confirmamus ei etiam ecclesiam de Herpens[1], quam nobilis mulier Haduidis, vidua, cum filio suo Philippo per manum Berengeri de Lez, liberi hominis, predicto Alberoni secundo legaliter tradidit ad opus predictorum fratrum illic Deo servientium. Quod si quis presentium vel futurorum hec aliquando infringere temptaverit, et quietem servorum Dei iniquis machinationibus presumpserit perturbare, hunc modis omnibus ac perpetue maledictionis anathemate condempnamus. Unde in testimonium confirmationis karta hec precepto nostro conscripta, et sigilli nostri est impressione signata. Et de hiis, qui presentes fuerunt, testes ydonei adhibiti sunt supramemoratus Berengerus de Lez, per cujus manum traditio hec facta est, comes Otto de Duras, Wilelmus, advocatus de Ciney, Theodericus de Argentel, frater ejus. Confirmationis hujus testes sunt Alexander, prepositus, Hubertus, decanus, Almaricus, archidiaconus, Bruno, archidiaconus, et ceteri quam plures. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini m° c° xl° ix°, indictione xii.

Cartulaire de l'abbaye de Géronsart, fol. 3 v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

II.

Raoul, évêque de Liége, confirme le monastère dans ses possessions.

1183.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Raulfus, Dei gratia episcopus Leodiensis, notum facimus universis

[1]) *Herpens*, Erpent.

in posterum, quia antecessor noster domnus Albero, Leodiensis episcopus, hujus nominis primus, sicut ex scripto ejus intelleximus, partem predii episcopalis juxta Jamnedam, intra terminos sancte Marie Namurcensis, Deo et ecclesie beati Augustini de Sarto liberalitate sua obtulit, et per manum Lamberti, comitis, qui advocatus erat ipsius predii, firma et legitima donatione contradidit. Domnus quoque Alexander, successor suus, vestigiis predecessoris sui inherens, devotione sua eidem ecclesie applicuit, et fratribus sub regulari habitu inibi canonice viventibus silvam adjacentem et loca pascualia in quoscumque usus necessarios absque exactionis alicujus respectu perpetualiter indulsit. Et, ne qua ex hoc in posterum suboriri posset controversie calumpnia, certis ab adjacenti terra discrevit terminis. Nos igitur devotionem eorum attendentes, et paci servorum Dei illic commanentium paterne consulentes, quidquid ab antecessoribus nostris, Leodiensibus episcopis, vel aliis Dei fidelibus eidem loco rationabiliter est concessum, et scriptis eorum firmatum, per presentis scripti paginam eidem ecclesie confirmamus. Confirmamus etiam eidem loco ecclesiam de Herpens, cum integra dote et appenditiis suis, quam Haduidis, nobilis mulier, cum Philippo, filio suo, per manum Berengeri de Lez legaliter donavit; et mediam partem ecclesie de Mazareo[1], cum appenditiis suis, a Gela, nobili muliere, et filiis suis Theoderico et Adelardo, supradicti loci fratribus, per manum Philippi, advocati, legitime donatam. Statuimus quoque et episcopali auctoritate decernimus, ut predicta ecclesia sub regulari habitu et beati Augustini regula perpetuo in posterum tempore perseveret, nullique umquam seculari vel ecclesiastice persone liceat hoc nostrum mutare vel irritare decretum, sed inconvulsa et illibata permaneat nostra dispositio. Decedenteque ejusdem loci patre, secundum canonum instituta et beati Augustini regulam successor eligatur ydoneus cum fratrum assensu

[1]) *Mazareum* ou *Mazerey*, Maizeret.

et nostro ac successorum nostrorum dono, qui et Leodiensi ecclesie debitam exhibeat subjectionem, et circa subditos salutem operetur animarum. Si quis autem presentium vel futurorum hanc nostre constitutionis paginam ausu temerario infringere presumpserit, hunc modis omnibus exsecramus, ac perpetue maledictionis anathemate condempnamus. Et de hiis, qui presentes fuerunt, testes ydonei adhibiti sunt Albertus, de Cuc, archidiaconus, Albertus de Lowanij[1], archidiaconus, Petrus de Momalia, Henricus de Marenbais, Henricus de Tonglebiet. Actum est hoc anno Dominice Incarnationis m° c° lxxx° tertio.

Cartulaire de l'abbaye de Géronsart, fol. 4 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

III.

Albert de Cuyck, évêque de Liége, confirme le monastère dans ses possessions.

1197.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Universa negotia, que metuunt calumpniam et in perpetua memoria desiderantur haberi, literarum testimonio debent communiri. Inde est, quod ego ALBERTUS, Leodiensis episcopus, presentis indicio pagine sigillo nostro communite, ad noticiam tam presentium quam posterorum transmittimus, quod predecessor noster bone memorie domnus Albero primus, quondam Leodiensis episcopus, partem predii episcopalis juxta Jamnedam, infra terminos sancte Marie Namucensis, ad petitionem fratris Johannis, sacerdotis, aliorumque Dei servorum cum eo sub regula sancti Augustini canonice viventium, Deo et sancto Augustino in perpetue beneficium elemosine obtulit et contulit, et eisdem ibidem Deo famulantibus per manum Lamberti, comitis, qui

[1]) *Albertus de Lowanij,* Saint Albert de Louvain, devenu plus tard évêque de Liége.

memorati predii erat advocatus, firma et legitima donatione contradidit. Constructaque a predictis Dei famulis, adjuvante fidelium devotione, in eodem loco ecclesia, crevit in ea ordinata religio et religiosarum personarum multitudo. Postmodum predicto Alberoni succedens Alexander, episcopus, eandem ecclesiam ad honorem Dei et titulum beate Virginis sanctique Augustini consecravit. Et ad ampliandum ipsius atrium de predio episcopali superaddidit. Et, ne aliqua ex hoc in posterum suboriri posset calumpnia, certis ab adjacenti terra discrevit terminis. Et tam donationem suam quam predicti Alberonis predicte ecclesie in perpetuum confirmavit. Nos autem considerantes primitivum ordinem ejusdem loci per accessum et recessum diversi ordinis personarum defluxisse, eundem locum ad formam prioris religionis et statum ordinis, in quo creatus est, reducere volentes, duodecim sancti Augustini canonicos cum priore eorum vel abbate, si fieri poterit, tercio decimo, in eadem ecclesia instituimus, et libertatem eligendi priorem vel abbatem memoratis fratribus concessimus, locumque et personas loci et possessiones, ecclesiam scilicet de Herpens, cum dote et decimis, et omnibus appendiciis suis, ecclesiam de Mazerey, cum dote et decimis, et omnibus attinentiis suis, personatumque majoris altaris in ecclesia de Werde[1], cum integra dote, et decima, que pertinet ad ipsum altare, patronatumque sancti Nicholai altaris, quod est in eadem ecclesia, et terciam partem minute decime totius parochie, et medietatem decimarum de indominicatis dominorum, et omnes eorum possessiones, et quodcumque legittime acquisierint, in nostra protectione suscepimus, et auctoritate nostra confirmavimus, et in eis pacem servari eisdem sub interminatione anathematis precipimus. Actum anno Dominice Incarnationis m° c° nonagesimo vii, pontificatus nostri anno secundo.

Cartulaire de l'abbaye de Géronsart, fol. 4 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

[1]) *Werde*, Wierde.

Consécration de quatre autels a Overyssche (Isque) par l'évêque suffragant de Cambrai, le 30 mai 1550.

La consécration d'un autel d'église paroissiale n'est pas par sa nature un fait intéressant. Cependant la narration suivante mérite de fixer notre attention parce qu'elle fait connaître d'une manière précise en quoi consistait autrefois une visite épiscopale.

Comme avant l'érection des nouveaux évêchés, au XVI[e] siècle, nos diocèses avaient une étendue immense, les évêques étaient toujours assistés dans leurs fonctions par des évêques coadjuteurs, généralement connus sous le nom de suffragants. Ils étaient chargés de faire les visites épiscopales, d'administrer le sacrement de confirmation, de consacrer les églises, chapelles et autels, et aussi de conférer les ordres.

Les études théologiques se faisaient, à cette époque, dans les universités, dans les écoles chapitrales, dans les monastères, et même en privé sous la direction de prêtres instruits. Après avoir achevé leurs études et subi un examen, les clercs, munis d'une lettre de l'ordinaire, se présentaient au suffragant en tournée épiscopale. Parfois même les *ordinandi* suivaient le suffragant dans différentes localités pour recevoir successivement, et à quelques jours d'intervalle, les ordres mineurs et les trois ordres majeurs[1]. Cependant

[1]) On conserve aux Archives du Béguinage de Herenthals les lettres d'ordination de Jacques Massys, natif de Herenthals et dernier curé de l'ancien béguinage de cette ville. Il résulte de ces lettres qu'il reçut les ordres mineurs et le sousdiaconat à Mons le 21 février 1552. Le lendemain il fut ordonné diacre à Braine-le-Comte, et le 25 du même mois, il reçut la prêtrise à l'église des Carmes, à Bruxelles.

ces ordinations avaient lieu de préférence dans les grandes églises des villes et des bourgs. Nous avons pu constater qu'il y a eu, pendant la première moitié du XVIe siècle, plusieurs ordinations dans les églises d'Anvers, Lierre, Herenthals, Gheel, Bruxelles, Mons, Braine-le-Comte, quoiqu'aucune de ces églises n'avait le rang de cathédrale.

Voici maintenant le sommaire du document suivant :

Le suffragant de l'évêque de Cambrai, Martin De Cuyper ou Cuperus[1], arriva à Overyssche le jeudi 29 mai 1550, vers le soir. Le soir même de son arrivée et l'après-midi du jour suivant il confirma plus de deux mille personnes. Le vendredi matin, 30 mai, il consacra quatre autels dans l'église paroissiale, la chapelle et l'autel de l'hospice, et l'autel du manoir seigneurial de Georges de Witthem. Le lendemain il fit une ordination de 99 ecclésiastiques parmi lesquels 36 sousdiacres, 18 diacres et 45 prêtres. Le même jour il partit pour Anvers afin d'y célébrer pontificalement le dimanche, 1 juin. Il ne

[1]) Martin De Cuyper naquit à Malines vers 1498. Son père, Jean De Cuyper, seigneur de Riemen, sous Heyst-op-den-Berg, fut plusieurs fois échevin de Malines. Après avoir achevé les études chez les Frères de la vie commune, Martin entra comme novice au couvent des Grands-Carmes de sa ville natale, et y prononça ses vœux le 15 juin 1520. Il acheva ses études théologiques à l'Université de Louvain, où il prit successivement le grade de bachelier (1529), de licencié (1533) et de docteur en théologie en 1534. Le chapitre général des Carmes, tenu à Cologne en 1540, le nomma provincial de l'ordre, dans les Pays-Bas. Choisi comme suffragant par Robert de Croy, évêque de Cambrai, il fut sacré le 14 novembre 1541, sous le titre d'évêque de Chalcédoine. L'empereur, pour pourvoir à son entretien, le nomma, en 1549, abbé du monastère de Saint-Crépin, situé entre Mons et Valenciennes. Il mourut le 26 juillet 1572, à l'abbaye de Forest, près de Bruxelles, où il s'était retiré. Ses cendres furent transportés à l'abbaye de Saint-Crépin en 1590. Voyez SCHAEFFER, *Gazette van Mechelen*.

put donc confirmer 300 personnes des environs qui se présentèrent encore à Overyssche le samedi après-midi. Le document relate aussi les frais et droits payés à l'évêque à l'occasion de la consécration des autels.

C. B. D. R.

Alsoe in der kercken van sinte Mertens van der vryheyt van Overyssche waeren vier aultaers ongewydt, soe hebben die kerckmeesters daer nu wesende aen mynen heeren den suffragaen des bisscops van Cameryck ende aen de heeren vant vicariaet van Cameryck, te Brussele residerende, gebeden, dat hen soude believen die generael wyinge te comen houden binnen Overyssche voirschreve. Ende zy geneyght wesende dat voirschreven is te doen, soe syn die voirschreve suffragaenden metten officiael, zegelere, promothor, ende andere heeren tshoefs van Cameryck voirscheve, ende de landekenen, des donredaeghs in de quatertemperdagen terstont nae Sinxen vallende int jair xv^c vyftich, t'Overyssche tsavonts comen logieren. Ende des anderen daeghs daer nae, te wetene des vrydaeghs, den xxx^en dach van meye, anno vyftich voirschreve, heeft myn heer de suffragaen voirschreve voer noene gewyt die voirschreve vier altaers, te wetene den altaer van Onser Liever Vrouwen, staende in Onser Liever Vrouwen choor, ter eeren van Onser Liever Vrouwen, ter eeren van sinte Jans evangelisten, ende ter eeren van sinte Amelbergen. Item een anderen aultaer daer naest in den selven koor, ter eeren van den heyligen Cruyce, ende ter eeren van sinte Peeters ende sinte Pauwels. Item den altaer staende naest den gevele van der heyliger Dryvuldicheyt koor ter eeren van der heyliger Dryvuldicheyt, ter eeren van sinte Anthonis, ende ter eeren van sinte Hubrecht; ende den altaer staende aen den iersten ronden pilaer op de zuytzyde ter eeren van sinte Nycolaes, ende ter eere van sinte Jorys.

Ende die vier voirschreve aultaers gewyt synde, heeft den volcke doen in de kercke wesende in grooten getale een sermoon gedaen; ende ten eynde van den selven sermoone soe heeft hy diversche aflaten verleent, soe hier na volght, te wetene : Op den dach van dese wydinge alle jair tachtentich jaire aflaets : de viertich jaerlycx van des biscops voirschreve wegen, ende d'ander viertich van syns macht wegen. Item alle Onse Lieve Vrouwen dagen, alle sinte Jans dagen, op sinte Amelbergen dach, alle heylige Cruys dagen, op sinte Peeters ende sinte Pauwels dach, op den heyligen Dryvuldicheyt dach, op sinte Anthonis dach, op sinte Hubrecht dach, op sinte Nycolaes dach, op sinte Jorys dach, telcken der voirschreve dage, alle jair, tachtentich jairen aflaets. Heeft oyck op den selven voernoemden dach gewyt de capelle ende altaer int gothuys van Overyssche ter eeren van sinte Hubrecht. Ende heeft den dach van dyer wyinge geordineert te houdene ende te celebreren iu desen memorien alle jair tsondaechs nae den heyligen Dryvuldicheyt dach, ende heeft op dyen dach gelaten alle jair tachtentich jairen aflaets.

Noch heeft hy gewyt den altaer staende in myns here Jorys van Witthem cappelle, in syn huys, ten selven voernoene, oyck ter eeren van sinte Jorys.

Item des achternoens op den selven dach, oyck tsavens te voren, soo heeft hy zeer vele persoenen gevormt oudt ende jonck, wel, soet scheen, twee duysent oft meer. Ende des saterdaeghs daer nae heeft hy die wydinge gehouden, ende in den hooger koor der voirschreve kercke ende wydde doen tot subdyakene xxxvi, tot dyakene xviii, ende tot priesters xlv, makende al tsamen xcix. Ende die messe heeft hy doen gelesen, ende nyet gesongen, mits hy haestich was om tsavons t'Antwerppe te syn, wesende in meyninge tsanderdaeghs daer nae die hoogmesse t'Antwerpen te singen.

Item die kercke heeft den voirschreve suffragaen betaelt voor syn moeyte van de voirschreve vier ierste altaers te

wyen seven Rinsguldens. Noch heeft die voirschreve bisscop metten geselle van den hove van Cameryck voer hen recht gehadt vuyt gracien, die zy seyden dat zy deden, boven de selve gracie derthien Rinsguldens; ende die deken mits hy den cost van den heere voirschreve ten tyde van der wydinge gheven moet, ende hy zeer behulpich heeft geweest int costen, die t'Overyssche te houdende, soe is hem toegevueght tot behelp van syn costen iiii Rinsguldens, iiii stuyvers; want hy seyde, hadden zy die selve wydinge gehouden t'Antwerpen, daer toe zy naderhant versocht wordden, oft oyck in de Kempenen, zy souden tot dyer plaetsen den voirschreve cost al betaelt hebben.

Item der saterdaeghs voirschreve, soe waeren noch comen van buyten ende van binnen Yssche twee, drye oft vier hondert persoonen om gevormpt te wordden. Welck dye voirschreve suffragaen doen nyet en conste gevormen, mits hy den tyt nyet en hadde; ende gingen ewech ongevormpt.

Registre aux actes scabinaux d'Overyssche aux Archives du Royaume. (Communiqué par M. Galesloot, chef de section aux Archives du Royaume).

Nicolas, évêque de Cambrai donne les églises de Wolverthem et de Nederheembeek (?) a l'abbaye de Dilighem, a Jette.

11 novembre 1155.

Nicolaus, Dei gratia Cameracensium episcopus, Henrico, dilecto filio suo, Jettensis ecclesie abbati, ejusque successoribus in perpetuum. Licet juxta Apostolum bonum ad omnes operari debeamus, maxime tamen domesticorum et pauperum Christi Dominoque servientium curam agere et inopiam relevare necessarium duximus. Quapropter ecclesie beate Marie in Geth compatientes, fratrumque ibidem commorantium pau-

periem considerantes, altare de Wolverthem et altare de Henbecke minori Henrico, ejusdem ecclesie abbati, et fratribus ejus ibidem Domino servientibus pro salvatione anime mee in perpetuum possidenda sine personali redemptione donamus, salvo dumtaxat jure episcopali et debitis obsoniis, que singulis annis suo tempore persolvuntur. Ut autem hoc nostrum donum ratum et inconvulsum permaneat, et successione temporis in oblivionem non veniat, privilegium hoc fieri jussimus, et sigilli nostri impressione et testium idoneorum adnotatione confirmavimus. Signum Radulphi, archidiaconi. S. Walteri, capellani. S. Olrici, Anselmi, Elbonis, Walteri, canonicorum. S. Godelscalci, decani, Joannis de Forest, presbyterorum. S. abbatis de Haffligem. S. Werneri, Sigeri, clericorum. Actum anno Verbi Incarnati m.c.lv, episcopatus vero domini Nicolai xviiij. Datum Melite, iij idus novembris.

Copie communiquée par M. Galesloot, chef de section aux Archives du Royaume.

Document concernant la translation du chapitre de Saint-Jean de Diest a l'église paroissiale de Saint-Sulpice dans la même ville (1447—1455).

Tous les historiens attribuent l'érection d'un chapitre à Saint-Sulpice de Diest à l'initiative d'Henri de Voren, abbé de Tongerloo. Le document suivant prouve le contraire; il montre à l'évidence que l'évêque de Liége n'avait songé d'abord qu'à transférer le chapitre de l'église collégiale de Saint-Jean à l'église paroissiale de Saint-Sulpice, parce que déjà alors l'église de Saint-Jean, se trouvant dans un lieu écarté, était peu fréquentée. La lettre adressée par

le magistrat au Souverain Pontife, dont une copie ou peut-être même la minute se trouve aux Archives du Royaume, relate l'opposition et les difficultés que rencontra cette translation, et qui très-probablement eurent pour résultat la création d'un nouveau chapitre, indépendant du premier, fondé en 1457.

BEATISSIME PATER,

Previis promptis desideriis ad pedum oscula beatorum, attendentes ea, que provide sancte Sedis Apostolice ordinavit circumspectio, effectui debito mancipanda, licet interdum temporum tractu impediuntur per illos, quorum temeritas in se sumit audaciam repugnandi, convenit, ut ipsorum maliciis dicte Sedis obviet auctoritas, ac eorumdem effreno libito sub licito equitatis freno retorso, ordinata hujusmodi perpetuo illibata persistant. Dudum siquidem felicis recordationis Eugenius papa quartus[1], Sanctitatis Vestre predecessor, per suas certi tenoris literas reverendo in Christo patri domino nostro episcopo Leodiensi directas pro ecclesie nostre collegiate sancti Johannis opidi de Diest, in Brabantia, Leodiensis dyocesis, profectu, honore quoque et salute decani et capituli ipsius ecclesie mandavit per dictum reverendum patrem ecclesiam parochialem sancti Sulpitii ejusdem opidi in ecclesiam collegiatam erigi, et ad eam dictos decanum et capitulum certo modo transferri et institui in eadem. Unde dictus reverendus pater decretis per eum processibus ipsam parochialem in collegiatam erexit ecclesiam, processitque in hujusmodi negotio, prout sibi videbatur expedire, juxta dictarum literarum continentiam atque formam. Cum autem ex post reverendus pater predictam ecclesiam sancti Sulpitii accedens in eam dictos decanum et capitulum introducere, ipsisque realem et actua-

[1]) Eugéne IV fut pape de 1431 à 1447.

lem possessionem tradere estimaret, quidam Johannes Ghevardi, professus monasterii Tongerlensis, Premonstratensis ordinis, Cameracensis dyocesis, pro investito ipsius ecclesie sancti Sulpicii se gerens, et nonnulli alii ejusdem monasterii professi, ipsi Johanni tunc assistentes, sese premissis opposuerunt, hostia[1] chori ipsius ecclesie claudentes, et per plures menses continuos clausa vi et violenter tenentes, dicte possessionis effectus impediverunt, et impediunt de presenti, quemdam fucatum refugii colorem sumentes ex quadam pretensa appellatione ad sanctam Sedem Apostolicam per eos interposita, ordinationi et mandatis pretactis per hec temere repugnantes, prout hec et alia ex processibus et instrumentis desuper confectis clare agnoscuntur. Verum, Pater Beatissime, quia divini cultus dictarumque prebendarum augmentum, cum exiles sint, ac decor prefate ecclesie sancti Sulpicii, pleraque bona alia, necnon beneplacita et desideria totius opidi Diestensis, ex translatione succederent memorata[2], idcirco nos, Vestre Sanctitatis devotissimi filii, predictis decano et capitulo opem et assistentiam impertiri pro eis exurgimus, Sanctitatem Vestram complosis manibus supplicantes humilius, quatinus eadem Sanctitas gesta in hac parte per dictum reverendum patrem tamquam justa, honesta et rationabilia approbare, oppositiones quoque et impedimenta pretacta tamquam iniqua et invalida improbare (dignetur), ne dicti decanus et capitulum, qui per premissas rebelliones et repugnancias mirabiliter affecti et dampnificati sunt, longo litis seu processus tractu funditus destruantur, cum nullam causam dictas erectionem et translationem impugnandi habere videantur, sed eamdem impertina-

[1]) *Hostia* pour *ostia*, portes.

[2]) Ici on lit en marge la phrase incomplète suivante : *Quod dicta ecclesia sancti Johannis in externalibus partibus dicti opidi, ubi parvus populi numerus, ipsaque ecclesia parochialis sancti Sulpicii in corpore ipsius opidi Dyestensis predicti, ubi magna multitudo hominum cotidie confluit, sita est, et decori exinde dicte ecclesie....*

citer impedientes. Velit igitur, care Pater, Vestra Sanctitas clementia suos misericordes oculos ad dictos decanum et capitulum convertere, et paci eorum clementer intendere et providere, ut in pacis quietudine constituti una nobiscum pro ipsa Sanctitate exorent summum pacis Auctorem, qui illam pro sacrosancte Romane et universalis Ecclesie felici regimine conservare dignetur feliciter et longeve, attento, Pater sancte, quod dictus investitus suam ecclesiam parochialem sancti Sulpicii, que fere sex millium numerum communicantium comprehendere dicitur, ad manus simplicis presbyteri secularis in anime sue periculum, suorumque parochianorum prejudicium et gravamen, quasi desolatam relinquens, se ad suum monasterium inibi officium claustrale exercendo transtulit et direxit. Scriptum Diest etc.

Vestre Sanctitatis devotissime creature

Scabini et consules opidi Diestensis.

La suscription portait : Sanctissimo in Christo patri et domino nostro, domino Nicolao, divina Dei providentia sacrosancte Romane et universalis Ecclesie Summo Pontifici.

D'après la minute ou copie, conservée aux Archives du Royaume, qui nous a été communiquée par M. L. Galesloot.

Documents concernant les paroisses de Frasnes-lez-Gosselies et Tillier.

Les documents suivants prouvent à l'évidence que nous étions dans l'erreur, lorsque nous affirmions (*Analectes* II, p. 109) qu'il n'exista jamais de prieuré de Bénédictins à Frasnes-lez-Gosselies. En effet, il est constant qu'au XIIIe siècle il y avait en cet endroit un prieuré dépendant de l'abbaye d'Affligham. Nous devons néanmoins faire observer que probablement il y avait deux églises à Frasnes, l'une appartenant ā l'abbaye d'Affligham et l'autre au chapitre de Fosses. Cette assertion nous paraît ressortir du document que nous avons publié ci-dessus p. 402 et suiv., comparé avec celui que nous donnons ici sous le n° I. En effet, nous lisons dans le premier la phrase suivante : *Fraxinensis vero ecclesia ejusdem ecclesiae structurae per omnia et de suo provideat*, qui est traduite dans le dernier par les mots : *Nos structurae illius ecclesiae per omnia et de nostro providemus.* Il nous semble résulter clairement de la comparaison des deux textes que dans l'une et dans l'autre phrase il est question de deux églises.

I.

Les religieux de Frasnes et le chapitre de Fosses choisissent des arbitres pour un échange de biens.

Février 1249.

Universis presntes literas visuris prior et fratres cenobii Fraxinensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod, cum inter nos, ex una parte, et ecclesiam Fossensem, ex al-

tera, talis olim intervenisset conventio, quod nos in obedientiam perpetuam teneremus, quicquid ecclesia Fossensis tam in allodio quam in ecclesia habebat apud Fraxinam, ecclesia vero Fossensis haberet jus patronatus et investituram parochie Fraxinensis, ita quod eamdem investituram sive curam altaris Fraxinensis acciperet, prout justum est, aliquis fratrum Fossensis ecclesie, qui synodis episcopalibus, conciliis et conventibus interesset, et ageret pro ecclesia, si necesse esset; et nos structure illius ecclesie per omnia et de nostro provideremus; et insuper teneremur reddere ecclesie Fossensi annuatim perpetuo quinquaginta solidos Namurcensis monete, prout hec omnia plenius continentur in cartis super hoc olim confectis[1]; nos considerantes in dicta conventione non modicum latere periculum animarum, in eo videlicet, quod frater ecclesie Fossensis, qui curam gerit parochie Fraxinensis, nec residentiam potest ibi facere personaliter, immo nec vicarium instituere pro se, qui eidem deserviat, cum tamen bonus pastor super gregem sibi commissum sollicite debeat invigilare, et ipsum assidue verbo pariter et exemplo instruere, ut saluti animarum dicte parochie Fraxinensis salubrius provideatur, et cura ejusdem ecclesie tali valeat persone committi, que in parochia personaliter resideat, zelo ducti divino, et de bonorum consilio; eandem conventionem duximus immutandam, accedente super hoc consensu expresso virorum religiosorum et dominorum nostrorum Dei miseratione abbatis et couventus Haffligemensis ecclesie, sub quorum potestate et provisione consistit cenobium nostrum Fraxinense. Quare ad quamdam permutationem faciendam huic facto necessariam, de bonis spiritualibus, que habemus apud Tillier, videlicet nona parte in jure patronatus ecclesie, oblationibus altaris, et nona parte decimarum ejusdem ecclesie, tam majorum quam minutarum, ad bona spiritualia, que habet ecclesia Fossensis apud

[1]) Voyez le document ci-dessus, p. 402.

Fraxinam, videlicet jus patronatus et investituram parochie Fraxinensis; de bonis etiam temporalibus, que habemus apud Tillier, videlicet octo sextaria avene ad mensuram Wavrensem, et octodecim capones annuatim, ad bona temporalia, que habet dicta Fossensis ecclesia apud Fraxinam, videlicet quinquaginta solidos Namurcensis monete in redditibus sive annuo censu, de communi consensu elegimus viros discretos dominum Johannem, decanum Flerucensem, et Arnulphum, presbiterum de Baisiu[1], promittentes bona fide, et nos per presentes literas obligantes ad observantiam permutationis ac ordinationis, quas iidem fecerint super premissis, eas volentes perpetuo ratas manere et inconcussas, renunciantes antique conventioni et cartis super hoc confectis, quantum spectat ad premissa. In premissorum igitur robur et testimonium presentes literas emisimus sigilli nostri prioris predicti pro me et fratribus supradictis appensione roboratas; cum quo ad majorem certitudinem sigilla dominorum nostrorum predictorum abbatis et conventus Haffligemensis ecclesie in signum consensus eorum presentibus apponi postulavimus. Actum anno Domini 1249, mense februario.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 66 vo, 67 ro et vo, aux Archives de l'Etat, à Namur.

II.

Sentence arbitrale relative à l'échange de biens.

Mars 1249.

Universis presentes literas inspecturis Johannes, decanus Flerucensis concilii, et Arnulphus, presbiter de Baisiu, salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum ecclesia Fossensis, ex una parte, prior et fratres cenobii Fraxinensis de

1) *Baisiu*, probablement *Baisy*.

voluntate et consensu virorum religiosorum abbatis et conventus Haffligemensis ecclesie, sub quorum provisione et potestate consistunt dicti fratres, ex altera, de consilio bonorum in nos compromiserunt, et nos elegerunt ad faciendam et ordinandam permutationem de bonis spiritualibus et temporalibus, que habet ecclesia Fossensis apud Fraxinam, ubi dinoscitur habere patronatum et curam ecclesie parochialis, que spiritualia sunt, ad bona spiritualia, que habent dicti fratres apud Tilhier, ubi dinoscuntur habere nonam partem in jure patronatus et oblationibus altaris, necnon in decimis majoribus et minutis dicte parochie de Tilhier, de bonis etiam temporalibus, que habet ecclesia Fossensis apud Fraxinam, ubi dinoscitur habere quinquaginta solidos Namurcensis monete in redditibus annuis sive censu, que temporalia sunt, ad quedam bona similiter temporalia, que habent dicti fratres apud Tilhier annuatim, ubi dinoscuntur habere octo sextaria avene ad mensuram Wavrensem et octodecim capones, que temporalia sunt; et ad ordinationem nostram observandam in perpetuum plenius se obligaverunt, prout hec omnia plenius continentur in literis partium predictarum super hoc confectis; nos, habita deliberatione competenti, utriusque ecclesie considerata utilitate, consideratis etiam diligenter et inspectis, que consideranda fuerunt et attendenda, habito bonorum et peritorum consilio, et Deo pre oculis, considerata etiam salute animarum dicte parochie et securitate partium jam dictarum in hoc facto, permutationem supradictam secundum Deum et bonam conscientiam facimus et ordinamus in hunc modum :

De spiritualibus igitur predictis facientes primo permutationem dicimus, quod, quicquid sepedicti prior et fratres habere dinoscuntur in patronatu ecclesie de Tilhier et oblationibus altaris, item in decimis ejusdem parochie, tam majoribus quam minutis, habeat de cetero in perpetuum libere et pacifice Fossensis ecclesia possessione vel quasi stabili et perpetua; quicquid vero ecclesia Fossensis habet in patronatu

ecclesie Fraxinensis, et cura, que spiritualia sunt, habeant de cetero libere ac pacifice prior et fratres predicti possessione vel quasi stabili et perpetua. Consequenter facientes permutationem de temporalibus supradictis dicimus, quod octo sextaria avene ad mensuram Wavrensem et octodecim capones, quos habent in redditibus annuatim prior et fratres predicti apud Tilhier, habeat et possideat de cetero in perpetuum libere et pacifice ecclesia Fossensis, et jura ad hec pertinentia, prior vero et fratres supradicti habeant de cetero, et libere et pacifice possideant quinquaginta solidos Namurcensis monete, quos habet annuatim apud Fraxinam ecclesia Fossensis. Hanc permutationem seu ordinationem juste et competenter a nobis editam et pronunciatam volumus ab ecclesiis supradictis perpetuo inviolabiliter observari, si dominus noster Henricus, Dei gratia Leodiensis electus, suum prebuerit assensum, et eam duxerit authoritate diocesana confirmandam. In cujus rei testimonium ad petitionem partium jam dictarum presentes literas emisimus sigillorum nostrorum appensione roboratas. Ego quidem Arnulphus usus sum in hac parte sigillo decani ecclesie Nivellensis, quod presentibus apponi postulavi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense martio.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 59 ro et vo, 60 ro et vo, aux Archives de l'Etat, à Namur.

III.

Les religieux de Frasnes renoncent, en faveur du chapitre de Fosses, à tous les biens spirituels qu'ils possèdent à Tillier.

Mars 1250.

Universis presentes literas inspecturis prior et fratres in Fraxina commorantes cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod cum ecclesia Fossensis habeat jus patronatus et investituram parochie Fraxinensis hoc modo, quod

eandem investituram sive curam altaris parochie Fraxinensis accipit, prout justum est, aliquis fratrum Fossensis ecclesie, qui synodis episcopalibus, conciliis et conventibus interesse debet, et agere pro ecclesia, si necesse sit; nec eidem patronatui aut investiture annexa sint bona aliqua, que sufficiant alicui deservienti, immo spectat provisio vicarii ad nos, nos considerantes in hoc facto non modicum ad dictam ecclesiam Fossensem spectare periculum, in eo videlicet, quod frater dicte ecclesie, qui curam gerit parochie Fraxinensis, nec residentiam potest ibi facere personalem, nec vicarium instituere, cum tamen bonus pastor vultum pecoris sui debeat agnoscere, super gregem sibi commissum vigilare, et illum verbo et exemplo instruere, ut saluti animarum dicte parochie Fraxinensis provideatur, et cura ejusdem tali valeat persone committi, que personaliter resideat, zelo bono ducti et de peritorum consilio de omni jure spirituali, quod habemus apud Tilhier in nona parte patronatus ecclesie, oblationum altaris, et decimarum, tam majorum quam minutarum, ad jus spirituale, quod habet dicta ecclesia Fossensis in patronatu et investitura parochie Fraxinensis, de mandato et voluntate virorum religiosorum abbatis nostri et conventus Haffligemensis commutationem duximus faciendam, attendentes dictam commutationem utrique ecclesiarum nostrarum, et ipsis parochiis, non modicum esse necessariam. Verumtamen volumus et benigne concedimus, ut dicta ecclesia Fossensis dicto jure gaudeat perpetuo, et quiete possideat; nos enim juri, quod in predictis habemus, plenius ad opus dicte ecclesie renunciamus. Actum anno Domini 1250, mense martio.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 61 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

IV.

Les religieux de Frasnes renoncent, en faveur du chapitre de Fosses, à tous les biens temporels qu'ils possèdent à Tillier.

Mars 1250.

Universis presentes literas visuris prior et fratres in Fraxina commorantes, salutem in Domino. Cum nos pro quibusdam allodiis et bonis, que habebat ecclesia Fossensis apud Fraxinam, ab eadem ecclesia Fossensi nobis ad firmam perpetuam concessis, teneamur annis singulis eidem ecclesie Fossensi in quinquaginta solidis Namurcensis monete, ut de eodem debito simus exonerati, et predicta Fossensis ecclesia ita dictos quinquaginta solidos habeat annuatim, quod pro eis habendis ipsam de cetero ad nos reverti non oporteat, nos eidem ecclesie Fossensi de mandato religiosorum virorum abbatis nostri et conventus Haffligemensis assignamus in recompensationem legitimam redditus quosdam, quos habemus apud Tillier annuatim, videlicet octo sextaria avene, que valent unum modium ad mensuram Wavrensem, octodecim capones, et proventus provenientes de nona parte decime dicte parochie de Tillier, volentes et benigne concedentes, ut eadem Fossensis ecclesia bona predicta libere et pacifice teneat et perpetuo possideat. Nos enim de voluntate et mandato dictorum abbatis et conventus eidem ecclesie Fossensi concedimus et resignamus, quicquid juris habemus in premissis. In cujus rei testimonium presentes literas sigillorum predictorum virorum abbatis et conventus Haffligemensis ecclesie Fossensi predicte tradidimus roboratas. Actum anno Domini 1250, mense martio.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 66 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

V.

Première supplique adressée par l'abbé d'Afflighem à l'évêque de Liége, pour obtenir la confirmation de l'échange.

26 mars 1250.

Reverendo patri ac domino Henrico, Dei gratia Leodiensi electo, J., Haffligemensis ecclesie abbas, et ejusdem loci conventus salutem et ..... debitam cum omni subjectione reverentiam. Noverit vestra reverenda paternitas, quod nos commutationi, quam prior et fratres Fraxinenses cum ecclesia Fossensi facere proponunt secundum formam literarum presentibus literis nostris appensarum, consensum nostrum adhibemus, ita tamen, quod presbiter, qui curam habebit parochie de Fraxina contentus sit redditibus quindecim librarum Lovaniensium, singulis annis ab ipso percipiendarum in perpetuum. Verumtamen reverentie vestre supplicamus, quatenus dictam commutationem velitis confirmare secundum formam predictam. Ratum enim habemus et habebimus, quicquid super ea per priorem nostrum Fraxinensem coram vobis actum fuerit seu dictum secundum formam predictam. Datum in vigilia Pasche, anno Domini 1250.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 68 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

VI.

Deuxième supplique adressée par l'abbé d'Afflighem à l'évêque de Liége, pour obtenir la confirmation de l'échange.

10 septembre 1251.

Reverendo patri et domino in Christo karissimo, Henrico, Dei gratia electo Leodiensi, J., divina miseratione abbas et conventus Haffligemensis ecclesie, ordinis sancti Benedicti, quicquid possunt reverentie et honoris. Cum prior et fratres

apud Fraxinam commorantes de mandato nostro et voluntate permutationes fecerint erga ecclesiam Fossensem de bonis spiritualibus, que habebat eadem Fossensis ecclesia apud Fraxinam, ad bona spiritualia, que habebant dicti prior et fratres apud Tilhier, item de bonis temporalibus, que ipsa ecclesia Fossensis habebat apud Fraxinam, ad bona quedam temporalia, que habebant similiter dicti prior et fratres apud Tillier, prout hec omnia plenius continentur in literis tam dicte Fossensis ecclesie quam prioris et fratrum predictorum super hoc confectis et eorum sigillis sigillatis, nos intelligentes a fide dignis easdem permutationes utrique ecclesie non modicum necessarias, eas ratas habemus et gratas; verumtamen reverende paternitati vestre supplicamus humiliter et devote, quatenus dictas permutationes authoritate diocesana dignemini confirmare. Datum dominica infra octavam nativitatis beate Marie Virginis, anno Domini 1251.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 65 v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

VII.

Henri de Gueldre, évêque de Liége, ratifie l'échange de biens conclu entre les religieux de Frasnes et le chapitre de Fosses.

Septembre 1251.

Henricus, Dei gratia Leodiensis electus, universis presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Justis petentium desideriis unumquemque facilem prebere consensum juri censetur consentaneum et consonum equitati. Hinc est, quod nos permutationi, quam fecerunt prepositus, decanus et capitulum ecclesie Fossensis, ex parte una, prior et fratres ecclesie Fraxinensis, ordinis sancti Benedicti, ex altera, de quibusdam bonis spiritualibus, que habebant dicti prepositus, decanus et capi-

tulum ecclesie Fossensis apud Fraxinam, tam in patronatu quam in investitura ecclesie Fraxinensis, ad quedam bona spiritualia, que dicti prior et fratres habebant apud Tilhier, tam in nona parte patronatus ecclesie, oblationum altaris, quam etiam decimarum majorum et minutarum; item de quibusdam bonis temporalibus, quinquaginta videlicet solidos Lovaniensis monete, in quibus predicti prior et fratres antedictis preposito, decano et capitulo Fossensis ecclesie annuatim tenebantur pro quibusdam allodiis et bonis, que in firmam perpetuam tenent apud Fraxinam ab eadem ecclesia Fossensi, ad quedam bona temporalia, que sepedicti prior et fratres ecclesie Fraxinensis habebant apud Tilhier, in octo scilicet sextariis avene, valentibus unum modium ad mensuram Wavrensem, decem et octo caponibus, necnon et proventibus provenientibus de nona parte decime parochie de Tilhier, de quibus omnibus in literis partium super hoc confectis plenius continetur, benignum impartientes assensum, ipsam permutationem, consideratis prius, que circa fuerunt consideranda, et attendentes eam utrique parti non modicum utilem et necessariam, autoritate nostra confirmamus ad supplicationem partium, et presentibus approbamus. Actum et datum anno Domini 1251, mense septembri.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 58 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

Documents extraits du cartulaire du chapitre de Fosses[1].

XVIII.

Déclaration concernant un revenu du curé de Saint-Ultain, à Fosses.

1205.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Omnibus christifidelibus in perpetuum. Noverit tam presens etas quam successura posteritas, quod ego H., Dei gratia Fossensis ecclesie prepositus, et ego R., decanus, cum universitate fratrum nostrorum questionem inter nos jam sepius ventilatam, nec a multis retro temporibus diffinitam, dignum duximus diffinire. Erant autem in ecclesia nostra, qui dicerent agrum adjacentem ecclesie beati Ulthani esse dotem ipsius ecclesie, sed alii in contrarium sentientes eundem agrum esse de prebende corpore proponebant; tandem propter bonum pacis, ut istius litis materia sopiretur, in hoc fratrum omnium voluntas consensit concorditer, ut sacerdos in prefata ecclesia authoritate capituli substitutus predicti agri cum quodam orto .... proventus perciperet, illos suis inflectens usibus, et ecclesia dote sua sine ulla temporis interruptione bona pace gauderet. Ut igitur hoc factum nullius evi senium, nulla mutatio personarum, a memoria tam presentis quam future etatis delere valeat, presens scriptum sigilli nostri autoritate munivimus, presentibus approbatis personis, quarum nomina subscripta sunt. S. H., prepositi; S. R., decani; S. Adelardi, sacerdotis; S. B., sacerdotis; S. B., diaconi; S. Franconis, diaconi; S. L., D., R., S., F.; S. H., subdiaconi; S. Nicholai, subdiaconi; S. J., subdiaconi. Actum solemniter in capitulo Fossensi, anno Verbi Incarnati 1305.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 49 vo et 50 ro, aux Archives de l'Etat à Namur.

[1]) Suite. — Voyez ci-dessus, p. 396 et suiv.

XIX.

Arnoul, seigneur de Morialmé, donne au chapitre de Fosses la terre de Ham et le fief de Nalinnes.

1207.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Omnibus christifidelibus in perpetuum. Acceptum Deo credimus, ut, dum tempus habemus, bonum operemur ad omnes, et Eum, cujus tempora finem nesciunt, operibus nostris preponamus auctorem. Hinc est utique, quod ego ARNULPHUS, dominus de Morialmeis, notum facio tam presentibus quam futuris, quod Ubaldus terram de Ham, quam jure feodi a me possidebat, cum omni integritate illius libere et absolute in manus meas reportavit, et juri suo, quod habebat in terra illa, in multorum presentia penitus renunciavit. Ne igitur ego Arnulphus terre illius in aliquo possem sustinere detrimentum, convocatis hominibus meis, illis videlicet, in quibus terre illius pendebat judicium, terram illam prefato Ubaldo feci abjudicari, ipso vero prius abjudicationis sue sententiam proferente. Hiis igitur ita peractis, ego Arnulphus de Morialmeis ob anime mee et predecessorum meorum salutem terram illam ad opus ecclesie Fossensis in multorum presentia, tam nobilium quam ignobilium, clericorum et laicorum, immo feodum de Nalines, quod ad opus Fossensis ecclesie Balduinus, Mascelini filius, in manus meas pietatis intuitu reportaverat, ab omni servitio, tam in cultura de Ham quam aliis, (meo tenebatur servire dominio) eam liberam feci. Ne de cetero in terra illa mihi jus dicere possem in aliquo, preterquam jus advocatie, eandem terram cum predicto feodo de Nalines in manus domini Hugonis, Leodiensis episcopi, reportavi; episcopus vero eandem terram cum feodo de Nalines, mea prius dictante sententia, et parium meorum judicio confirmante, mihi abjudicatam, prememorate Fossensi ecclesie nomine elemosine contulit. Ut igitur hoc factum nullius evi senium, nulla mutatio persona-

rum a memoria tam presentis quam future etatis delere valeat, presens scriptum sigilli mei impressione corroboravi. Actum anno Verbi Incarnati 1207.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 10 v° et 11 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XX.

Décret du chapitre de Fosses touchant les absences des chanoines.

1207.

Cum quidam fratrum nostrorum utilitatibus suis insistentes, nec in ecclesia nostra, in qua attitulati sunt, residentiam facere volentes, familiaribus trahuntur negotiis, antiquam consuetudinem ecclesie dignum duximus reformare, videlicet si aliquis ductus propria voluntate ab ecclesia recedat, nichil de prebende sue fructibus percipiet, nisi tamen viginti solidos, et hoc ad petitionem episcopi. Statuimus preterea, ne alicui nostrorum detur licentia nisi quindecim dierum; et si ultra quindecim dies moram fecerit, pro rata temporis prebenda careat, nisi in casibus justis et honestis, peregrinationis causa videlicet, vel appellationis, vel studii, vel occasione alicujus inevitabilis et evidentis necessitatis, vel nisi in aliqua ecclesia infra Leodiensem civitatem attitulatus fuerit. Hanc itaque institutionem nostram, a predecessoribus nostris approbatam et confirmatam, renovamus; et ne de cetero potentum aliquorum precibus alicui nostrorum detur licentia, confirmamus. Preterea indulsit dominus Hugo, episcopus, ut proventus parochie et terram de Ham, et ea, que de cetero a nobis acquiri poterunt, residentes in ecclesia suis inflectant usibus, illi videlicet, qui majori misse intererunt. Et ut factum istud perenniter maneat inconvulsum, ad certiorem et firmiorem rei hujus autoritatem predictus

dominus Hugo, episcopus, cum sigillo ecclesie suum sigillum apposuit. Actum anno Verbi Incarnati 1207.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 24 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXI.

Le chapitre de Fosses donne aux Templiers de Piéton la dîme d'une terre sise à Piéton, moyennant une redevance annuelle.

1207.

Ego A., Binciensis decanus, et quod nobiscum est capitulum, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Fossensis ecclesia decimam cujusdam terre territorio de Pieton adjacentis, que de Brakinies nominatur, fratribus Templariis de Pieton cum ea juris plenitudine, qua ipsam decimam de manu Johannis, clerici, et Roberti, militis, de Charnires in elemosinam receperat, sub annua pensione tradidit possidendam. Templarii siquidem de Pieton modium bladi de meliori blado domus, et modium avene in crastino Omnium Sanctorum in horreo beati Foillani apud Fleruis ad mensuram, que anno Domini 1207 usualis Montibus habebatur, exinde tenentur persolvere nomine pensionis. Prefato autem Incarnationis anno acta sunt hec, et capituli nostri testimonio et sigilli nostri appensione munita.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 76 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXII.

Hugues, évêque de Liége, confirme des donations faites au chapitre de Fosses.

1211.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Omnibus christifidelibus in perpetuum. Quicquid pie devotionis intuitu humana decernit religio, omni veneratione dignum, omni stabilitate credimus roborandum. Eapropter noverit tam presens etas quam successura posteritas, quod ego HUGO, Dei gratia Leodiensis episcopus, pie petitioni fratrum Fossensis ecclesie misericorditer condescendens, donationem decimarum, quas in manus domini H. de Marbais, qui tunc vices prepositi et custodis agebat, laici quidam reportaverunt, et quas idem prepositus pia devotione Fossensi ecclesie ad usus fratrum in ecclesia residentium contulit, necnon decem solidos Namurcensis monete, pro commutatione capitalis census ecclesie inter prepositum et ecclesiam facta ab ipso preposito in festo Sanctorum Omnium annis singulis persolvendos, vivarium quoque in vico, qui dicitur *Abbatia*, situm, quod sepedictus H., prepositus, eidem ecclesie sub hac forma contulit, quod piscatio communis esset preposito et ecclesie jure perpetuo, et quod nulli prepositorum, nisi de communi assensu, aquam vivarii de cetero liceat emittere, confirmo et et approbo. Et ne aliqua mutatione personarum factum istud a memoria tam presentis etatis quam future deleri valeat, ad majorem et certiorem rei hujus stabilitatem scriptum istud sigilli nostri impressione corroboro. Actum anno Verbi Incarnati 1211.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 64 v° et r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXIII.

Le chapitre de Fosses reçoit en don la moitié de la dîme et du droit de patronage de Bomal.

1212.

Ego Henricus, Dei gratia Leodiensis archidiaconus et Fossensis prepositus, ego Robertus, decanus, et omnis fratrum conventus ecclesie Fossensis, omnibus christifidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero Salutari. Ad memoriam tam presentium quam futurorum scripto commendamus, quod Nicholaus, Tudinensis clericus, magistri Nicolai filius, nostro mediante consilio, a domina Damizonde de Bomale, et filiis suis, et universis heredibus, sumptis propriis, medietatem decime de Bomale, tam in majori quam in minori, et medietatem totius juris, quod in eadem ecclesia habebant, cum medietate cujusdam curtis ibi assignata, totaliter et modo simili, quo Fossensis ecclesia partem suam, acquisivit, et acquisitam partem intuitu pietatis et elemosine postmodum ad altare beati Foillani reportavit, ita tamen quod predictus Nicholaus medietatem totius acquisitionis integraliter et modo simili, quo Fossensis ecclesia partem suam, quoad vixerit, libere possidebit, nisi ad frugem melioris vite transierit, et ibi ultra annum probationis moram fecerit. Prefato Nicolao itaque de medio sublato, totalis acquisitio partis illius ad jurisdictionem et proprietatem Fossensis ecclesie fratrum libere revertetur, et Fossensis ecclesia, beneficii sibi collati pietate pensata, de proventibus partis illius acquisitionis in anniversario domini...., tunc Tudinensis decani, viginti florenos Valentinenis monete refectioni fratrum Fossensis ecclesie, et totidem in anniversario magistri Nicholai, filii ipsius decani, totidem etiam in anniversario Nicholai clerici, prefati magistri Nicholai filii, annis singulis assignabit. Ceterum, si quis calumniator, quod absit, super acquisitione sepedicta, verbum moverit, et sepedictum Nicholaum ratione prefate acqúisitio-

nis presumpserit molestare, vel eum in jus trahendo vel alias damnum irrogando, ecclesia Fossensis ei tenetur garendiam portare, et omne dampnum resarcire. Ne autem prefate ordinationi alicui hominum liceat obviare, eam presenti scripto corroboravimus, et sigilli appensione munivimus. Actum anno Verbi Incarnati 1212.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 70 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXIV.

Arnoul de Morialmé donne au chapitre de Fosses les dîmes et le droit de patronage de Bomal.

1212.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Omnibus christifidelibus in perpetuum. Ego ARNULPHUS DE MORIALMEIS notum facio tam presentibus quam futuris, quod Damisundis, domina de Boumale, et dominus Waltherus cum fratribus suis, filiis ipsius domine, et filia sua, decimam de Bomale, quam ratione feodi Damisundis et Waltherus, filius suus, a me possidebant, cum jure patronatus ecclesie de Bomale libere et absolute in manus meas reportaverunt, et juri, quod habebant in decima illa, et in jure patronatus ecclesie predicte, in multorum presentia penitus renunciaverunt. Ne igitur ego Arnulphus decime illius in aliquo possem sustinere detrimentum, convocatis hominibus meis, decimam illam predictis Damisundi, et Walthero, et fratribus suis, et filie ipsius Damisundis, cunctisque heredibus feci abjudicari, ipsis abjudicationis sue prius sententiam proferentibus. Postmodum ego Arnulphus de Morialmeis ob anime mee predecessorumque meorum salutem predictam decimam et jus patronatus ecclesie de Bomale ad opus Fossensis ecclesie in multorum presentia, tam nobilium quam ignobilium, clericorum et laicorum, ne jus aliquod in

ipsa decima, sive in jure patronatus ecclesie sepedicte, mihi dicere possem de cetero, in manus domini Hugonis, Leodiensis episcopi, reportavi; episcopus vero eandem decimam cum jure patronatus ecclesie, mea prius dictante sententia, et parium meorum judicio confirmante, mihi abjudicatam prememorate Fossensi ecclesie nomine elemosine contulit. Ut igitur nulla rerum mutatio oblivionis senio factum istud a memoria tam presentis quam future etatis delere valeat, presens scriptum sigilli mei impressione corroboravi. Actum anno Verbi Incarnati 1212.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 26 vo et 27 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXV.

Hugues, évêque de Liége, confirme la donation précédente.

1212.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Omnibus christifidelibus in perpetuum. Ne memoriam tam presentium quam futurorum lateat, ego Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, notum facio tam presentibus quam futuris, quod domina Damisundis de Bomale et dominus Walterus, filius ipsius, cum fratribus suis et sorore, universisque heredibus, decimam de Bomale, quam jure feodi a domino Arnulpho de Morialmeis possidebant, libere et absolute in manus prefati Arnulphi in multorum presentia reportarunt, et juri suo, quod habebant in decima illa, penitus renunciarunt. Ne igitur prenominatus Arnulphus decime illius de cetero posset in aliquo sustinere detrimentum, convocatis hominibus suis, decimam illam predictis Damisundi, et filiis, et universis heredibus, fecit abjudicari, ipsa Damisunde, et filiis, et filia cum universis heredibus, prius abjudicationis sue sententiam proferentibus. Hiis igitur ita peractis, sepedictus Arnulphus ob anime sue

et predecessorum suorum salutem predictam decimam ad opus Fossensis ecclesie, in multorum presentia, tam nobilium quam ignobilium, clericorum et laicorum, in manus meas reportavit. Et ne de cetero sepedictus Arnulphus in decima illa et jure patronatus ecclesie de Bomale sibi dicere jus posset in aliquo, solempni nobilium, qui tunc presentes aderant, judicio cum omni jure, quod in decima illa et jure patronatus ecclesie primitus habebat, ipsam totaliter decimam et jus patronatus sibi fecit abjudicari. Videns itaque pie hujus operationis operam ab ipso Arnulpho pietatis affectu emanare, paupertati Fossensis ecclesie condescendens, prenominatam decimam de Bomale cum jure patronatus ecclesie intuitu pietatis et elemosine Fossensi ecclesie jure perpetuo contuli possidendam. Ut igitur hoc factum nullius evi senium, nulla mutatiove personarum a memoria tam presentis quam future etatis delere valeat, presens scriptum sigilli mei impressione corroboravi. Actum anno Verbi Incarnati 1212.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 27 vo et 28 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXVI.

Hugues, évêque de Liége, confirme une fondation faite à l'autel de Saint-Jean l'Evangeliste, dans l'église de Fosses, par Arnoul, seigneur de Morialmé.

1218.

Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, omnibus presens scriptum inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus tam presentibus quam futuris Arnulphum, virum nobilem de Morialmeis, ob anime sue et predecessorum suorum salutem quinquaginta solidos alborum in villa sua de Nalinis, quam a nobis feodaliter habet, in manus nostras reportasse, et eos altari beati Johannis Evangeliste in ecclesia Fossensi sito de assensu

nostro in elemosinam contulisse, ut ibidem in perpetuum missa cotidie celebretur, ita quod sacerdos ibidem ad serviendum Domino deputatus dictos quinquaginta solidos alborum percipiet, quoad vixerit; post obitum vero suum sacerdotis institutio et beneficii hujus impensi donatio ad decanum et capitulum Fossense pertinebit; et sacerdos institutus chorum more canonico frequentabit, et erit de subjectione decani et capituli Fossensis ecclesie. Statuimus preterea, ut nullus canonicus Fossensis ecclesie ad altaris beati Johannis Evangeliste servitium in ecclesia Fossensi dedicati ratione collati beneficii subrogetur. Nos vero piam intentionem in collatione hujus elemosine dicti Arnulphi, viri nobilis, attendentes, donationem istam approbamus et appensione sigilli nostri confirmamus. Actum anno gratie 1218.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 37 v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXVII.

Arnoul, seigneur de Morialmé, donne à l'autel de Saint-Jean l'Evangéliste, dans l'église de Fosses, les revenus du moulin de Gerpinnes.

Mars 1218.

Universis, quibus presens scriptum videre contigerit, ARNULPHUS DE MORIALME eternam in Domino salutem. Noverint tam presentes quam futuri nos proventus molendini de Gerpinis, quod ab ecclesia Fossensi habemus, ob anime nostre et predecessorum nostrorum salutem altari beati Johannis Evangeliste, in ecclesia Fossensi sito, in elemosinam contulisse, salvo jure Fossensis ecclesie per omnia, ut ibidem in perpetuum missa quotidie celebretur; ita quod sacerdos ibidem ad serviendum Domino deputatus proventus dicti molendini percipiet, quoad vixerit; post obitum vero suum sacerdotis insti-

tutio et beneficii hujus collatio ad decanum et capitulum Fossense pertinebit, ita tamen quod, si forte de instituendo sacerdote inter fratres Fossensis capituli oriatur dissensio, volumus, ut, si appellatum fuerit extra capitulum, appellans sive appellantes electione instituendi sacerdotem priventur, sicut expressum est in instrumento domini episcopi de elemosina nostra eidem altari collata, a nobis alibi et ab ipso confirmata; et tunc decanus idoneam et honestam personam dicto altari substituet in anime sue salutem. Sacerdos institutus chorum more canonico frequentabit, et erit de subjectione decani et capituli. Volumus preterea, ut nullus canonicus ad altaris dicti servitium ratione collati beneficii subrogetur. Sciendum preterea, quod Godefridus de Neffle intuitu pietatis et elemosine dicto altari viginti solidos alborum contulit, percipiendos in terra sua de Nalinis, quam a nobis habet, quousque viginti solidorum redditus sepedicto altari assignaverit, et tunc terra sua ad ipsum et heredes suos libere revertetur. Datum anno gratie 1218, martio mense.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 78 r° et v°, aux Achives de l'Etat, à Namur.

XXVIII.

Sentence arbitrale touchant les droits de l'évêque de Liége et du chapitre de Fosses sur Vitrival et ses habitants.

12 janvier 1237.

In nomine Domini, amen. Nos Johannes de Namurco, canonicus majoris ecclesie, Johannes de Cimaco, canonicus sancti Martini, et magister Hugo, scolasticus sancti Pauli Leodiensis, cum in nos sit compromissum de omnibus querelis de Vitrieval, que sunt inter dominum nostrum Johannem, Dei gratia Leodiensem episcopum, et ecclesiam Fossensem, inquisita plenius veritate, de bonorum virorum consilio et par-

tium consensu, dicimus, quod, si homines de Vitrieval, qui non manent in proprio fundo domini episcopi, fiant burgenses Fossenses, et postea revertantur apud Vitrieval, dominus episcopus non potest eos tutare seu defendere contra ecclesiam Fossensem. Item dicimus, quod dominus episcopus habet altam justitiam in proprio fundo suo apud Vitrieval, et ecclesia Fossensis in suo. Item dicimus quod de tallia, que fit Fossis et in banno Fossensi, cum dominus episcopus revertitur de curia imperatoris, nichil debent solvere homines de Vitrieval, qui manent in fundo ecclesie Fossensis. Item dicimus, quod minister domini episcopi non potest bannum facere in homines de Vitrieval, qui manent in fundo ejusdem ecclesie, sub aliqua pena corporali vel pecuniaria. Item dicimus, si dominus episcopus congregare voluerit exercitum, vel equitationem facere, vel munire castrum Fossense, minister domini episcopi ex parte ipsius requiret ecclesiam Fossensem, ut faciat ire homines suos ad ista facienda; et ecclesia ad hoc tenebitur. Quod si ecclesia non faceret, dominus episcopus ab hominibus predictis posset emendam requirere. Alias vero corweias consuetas, veluti de lignis adducendis, et pratis falcandis, et aliis, tenentur prestare homines ville predicte domino episcopo; et de istis non requiretur ecclesia. Sed si homines eas non faciant, sicut debent, dominus episcopus compellet eos ad hoc faciendum, sicut debebit. Similiter homines domini episcopi, qui manent apud Vitrival in fundo ipsius, consueta servitia prestabunt ecclesie Fossensi. Item dicimus, quod homines de Vitrival, qui manent in fundo ecclesie Fossensis, non debent alicui ministro domini episcopi messem solvere, nisi velint vel terras ejus aut alterius excolere. Huic ergo diffinitioni nostre venerabilis pater dominus Johannes, Leodiensis episcopus, sigillum suum cum sigillo ecclesie Fossensis fecit apponi. Nos etiam tanquam judices compromissarii eandem pacem et diffinitionem, hinc inde a partibus receptam et approbatam, sigillorum nostrorum appen-

sionibus roboramus. Actum Leodii, feria secunda infra octavas Epiphanie, anno Domini 1237.

Cartulaire du chapitre de Foses, fol. 5 r° et v° et 6 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXX.

Accord conclu entre le chapitre de Fosses et le couvent d'Oignies au sujet de leurs propriétés de Falisolle.

5 décembre 1238.

Universis presentem paginam inspecturis, A., prepositus, J., decanus, totumque capitulum Fossense, necnon et ecclesia de Oigniaco agnoscere veritatem. Cum orta esset controversia inter ecclesiam Fossensem, ex una parte, priorem et conventum de Oignies, ex altera, super eo, quod dicta ecclesia de Oignies quasdam terras ac domos infra justitiam et territorium de Falizoles contra voluntatem Fossensis capituli acquirere nitebatur, tandem partes inter se amicabiliter in hunc modum convenerunt : Quod predicti prior et conventus terras sive domos a preterito tempore usque nunc acquisitas infra justitiam ville de Falizoles pacifice possidebunt, ita tamen quod pro hiis terris, pratis, sive domibus ecclesie Fossensi mansionarium laicum dabunt secundum usum et consuetudinem curie de Falisoles memorate. Insuper infra territorium de Falisoles ipsa ecclesia de Oignies nichil de cetero sine voluntate et consensu capituli Fossensis, quod sit vel debeat dici immobile, poterit acquirere. Si tamen contingeret, quod eidem ecclesie de Oignies aliqua domus sive terra legaretur infra dictum territorium, vel ipsa emendo sive commutando res immobiles aliquas acquirere niteretur, hoc idem non posset, nisi modo superius expresso, videlicet de consensu capituli Fossensis; sed illud totum, quod ei legatum, donatum, sive venditum esset, in ipso termino, si super hoc gratiam

capituli Fossensis obtinere non posset, infra biennium a tempore emptionis, donationis, sive legati, illud vendere teneretur. Preterea si contingeret, quod ipsa ecclesia de Oignies domum infra territorium jam dictum de Falizoles construeret, vel constructam haberet, nihilominus decimam solvere ecclesie Fossensi, tam grossam quam minutam, sicut et alii mansionarii laici, non obstante aliquo privilegio impetrato vel impetrando, teneretur. In cujus rei testimonium presentem cartam ecclesia Fossensis per appensionem sui sigilli cum appensione sigilli ecclesie de Oignies roboravit. Acta fuerunt hec anno Domini 1238, in vigilia beati Nicolai.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 42 r° et v°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXX.

Assignation de la compétence du curé de Boignée faite par le chapitre de Fosses.

Mai 1245.

Robertus, Dei gratia Leodiensis episcopus, universis presentes literas inspecturis salutem in Domino. Noveritis, quod, cum nos ad instantiam decani et capituli Fossensis ecclesie dilectis filiis J., sancti Albani Namurcensis, et magistro A., prefate ecclesie Fossensis decanis, dedissemus in mandatis, ut ipsi personaliter accessuri apud Fossas beneficium parochialis ecclesie de Boingnez, in qua Fossensis ecclesia jus obtinet patronatus, authoritate nostra taxarent percipiendum ab investito de Boignies, ipsi illud, sicut in eorum literis contineri vidimus, taxaverunt in hunc modum, videlicet quod investitus instituendus in eadem ecclesia annuatim percipiet in horreo capituli Fossensis apud Boigniez sex modios siliginis, decem spelte, undecim avene, ad mensuram Leodiensem, hiis terminis, in festo scilicet

beati Remigii duos modios siliginis, totidem spelte et duos avene, residuum vero infra Nativitatem Domini. Item percipiet annuatim in eodem horreo ducenta straminis, unum de spelta, et alterum de avena infra Nativitatem Domini. Habebit etiam omnes oblationes altaris ecclesie de Boignies et legata, que fient eidem investito, sive ipsi parochie, nisi specialiter ecclesie Fossensi sive pro fabrica ecclesie legata fuerint; insuper et totam minutam decimam totius parochie de Boignies, excepta minuta decima proveniente ab hospitali Grandi Vallis, salvis eidem capitulo decimis novalium, si qua processu temporis fieri contigerit infra fines parochie predicte. Et hoc beneficium ad valorem duodecim librarum et dimidie Lovaniensis estimarunt, consideratis quantitate parochie, proventuum qualitate et labore investiti. Nos vero taxationem hujusmodi ad petitionem decani et capituli Fossensis approbamus, et episcopali auctoritate confirmamus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense maio.

Cartulare du chapitre de Fosses, fol. 20 vo et 21 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

XXXI.

Statuts de l'hôpital de Grandval, à Boignée[1].

Octobre 1246.

Quoniam rerum memoria per diuturnitatem temporis oblivionis senio facile ab intuitu mentis evanescit, sagaci providentia cautum est, ut scripti immortalitate in posterum transmutatur, quod in ecclesiis spiritualium fratrum dispositione de rebus ecclesiasticis confirmatur. Quapropter nos,

[1]) Ces statuts sont en partie les mêmes que ceux de l'hôpital de Fosses, publiés par M. J. Borgnet, dans le *Catrulaire de la commune de Fosses*, Namur, 1867, p. 5.

Fossensis ecclesie fratres, statum et conditionem xenodochii Grandivallis, quod ad ecclesiam nostram pertinet, per presentem paginam memorie commendamus, ne aliquid rationi contrarium moliatur presumptuosa temeritas, et ut inconvulsis radicibus apud posteros vivat veritatis antiquitas. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod predictum xenodochium, in territorio nostro de Boignies situm, intuitu caritatis in suffragium infirmorum peregrinorum est institutum. Huic autem domui vir discretionis prudentia eruditus et caritatis ardore ignitus debet preesse, et, donum obedientie de manu decani nostri in capitulo Fossensi debet recipere. De cetero autem dicto decano et omnibus fratribus de omnibus eis, que ad predictam domum pertinent, est responsurus, et semel in anno, in capitulo nostro, totius sue administrationis rationem est redditurus. Preterea nulli canonicorum Fossensis ecclesie aliquod genus animalium in eadem domo nutrire licet, nisi ad possessionem domus pertineat. Notum facimus preterea domum et capellam beati Nicholai ejusdem loci ab omni subjectione parochie de Boignies absolutas esse et liberas, hoc excepto, quod domus dicta investito de Boignies annis singulis in Pascha solvet duodecim denarios Namurcensis monete pro libertate dicte capelle firmius observanda. Indulgemus insuper fratribus dicte domus ibidem habere spiritualiter sepulturam, et eandem libertatem, quam habet hospitale Fossense in omnibus. Pro decima autem orti et omnium nutrimentorum domus tenetur provisor domus capitulo Fossensi in tribus solidis et tribus obolis Namurcensibus, solvendis in Nativitate Domini; et tres modios spelte ad mensuram Leodiensem, solvendos dicto termino, et segetem tenetur dictum hospitale adducere apud Fossas in propriis expensis. Ei propterea, qui curam domus gerit, res xenodochii ad alienos usus nisi ex consilio decani et canonicorum et fratrum domus licet deflectere. Si autem aliquis seculari vite renuntians, religionis

causa ad eandem domum se transferre voluerit, coram decano et ceteris fratribus professione facta, de consensu fratrum domus pastorali cure ipsius decani se subjiciat; decanus autem in communionem orationum ecclesie tanquam fratrem eum recipiet. Et si in claustro Fossensi locum sepulture sibi elegerit fratrum aliquis in extremis laborans, ecclesia sibi in sepultura et exequiis eidem tanquam canonico tenetur providere. Insuper provisor Grandivallis ab ecclesia institutus secundum consilium prudentum virorum et consilium fratrum sacerdotem honestum et bone opinionis instituet. Et fratres dicte domus debent se gerere, tam in obedientia quam victu et habitu, secundum morem hospitalis Fossensis, salvo jure parochie de Boignies, et per omnia predictis exceptis.

Nos vero provisor et fratres dicte domus ad omnia, que in carta superius expressa continentur, recognoscimus nos teneri, obligantes nos et successores nostros in perpetuum ad ea plenius observanda. In testimonium autem recognitionis predicte obligationis, quia sigillum proprium non habemus, sigillum officialitatis viri venerabilis domini Theodorici, archidiaconi Leodiensis, nec non et sigillum decani Gemblacensis concilii, presenti carte cum sigillo ecclesie Fossensis postulavimus apponi, anno Domini 1246, menso octobri.

Flores cartarum (cartulaire de 1734) de Fosses, fol. 44 r° et suiv., aux Archives de l'Etat, à Namur. (Communiqué par M. J. Barbier, vicaire à Namur).

JEAN, ÉVÊQUE DE LIÉGE, RÉFORME LE MONASTÈRE DE MOUSTIER-SUR-SAMBRE.

~~21 mars 1288~~. 1289 Apr. 6 [n.st.]

JEHAN, par la grâce de Dieu évesque de Liége, à nos très-chères filles en Jésus-Christ, abbesse et à tout le chapitre de l'église de Moustier-sur-Sambre, de nostre diocèse, salut et bénédiction, ferme foy et vraie fiance en Dieu.

Afin que les lieux ecclésiastiques qui sont sujets à nostre régime, quoiqu'indignes, avec les personnes des mesmes lieux, nous désirons autant plus affectueusement qu'ils profitent par nostre zèle et diligence, et ne tombent dans un péril de perdition, que tant plus nous craignons que leur abaissement ne vienne par nostre faute à retomber sur nous. C'est pourquoi, comme depuis peu, par le rapport de quelques personnes, il serait parvenu à notre cognoissance et audience que vous ne viviez aucunnement selon l'institution des saints Pères, et enfin que votre église avoit affaire de réforme, principalement dans la spiritualité, nous avons ordonné de s'informer de la vérité de l'estat de l'église, tant dans le chef que dans ses membres; et, comme nous avons fait laditte inquisition publique, nous avons trouvé dans vostre ditte église qu'il y a eu du temps passé une supérieure qui s'appelle abbaisse, et avait esté communément ainsi nommée; laquelle encore bien que du susdit chapitre elle a deu estre eleuste, et le doit estre, toutefois elle n'est pas accoutumée d'estre bénite, ni consacrée en abbaisse, ni porter le bâton pastorale, comme les autres abbaisses de l'ordre de Saint-Benoist de nostre diocèse ont coustume de faire.

Nous avons aussi trouvé que dans la mesme église il y at et ont esté du passé dix prébendes, et autant de chanoines séculiers qui portent le blanc surplis dans l'église, lesquels ont voix dans le chapitre, lorsqu'il me convient de faire l'élection d'une abbaisse.

Il y at aussi vintcinq prébendes des damoiselles, qui s'appellent communément damoiselles claustrales, ou chanoinesses séculières. Lesquelles damoiselles claustrales ne font et n'ont accoutumé de faire jusqu'à présent dans laditte église profession régulière, et demeurent dans leurs maisons situées aux environs de laditte église; et mangent de la chaire et autre viande selon leurs appétits et volontés. Hors de leur ditte église elles portent des habits séculiers comme les chanoines et chanoinesses séculières ont coustume de faire. Elles possèdent du bien et en acquièrent, duquel elles peuvent dispenser selon leur bon plaisir de leur volonté, et non obstant qu'elles eussent jouit de leurs prébendes par plusieurs années, les ayant quitté, quelques-unes d'icelles se sont retirées de laditte église, et se sont mariées; les enfans desquelles ont succédé dans les biens tant maternels que paternels, et sont réputés d'un chacun pour légitimes.

Et encore bien qu'elles ont accoutumées de dormir sur un mesme dortoir et louablement fair l'office divin, toutefois deseur et a l'extérieur, elles portent un noir surplis et sur leurs testes comme un voille, semblable aux religieuses de l'ordre de Saint-Benoist, et l'ont porté jusqu'à présent; duquel ordre toutefois elles n'ont la façon de vivre, ni les observances régulières, ny ne les tiennent en aucunne façon; et, comme leur habit est du tout dissemblable à leur mode de vivre, c'est ce qui cause du scandale dans le peuple; et comme nous avons souvent excité tant l'abbaisse que ses prédites damoiselles par prières et admonitions salutaires, et aussi salutairement admonesté, afin qu'elles vivroient doresnavant selon la régulière observance de l'ordre de Saint-Benoist ou d'un autre approuvé, prennant de notre autorité l'habit du même ordre, vous avez contredit à nos prières et admonitions, assurant que vous estes et avez esté, dès vostre première institution, chanoinesses séculières, comme ils s'en treuvent plusieurs dans diverses églises de nostre diocèse, et de celle de Cologne, et du

royaume d'Allemagne ; et vous avez aussi asseuré que cela se pouvoit facilement comprendre de vostre mode de vivre observé depuis un temps immémorial, et aussi que les chanoines de vostre église sont et ont esté séculiers dès leur première institution; lesquels n'eussent esté institués séculiers dans laditte église, si vostre institution avoit esté régulière, voiant que selon les ordonnances canoniques les personnes de diverse profession ne peuvent estre ensemble dans une mesme église; c'est pourquoi vous avez dit ne vouloir en aucunne manière que vostre vieille observance et institution seroit en aucunne façon changée, suppliant très-humblement que de nostre autorité nous ferions conformer vostre habit à votre institution et façon de vivre, afin que ne sembliez travailler en vain comme un bœuf ou un asne, comme, selon le droit, l'habit doibt estre conforme à la façon de vivre, nous vous commandons que vous conformiez vostre habit à vostre institution et façon de vivre, du conseil des juristes et hommes dignes de foy, et principalement du conseil de nos chers cousins Guidon Marguelier, prévost de Haynaut, et de maistre Jacques Chastagnect, archidiacre, et de maistre Baudhuin, escholastre de l'autre église, de Henry dit Baté, cantoris, et de Willelmi de Atrebato, et de Willelmi de Rochelar, chanoines de nostre ditte église de Liége, et de nostre official de Liége, ordonnant et commandant selon vostre demande et consentement, et soub peine d'excommunication, que les damoiselles claustrales de laditte église, tandis que l'office divin se fait dans la mesme église, et dans le cloistre de laditte église, et à l'entour, qu'elles eussent à porter des blancs surplis, et par-dessus un manteau noir, ct que dedans les susdits lieux, elles n'eussent à porter un autre habit dessus, et qu'en chantant, lisant et faisant l'office divin eussent à tenir l'usage de nostre mère-église de la diocèse de Liége, et de chanter chasque jour les heurcs de la Vierge, excepté les festes solemnelles, quant il y a neuf leçons; et chaque damoiselle ou chanoinesse est obligée de dire tous les ans six psautiers de David.

En tesmoignage de quoi, et à perpétuelle mémoire, nous avons fait appendre aux présentes lettres nostre seel, avec les seels des prédits archidiacres et chanoines. Et nous prédits archidiacres et chanoines avons apposé nos seels aux présentes lettres en tesmoignage des prémis. Donné l'an de Nostre-Seigneur mille deux cents huictante huit, le mercredy après les Rameaux.

Archives particulières. (Communiqué par M. J. Barbier, vicaire à Namur).

ACCORD CONCLU ENTRE LES CHANOINES DE SAINTE-GUDULE ET LES CAPUCINS DE BRUXELLES.

7 juillet 1595.

Ego frater HYPOLITUS BERGOMENSIS, locum tenens, licet indignus, generalis fratrum Capuccinorum, ordinis sancti Francisci, in Belgio, omnibus et singulis presentes literas visuris pariter et lecturis salutem in Domino. Notum facimus, quod nuper, ex parte nostra presentata supplicatione reverendissimo et illustrissimo Joanni Hauchino, archiepiscopo Mechliniensi, ut nobis permitteretur aedificatio et erectio monasterii seu loci sacri nostri ordinis in hoc oppido Bruxellensi, qua quidem supplicatione reverendis et magnificis dominis decano et capitulo ecclesiae divae Gudilae hujus oppidi Bruxellensis per dictum reverendissimum archiepiscopum communicata, utrum in erectione ejusmodi, quantum in eis esset, consentire vellent, dicti decanus et capitulum, communicato consilio et praehabita matura deliberatione cum magistratu Bruxellensi, quibus communiter et divisim per felicis memoriae Joannem, ducem Lotharingiae et Brabantiae, etc., concessum et indultum est, ne aliqua nova in hoc oppido Bruxellensi erigerentur monasteria sive loca sacra, nisi ea, quae tunc temporis erecta et admissa forent, desiderantes nostris desideriis annuere in erectionem supradictam, quantum in eis

44.

fuit, consenserunt et consentiunt sub restrictionibus et limitationibus tamen infrascriptis, nempe :

Quod per eandem novam erectionem, et hujusmodi consensum nullo modo turbabuntur aut innovabuntur antiqua jura et consuetudines dicti capituli, pastorum et aliarum ecclesiarum, sive monasteriorum et piorum locorum ejusdem oppidi Bruxellensis.

Quod fratres Capuccini nullum admittent ad ecclesiasticam sepulturam in suo templo aut monasterio, nisi professum vel religiosum sui ordinis.

Vocati ad processiones generales a capitulo, venire tenebuntur.

Confessiones secularium personarum non excipient nisi earum, quae ad habitum praedicti ordinis aspirant.

Communionem non dabunt nisi ad altare sub ipso sacrificio Missae, sine forma tamen publicae et parochialis administrationis.

Diebus dominicis aut festis in suo templo non concionabuntur ante meridiem; extra conventum in ecclesiis parochialibus non sine consensu et licentia pastorum respective dictarum ecclesiarum parochialum, ut etiam neque in subalternis aut capellis secularibus sine dictorum pastorum, quibus eas subesse continget, licentia; idque demum nec ea hora, qua in ecclesia parochiali concio habetur.

Placebit etiam fratribus Capuccinis orare pro dominis de capitulo dictae ecclesiae et eorum praedecessoribus, eosque inter suos benefactores reputare.

In quorum articulorum consensu manu propria subscripsi.

Datum Bruxellis, die septima julii, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesima quinto.

Frater Hyppolitus,
qui supra, manu propria.

Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

Les chanoines de Sainte-Gudule, a Bruxelles, autorisent la vente de plusieurs objets précieux du trésor du chapitre.

11 mars 1657.

Feria sexta, die 11ª martii 1657. — Exposuit in capitulo D. canonicus Onate tamquam magister fabricae hujus ecclesiae et nomine aliorum magistrorum secularium dictae ecclesiae, ut referebat, se habere in mandatis, fabricam antedictam contraxisse quam plurima debita, quae ascendunt ad 10,142 florenos 16 st., salvo justo, ut ex catalogo, quem exhibebat, dignoscebatur; eaque exorta fuisse ratione reparationum, quae necessario fieri debebant tam in tecto, horologio, quam in aliis urgentissimis necessitatibus; nec inveniri modum subveniendi dictis debitis, maxime eo quod oblata aliaque media, quae a multis annis collecta sunt, et in solutionem dictorum debitorum impendi potuissent, impensa sunt in solutionem altaris noviter erecti in choro Venerabilis Sacramenti, pro collocatione reliquiarum serenissimae infantis Isabellae piae memoriae, huic ecclesiae legatarum; quod tamen altare vigore testamenti dictae principis extrui debuerat sumptibus domus ejus mortuariae. Illud equidem factum non est ob defectum, ut creditur, mediorum, sed expensis ecclesiae, ut dictum est. Quare petiit, quatenus RR. DD. de capitulo dignentur consentire, ut in compensationem seu potius in restitutionem eorum, quae impensa sunt solutioni dicti altaris, possint aliqua, quae cum reliquiis predictis ecclesiae sunt legata divendi, ea videlicet, in quibus nullae exstant reliquiae vel quae parum aut nihil conferunt ad ecclesiae ornatum. Inter quae exstat crux aurea, in qua nullae sunt vel fuerunt reliquiae, cum plures aliae exstent cruces pretiosissimae, reliquiis ornatae; deinde multae picturae parvulae, statuae, arcae, reliquiaria parva, que perpetuo in sacristia conclusa conservantur et ad nihilum serviunt, attento etiam, quod per hujusmodi venditionem res

illae non censebuntur alienatae, sed in constructionem dicti altaris conversae, quippe quod sumptibus dictae domus mortuariae extrui debuerat; alioquin exponentem destitui omni spe et medio satisfaciendi dictis debitis, quae in dies crescunt per nova opera, quae in cemiterio et in tecto necessario perfici debent, attento denique, quod ordinariae expensae et onera ecclesiae excedant fere semper annuos proventus fabricae.

Les chanoines accordent cette demande sous la condition de dresser un inventaire des objets vendus où seront consignés les prix de vente.

Actes du chapitre, aux archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

TABLE DES MATIÈRES.

NOTICES.

DOCUMENTS.

TABLE ALPHABÉTIQUE.

A

B

C

45.

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

R

S

T et U

V

W

Z

CORRIGENDA.

T. III (1866).

Pag. 447, ligne 13, 1582, lisez 1572.

T. IV (1867).

Pag.	53,	ligne	21, *mei,*	lisez	*me.*
"	76,	"	25, 1828,	"	1228.
"	345,	"	28, *advimus,*	"	*adivimus.*
"	346,	"	27, effacez *hos.*		
"	396,	"	8, *externe,*	lisez	*eterne.*

